siue. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat: ita in iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt: hæc uero augere. Illæ retro cursum agunt a statione matutina usque ad uespertinam. Veneris a uespertina usque ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem scandere. Altitudinem uero ac solem insequi a statione matutina occisi- ma in occasu matutino & altissima. Digredi autem latitudine: motumque minuere ab exortu matutino retro quidem ire: simulque altitudine digredi a statione uespertina. Mercurii rursus stella utroque modo scandere ab exortu matutino: digredi uero latitudine a uespertino: con- secutoque sole ad .xv. partium interuallum consistit quadriduo prope immobilis. Mox ab altitu- dine descendit: retroque graditur ab occasu uespertino usque ad exortum matutinum. Tatum- que hæc & luna toridem diebus quot subire: descendunt. Veneris quindecies & pluribus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur. Martis etiam quadruplicato. Tanta est naturæ uarietas. Sed ratio euidens. Nam quæ in uaporem solis nituntur: etiam descendunt ægre. Multa promi amplius circa hæc possunt secreta naturæ legesque: quibus ipsa seruiat: exempli gratia. In Martis sydere cuius est maxime inobseruabilis cursus nunquam id stationem facere. Iouis sydere tri- quetro raro admodum sexaginta partibus discreto. Qui numerus sexangulas mundi efficit for- mas. Nec exortus nisi in duobus signis tantum cancri & leonis simul edere. Mercurii uero sydus in piscibus exortus uespertinos raro facere: creberrime in uirgine. In libra matutinos. Item ma- tutinos in aquario: rarissimos in leone. Retrogradum in tauro & in geminis non fieri. In cancro uero non citra .xxv. partem. Luna bis coitum cum sole in nullo alio signo facere quam geminis. Non coire aliquando in sagittario tantum. Nouissimam uero primamque eadem die uel nocte nullo alio in signo quam ariete conspici: id quoque paucis mortalium contigit. Et inde fabula cernendi lynceo. Non comparere in caelo Saturni sydus & Martis cum plurimum diebus .clxx. Iouis .xxxvi. aut cum minimum denis detractis diebus. Veneris .lxix. aut cum minimum .lii. Mercurii .xiii. aut cum plurimum .xvii.

Quæ ratio colores eorum mutet.

CA. XVIII.

Colores ratio altitudinem temperat: siquidem earum similitudinem trahunt: in quæc- aera uenere subeundo: tingitque appropinquates utralibet alieni meatus circulus. Fri- gidior in pallorem. Ardentior in ruborem. Ventosus in horrorem. Sol atque commis- suræ absidum extremaque orbitæ a terra in obscuritate. Suus quidem cuius color est. Saturno candidus. Ioui clarus. Marti igneus. Lucifero candens. Vesperi refulgens. Mercurio radi- ans. Lunæ blandus. Soli cum oritur ardens postea radians. His causis connexo uisu & earum quæ caelo continentur. Nam modo multitudo conferta inest circa dimidios orbis lunæ: placida no- cte leniter illustrante eas. Modo raritas ut fugisse miremur plenilunio abscondente: aut cum so- lis supraue distantium radii uisus perstrinxere nostros. Et ipsa autem luna ingruentium solis ra- diorum haud dubie differentias sentit: hebetante cætera inflexos mundi conuexitate eos: præ- terquam ubi recti angulorum competunt ictus. Itaque in quadrato solis diuidua est: intriquetro semi- ambitur orbe: impletur autem in a uerso: rursusque minuens easdem effigies paribus edit in ter- uallis: simili ratione qua supra solem tria sydera.

earum uel
inerunt iis

Solis motus & dierum inæqualitatis ratio.

CA. XIX.

Sol autem ipse quattuor differentias habet bis æquata nocte diei: uerno & autumnor- & in centrum incidens terræ octauis in partibus arctis ac libræ. Bis permutatis spa- riis in auctum diei bruma octaua in parte capricorni. Noctis uero solstitio toridem in partibus cancri. Inæqualitatis causa obliquitas est signiferi: cum pars æqua mundi super subterque terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu suo consurgunt: signa longiore tractu tenent lucem: quæ uero obliqua ociose transeunt spatio.

Quare Ioui fulmina assignentur.

CA. XX.

Atet plerisque magna cæli affectatione cõpertum a principibus doctrinæ uiris supnoque tri- um syderum ignes esse: qui decidui ad terras fulminum nomē habeant. Sed maxime ex iis medio loco siti: fortassis quoniam cõtagium nimii humoris ex superiore circulo: atque ar- doris ex subiecto per hunc modum egerat. Ideoque dictum Iouem fulmina iaculari. Er- go ut e flagrante ligno carbo cum crepitu: sic a sydere cælestis ignis expuitur: præscita secum as- ferens: ne abdicata quidem sui parte in diuinis cessante operibus. Idque maxima turbato fit aere: quia collectus humor abundantiam stimulat: ut quia turbatur quodam ceu grauidi syderis partu.

Interualla syderum

CA. XXI.

a iiii

Intervalla quoque siderum a terra multi indagare tentaverunt. Et solem abesse a luna unde viginti partes: quantum lunam ipsam a terra prodiderunt. Pythagoras vero uir sagacis animi a terra ad lunam. cxxv. milia stadiorum esse collegit. Ab ea usque ad solem duplum. Inde ad duodecim signa triplicatum. In qua seteria & Gallus Sulpitius noster fuit.

De siderum musica.

CA. XXII.

Septem uel
sex

Sed Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum: quantum absit a terra luna. Ab ea ad Mercurium spatium eius dimidium: & ab eo ad Venerem. A qua ad solem sesquiplum. A sole ad Martem tonum. id est quantum ad lunam a terra. Ab eo ad Iovem dimidium: & ab eo ad Saturnum dimidium. Et inde sesquiplum ad signiferum. Ita septem tonos effici: quae diaphanon harmoniam uocant: hoc est uniuersitatem concentus. In ea Saturnum Dorio moueri. Mercurium Phrygio. Iouem Phrygio: & in reliquis similia iucunda magis quam necessaria subtilitate.

De mundi geometria.

CA. XXIII.

Stadium. cxxv. nostros efficit passus: hoc est pedes sexcentos. xxv. Possidius non minus. xl. stadiorum a terra altitudine esse: in qua nubila ac ueteri nubescunt pueniant. Inde purum liquum dumque & impurbatae lucis aeris. Sed a turbido ad lunam uicibus centum stadiorum. Inde ad solem quinque milia. Eo spatio fieri ut tanta mensura eius magnitudo non exurat terras. Plures autem nubes noningentis stadiis in altitudine subire prodiderunt. Incerta haec & intricabilia: sed tantum pendenda: quae sunt prodita. In quibus tamen una ratio geometricae collectionis nunquam fallacis possit non repudiari: si cui libeat altius ista persequi. Nec ut mensurae id enim uelle pene demeritis oculis est: sed ut tantum concitati animo constet estimatio. Nam cum trecentis. lx. & fere sex partibus orbis solis ex circuitu eius patere appareat circulum per quem meat: semperque dimetiens tertiam partem ambitus: & tertiae paulo minus septimam colligat: apparet deprauius eius dimidia: quoniam terra centralis interueniat. Sexta uero parte huius immensi spatii quod circa terram circuli solaris animo comprehendit inesse altitudinis spatium. Lunae uero duodecima: quoniam tanto breuiore quam sol ambitu currit. Ita ferri eam in medio solis ac terrae. Mige quo pcedat improbitas cordis humani paruulo aliquo inuitata successu. Sicut in supradictis occasione impudetiae ratio largitur: au si quis diuinare solis ad terram spatia. Eadem ad caelum agitur: quoniam sit medius sol: ut primum mundi quoque ipsius mensura ueniat ad digitos. Quas. n. di metiens habeat septimas: tantas habere circulum duo & uicesimas: tanquam plane a pediculo mensurae caeli consistet. Aegyptia: ratio quam Petosiris & Necepos ostendere: singulas partes in lunari circulo (ut dictum est) in nino. xxxiii. stadiis paulo amplius patere colligit. In saturni amplissimo duplum. In solis quem medium esse diximus utriusque mensurae dimidium. Quae computatio plurimum habet pudoris: quoniam ad Saturni circulum addito signiferi ipsius interuallo: nec numerabilis multiplicatio efficit.

De repentinis sideribus.

CA. XXIII.

Estant pauca de mundo. Namque & in ipso caelo stellae repete nascuntur plura eaque genera. De cometis & caelestibus prodigiis: natura: & situ: & generibus eorum. CA. XXV.

Ometas graeci uocant: nostri crinitas horretes crine sanguineo: & comae modo in uertice hispidae. Iude pogonias: quibus inferiore ex parte in specie barbatae longae permittit iuba: Acotiae iaculi modo uibrant oculissimo significato. Haec fuit de qua quanto consulatione suo Tyberius impator Caesar scilicet carmine prescripsit ad hunc diem nouissime uisam. Eadem breuiore & in mucrone fastigiatae xiphias uocauerunt: quae sunt omnium palidissime: & quodam gladii nitore: ac sine ullis radiis: quos chryseus auro nomine similis: colore autem electro raris e margine emittit. Pithetes dolioque cernit figura in concavo fumidae lucis. Ceratias cornus specie habet: quibus fuit: cum graecia apud salamina depugnauit. Lapades ardentes imitantur faces. Hippeus egnas iubas celerissimi motus: atque in orbem circa se uertit. Fit & candidus cometes argenteo crine ita resurgens: ut uix concitari liceat: specieque humana dei effigie in se ostendens. Fuit & hirti uilloque specie & iuba aliqua circumdatus. Semel adhuc iuba effigies mutata in hasta est olympiade centesima octaua: urbis anno. cccxxxviii. Breuissimum quo cernerentur spatium septem diebus annotatum est: longissimum octoginta. Muent autem alii erratum modo: alii immobiles haerent. Omnes ferme sub ipso septentrione aliqua eius parte non certa: sed maxime in candida: quae lactei circuli nomen accepit. Aristoteles tradit & simul plures cerni nemini concipere alteri: quod equidem sciam. Ventos autem ab iis graues aestusque significari. Fiunt & hybernis mensibus & in austrino polo: sed ibi citra illum iubar. Diracque concipere aethiopum & aegypti populis: cui nomen aui eius rex dedit Typon: ignea specie ac spirae modo intorta: uisu quoque toruo: nec stella uertus quam quidam igneus nodus. Spargunt aliquando & errantibus stellis caeterisque crines. Sed coetes nunquam in occasura parte caeli est. Terrificum magna ex parte

sydus ac nō leuiter piatū: ut ciuili motu Octauio cōsule. Iterumq; Pompeii & cæsaris bello. In no-
stro uero æuo circa ueneficiū quo Claudius Cæsar' imperiū reliquit Domitio Neroni: ac deinde pri-
cipatu eius assiduū prope ac sæuū. Referre arbitrat' in quas partes sese iaculet: aut cuius stellæ ui-
res accipiat: quasq; similitudines reddat: & qbus in locis emicet. Tibiæque specie arti musicæ por-
tēdere. Obscenis autē moribus in uerēdis p̄tibus. Signorū ingenii & eruditioni si triquetram fi-
gurā quadratæue paribus angulis ad aliquos perenniū stellæ situs edant. Venena funderē in ca-
pite septētrionalis: austrinæue serpētis. Cometes in uno totius orbis loco colit' in templo romæ
admodū faustus Diuo Augusto iudicatus ab ipso: qui scipiēte eo appuit ludis: quos faciebat. Ve-
neris genitricis: nō multo post obitū patris Cæsaris in collegio ab eo instituto. Nāq; his uerbis id
gaudiū prodidit. Iis ipsis ludog; meog; diebus sydus crinitum per septē dies in regione cæli sub
septētrionibus est cōspectū. Id oriebat' circa undecimam horam diei: clarumq; & oibus terris
conspiciū fuit. Eo signo significari uulgus credidit Cæsaris animā inter deorum immortalium
numina receptā: quo nomine id insigne simuacro capitis eius quod mox in foro cōsecrauimus:
adiectū est. Hæc ille in publicū. Interiore gaudio sibi illum natū se fec; in eo nasci interpretatus
est: & ut uege; fateamur: salutare id terris fuit. Sunt qui & hæc sydera p̄petua esse credāt: iuoq; am-
bitu ire: sed nō nisi relicta a sole cerni. Alii uero qui nasci hūore fortuito & ignea uis: ideoq; solui.
Hipparchus de syderibus per exempla hystorica: faces.

Lampades: trabes: bolides: & chasma cæli. CA. XXVI.



Dē Hipparchus nūq; satis laudatus: ut quo nemo magis approbauerit cognitionē cū
homine syderū: animasq; nostras partē esse cæli nouā stellā & aliam in æuo suo genitā
deprehēdit: eiusq; motu qua die fulsit ad dubitationē est adductus: an ne hoc sæpius
fieret: mouerenturq; & eæ quas putamus affixas. Idē que ausus rē etiā deo iprobā anu-
merare posteris stellas: ac sydera ad normā expāgere organis excogitatis: p̄ quæ singulæ loca at-
q; magnitudines signat: ut facile discerni possēt ex eo: nō mō an obiret: nascerētq;: sed an oīno ali-
qua trāsiret moueretur. Itē an crescerēt minuerentq; cælo in hæreditate cunctis relicto: si qsq;
qui rationē eā caperet inuentus esset. Emicant & faces nō nisi cum decidunt: uisæ. Qualis Ger-
manico Cæsare gladiator; spectaculū edente præter ora populū meridiano trāscurrit. Duo gene-
ra eæ. Lampades uocāt plane faces. Alteq; bolidas: qualē mutinensibus malis uisum est. Distant
q; faces uestigia lōga faciūt priore ardente p̄te. Bolis uero p̄petua ardēs longiorē trahit limitē.
Emicant & trabes simili modo: quas docos uocant: quales cū lacedemoniū clāsse uicti imperiū
græciæ amisere. Fit & cæli ipsius hiatus quem uocant chasma.

normam
expangere
uel nomē
expongere

De cæli coloribus. CA. XXVII.



It & sanguinea spē: quo nihil terribilius mortaliū timori est. Incēdiū ad terras cadens
inde. Sicut olympiadis cētēsimæ septimæ anno tertio cū rex Philippus græciā quate-
ret. Atqui hæc ego ratis tēporibus naturæ ut cætera arbitror existere: nō ut pleriq; ua-
riis de causis quas igenioq; acūmē excogitat. Quippe igētū malog; fuere p̄nūtia. Sed
ea accidisse nō q̄ hæc facta sunt arbitror: ueq; hæc ideo facta q̄ incasura erāt illa: raritate autē
occultā eog; esse rationem: ideoq; non sicut exortus supradictos defectusq; & multa alia nosci.

incasura
uel casura

De flamma cæli. CA. XXVIII.



Ernunf & stellæ cū sole totis diebus plerūq; & circa solis orbē ceu spē coronæ: & uer-
sicolis circuli: Qualiter Augusto Cæsare in prima iuuetā urbē intrāte post obitū pa-
tris ad nomē ingens capessendum. De coronis cælestibus. CA. XXIX.

Xistūt eadē coronæ circa lunā & circa nobilia astra cælo quoq; inhæretia. Circa so-
lem arcus apparuit. L. Opimio. iii. Q. Fabio. ii. consi. orbis. L. portio. M. Acilio.

De circulis repentinis. CA. XXX.



Irculus rubri coloris. L. Julio. P. Rutilio consi. Fiunt prodigiosi & longiores solis de-
fectus qualis occiso dictatore Cæsare: & Antoniano bello totius pene ant' pallore cō-
tinuo. Plures soles. CA. XXXI.



T rursus plures soles cernunt: nec supra ipsum nec infra: sed ex obliquo: nunq; iuxta:
nec cōtra terrā: nec noctu: sed aut oriēte aut occidente. Semel in meridie cōspecti in
bosphoro. p̄dant: qui a matutino tēpore durauerūt in occasum. Trinos soles antiqui
sæpius uidere. Sicut Sp. Postumio. Q. Minutio. Q. Martio. M. Portio. M. Antonio.
P. Dolobella & M. Lepido. L. Plāco consi. & nostra ætas uidit Diuo Claudio principe consulata
eius Cornelio Orfito collega. Plures simul q̄ tres uisi ad hoc æui nunq; produntur.

Plures lunæ. CA. XXXII.
I Vnæ quoq; trine: ut Cn. Domitio. C. F. L. Anno cons. apparere: quos pleriq; appel
 lauerit soles nocturnos. Dierum lux nocte. CA. XXXIII.
I Vmè de cælo noctu uisum est. C. Cecilio. Cn. Papirio cons. & sæpe alias ut diei speci
 es noctu luceret. Clypei ardentes. CA. XXXIII.
 Lypeus ardens ab occasu ad ortum scintillans transcurrit solis occasum. L. Valerio.
 Cn. Mario cons. Ostentum cæli. CA. XXXV.

S Intilla e stella cadere: & augeri terræ appropinquat: ac postq; in lunæ magnitudinè fa
 cta sit illuxisse ceu nubilo die. Dein cū in cælū se recipet: lapadè factā semel unq; pdi
 tur. Cn. Octauio. C. Scribonio cons. Vidit hoc Licinius Syllanus pconsul cū comita
 tu suo. De discursu stellarum. CA. XXXVI.

leri uidef & discursus stellaz nūquā temere: ut non ex ea parte truces ueti coorian
 tur: & ex his tūc poellæ in mari terrisq;. De stellis castoribus. CA. XXXVII.

M Idi in nocturnis militū uigiliis in hære pilis pro uallo fulgur: effigies: & antennis
 nauigatiū aliisq; nauū partibus ceu uocali quodā sono insitūt: ut uolucres sedè ex se
 de mutates. Graues cū solitariae uenere: mergētēq; nauigia: & si in carinæ ima decide
 rint exurētēs. Geminae autē salutare: & psp̄ri cursus p̄nuncia: quarū aduētū fugari
 ditā illā ac minacem appellatamq; Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Castori id nūmen assi
 gnant: eosq; in mari deos inuocant. Hominum quoq; capita uespertinis horis magno præfagio
 circumfulgent. Omnia incerta ratione & in naturæ maiestate abdita.

De acre. CA. XXXVIII.

Actenus de mūdo ipso syderibusq; Nūc reliqua cæli memorabilia. Nāq; & hoc cælū
 appellauere maiores: quod alio noie aera: omne quod inani simile: uitalē hūc spiritum
 fundit. Infra lunā hæc sedes: multoq; inferior. Ut animaduerto propemodū cōstare:
 infinitū ex superiore natura aeris & terreni halitus miscens utraq; sorte cōfunditur.
 Hinc nubila: tonitrua: & alia fulmina. Hinc grādines: & pruina: imbres: procellæ: turbines. Hinc
 plurima mortaliū mala: & regē naturæ pugna secū. Terrena in cælū tēdētia deprimit sydegi uis.
 Eademq; quæ sponte nō subeāt: ad se trahunt. Decidūt imbres. Nebulæ subeūt. Siccātur amnes.
 Ruunt grandines. Torrent radii: & terram in mediū undique ipellunt. Iidem infra celi resiliūt: &
 quæ potuere: auferunt secū. Vapor ex alto cadit: rursumq; in altū redit. Veti ingruūt inanes. Idec
 que cū rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum e sublimi trahit. At ille contra nitit. Tel
 lusq; ut inani cælo spiritū infu dit. Sic ultro citro comeante natura: ut torniēto aliquo mundi
 oleritate discordia accēdāt. Nec stare pugnæ licet: sed assidue rapta cōuoluitur. Et circa terram
 imenso rege quasi globo tendit subinde per nubes cælū aliud obtexens. Ventorum hoc regnū.
 Itaque præcipua eoz natura ibi: & ferme reliquas cōplexa causas: quoniam & tonitruū & fulmi
 nū iactus horum uiolentiæ plerq; assignant. Quin & ideo lapidibus pluere interim q; uēto sint
 rapti: & multa similiter. Quamobrem plura simul dicenda sunt.

De æstatis tempestatibus. CA. XXXIX.

Empestatū rerumq; quasdā statas esse causas: quasdā uero fortuitas: aut adhuc rōnis
 incōpertz manifestū est. Quis enim æstates & hyemes quæq; in tēporibus annua ui
 ce intelligunt syderū motu fieri dubitet? Ergo ut solis natura tēperado intelligitur
 āno: sic reliquoz quoq; syderū p̄p̄ia ē q̄busq; uis: & ad suā cuiq; naturā fertilis. Alia
 sūt i liquore soluti hūoris fecēda. Alia cōcreti i pruinas: aut coacti i niues: aut glaciati i grādies.
 Alia status teporis. Alia uaporis. Alia roris. Alia rigoris. Nec uero hæc tāta debent existimari: q̄ta
 cernunt: eū esse eoz nullū minus luna tam imense altitudis rō declaret. Igis in suo quæq; motu
 naturā suā exercēt: quod manifestū Saturni maxie transitus imbribus faciunt. Nec meantiū mo
 do syderū hæc uis est: sed multorū etiam adhaerentiū cælo quotiens errantiū accessū impulsā:
 aut cōiectu radioz: estimulata sunt. Qualiter in fuculis sentimus accidere: quas græci ob id plu
 uio noie hyadas appellāt. Quin & sua spōte quædā statiq; tpibus ut hædogz exortus arcturi ue
 ro sydus nō ferme sine procellosā grandine emergit. De caniculæ exortu. CA. XL.

Am caniculæ exortu accēdi solis uapores q̄s ignorat? Cuius syderis effectus amplissi
 mi in terra sentiunt. Feruēt maria exoriēte eo. Fluctuāt in cælis uina. Mouēt stagna.
 Origē appellat ægyptus ferā: quā in exortu eius cōtrastare: & cōtueri tradit: ac uelut
 adorare cū stemuerit. Canes quidē toto eo spatio maxime in rabie agi nō est dubiū.



Vis temporum anni statua. CA. XLI.
 Vin in partibus quoque signorum quorundam sua uis inest: ut autumnali æquino-
 ctio brumæque cum tempestatibus confici sydas intelligimus.

De incertis tempestatibus.

CA. XLII.



Ec hymbribus tantum tēpestatibusq; sed multis & corpore & ruris experimentis. Aë
 flantur alii sydere. Alii cōmouentur statis temporibus: alio: neruis: capite: mēte. Olea
 & populus alba & salices folia solstitio circunagunt. Floret ipso brumali die suspensa
 in teētis arenis herba pulegii. Rumpuntur intentæ spiritu membranæ. Miretur hoc
 qui nō obseruet quotidiano experimēto herbam unā: quæ uocat hæliotropiū abeuntē solē in-
 tueri semper: oibusq; horis cū eo uerti: uel nubilo obūbrante. Iā quidē lunari potestate ostreagē
 cōchyliorūq; & concharū omniū corpora augeri: & rursus minui. Quin & foricū fibras respōde
 re numero lunæ exsiuere diligentiores. Minimūq; animal formicā sentire uires syderis interlu-
 nio semp cessantē. Quo turpior homini inscitia est: fatenti p̄cipue iumentoz; quorūdā in oculis
 morbos cū luna increfcere ac minui. Patrocinaſ uastitas cæli imensa discreta altitudine in duo
 atq; septuaginta signa. Hæ sunt regē aut animatiū effigies: in quas digessere cælū periti. In his qui
 dā mille sexcētas annotauere stellas insignes uidelicet effectu uisue. Exēpli gratia in cauda tauri
 septem quas appellauere Vergilias. In fronte fūculas. Booetem quæ sequitur septentriones.

De imbribus.

CA. XLIII.



Xtra has causas nō negauerim existere imbres uētosq;: quoniā humidam a terra alias
 uero ppter uapores fumidā exhalare caliginē certū ē. Nubesq; liquore egresso in sub-
 lime: aut ex aere coacto in liquore egresso in sublimē: aut ex aere coacto in liquore
 gigni. Dēstas eaz; corpusq; haud dubio cōiectat argumēto: cū solē obumbrēt. Perspi-
 cum alias etiam urinantibus in quālibet profundam aquarum altitudinē.

Quare lapides p̄uant.

CA. XLIII.



Gitur non eam inficias: posse in has & ignes superne stellaz; decidere: quales sereno
 sæpe cernimus: quorum icū concuti aera uerum est: quando & tæla uibrata stridit.
 Cum uero in nubem peruenerint: uaporem dissonum gigni ut cādente ferro in aquā
 demerso: & fumidum uorticem uolui. Hinc nasci procellas.

De tonitruis & fulguribus.

CA. XLV.



T si in nube iuctes flatus aut uapor tōitrua edi: si erūpat ardēs: fulmīa. Si lōgiore tra-
 ctu nitat: fulgetra. His findi nubē: illis p̄cipi. Et esse tōitrua impactoz; igniū plagaz;
 ideoq; p̄tinus corrufcare igneas nubiu rimas. Posse & repulſu sydeze depressum: qui a
 terra meauerit: spiritū nube cohibitu tonare: natura strāgulāte sonitu dū rixet: edito
 fragore cū erūpat: ut in mēbrana spiritu intēta. Posse & atritu dū in præceps ferat illū quisquis
 est: spiritū accēdi. Posse & afflictu nubiu elidi: ut duoz; lapidū sintillantibus fulgetris. Sed hæc
 omnia esse fortuita. Hinc bruta fulmina & uana ut quæ nulla ueniāt ratiōe naturæ. Is pcuti mō-
 tes: iis maria: omnesq; alios irritos iactus. Illa uero fatidica ex alto statiq; de causis: & ex suis ue-
 nire syderibus. Simili modo uentos uel potius flatus posse ex arido siccoq; anhelitu terræ gigni
 nō negaueri. Posse & aquis aera expirantibus: qui neq; in nebulā dēfēt: nec crasseſcat i nubes. Pos-
 se & solis impulsu agi: quoniā uētus nō aliud intelligat q̄ fluctus aeris: pluribusq; etiā modis. Nā
 que & flūminibus & niuib; & e mari uidemus eqdē trāquillo: & alios quos uocant altanos e ter-
 ra consurgere. Qui quidem cum e mari redeunt tropei uocantur: si pergunt apogei.

Qua ratione echo reddatur.

CA. XLVI.



Ontiū uero flexus crebriq; uertices & cōflexa cubito: aut cōfracta in hūeros iuga: cō-
 caui ualliū sinus scindūt inæqualiter: inde resūltatē aera quæ causa etiā uoces multis
 in locis reciprocas facit.

De uentis.

CA. XLVII.



Ine sine uētos generat iā quidā etiā specus: qualis in dalmatiæ ora uasto in p̄ceps hia-
 tu: i quē deiecto leui p̄dere: quāuis trāquillo die turbini similis emicat p̄cella. Nomē
 loco est sēntaquin: Et in cyrenaica puincia rupes quædā austro tradit̄ sacra: quā p̄fa-
 nū sit atreſtari hōinis manu: cōfestim austro iuoluēte harenas. In dōibus etiā multis
 māufacta inclusa opacitate cōceptacula auras suas habēt: adeo cā nō deest. Sed plurimū interest
 flatus sit an uētus: illos statos atq; p̄spirātes: quos nō tractus aliquis ueze terræ sentiūt: qui nō au-
 ra: nō p̄cella maris: sed appellatiōe quoq; ipsa uēti sunt. Qui siue assiduo mundi incitu & contra-
 rio syderum occurſu nascuntur: siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus huc illucque

sēntaquin
 uel sēnta
 quin &

tanq̄ in utero aliquo uagus: siue disparili errantium syderū ictu: radiorūq; multiformi iactu flagellatus aer: siue a suis syderibus exeunt his propioribus: siue ab illis caelo affixis cadunt: palam est illos quoq; legem habere naturæ non ignotam: etiam si nondum percognitam.

Naturæ & obseruationes uentorum.

CA. XLVIII.

Viginti & amplius auctores graeci ueteres, p̄didere de his obseruationes: quo magis miror orbe tā discordi: & in regna: hoc est in mēbra diuiso tot uiris curæ fuisse tā ardua iūerū perquirere iter bella p̄sertim & infida hospitia. Pyratibus etiā oīum mortalīū hostibus trāsitus fame tenētibus: ut hodie quædā in suo quisq; tractu ex eoz; cōmentariis: qui nunq̄ eo accessere: uerius noscāt q̄ indigenaz; sciētia. Nūc uero pace tā festā: tā gaudente prouerū regē: artūq; principe oīno nihil adfici noua inquisitiōe: imo ne ueterū quidē inuēta perdisci. Nō erāt maiora præmia in multis dispersā fortunæ magnitudine: & ista plures sine p̄mio alio q̄ posteros iouādī eruerūt. Nāq; mores hominū senuere nō fructus. Et immensā multitudo apertū quodcūq; est mare hospitaliq; littorū omniū appulso nauigat: sed lucri nō sciētiæ gratia. Nec reputat cæca mens etiā tantū auaritiæ intēta: idipsum sciētia posse tutius fieri. Quapropter scrupulosius q̄ instituto fortassis cōueniat operi: traclabo uentostor milia nauigātium cernens.

Ventorum genera.

CA. XLVIII.

Hebetius
uel hebeti
mox iudicatu
conscissā
uel cōcissā

Veteres quattuor oīno seruauere p̄ totidē mūdi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebetius mox iudicatu est secuta ætas octo addidit: ratiōe nimis subtili & cōscissā. Proximis inter utraq; media placuit ad breue numerū additis quattuor. Sūt ergo bini in quattuor caeli partibus. Ab oriēte æquinoctiali subfolanus. Ab oriēte brumali uulturnus. Illū apeliōtē: hunc graeci eurū appellant. A meridie auster. Et ab occasu brumali africanus: notō & liba nominat. Ab occasu æquinoctiali fauonius. Ab occasu solstitiali chorus: zephyron & argesten uocat. A septētrionibus septētrio. Interq; eū & exortū solstitialē aquilo. A partibus dicti & boreas. Numerosior ratio quattuor iis itericerat traſeam media regiōe inter septētrionē & occasum solstitialē. Itēq; cæciā media inter aquilonē & exortū æquinoctialē ab ortu solstitiali: phœnica media regione inter ortū brumalē & meridiē. Itē inter liba & noton cōpositū ex utroque mediū. Inter meridiē & hybernū occidētem libanoton. Nec finis. Alii quippe me sem nomine etiānum addidere inter boreā & cæciam. Et inter eurum & noton euronoton. Sūt etiā quidā peculiare quibusq; gētibus uentis: nō ultra certū procedētes tractū: ut Atheniensibus scyron: paulo ab argeste deflexus reliquæ græciæ ignotus. Aliubi elatior idē olympias uocat. Cōsuetudo his oībus nominibus argestē intelligit & cæciā. Aliqui uocant helleſpontion: Et eisdē alibi aliter. Item in narbonēsi puincia clarissimus uentorum est circius: nec ulli uiolētia inferior. Oītiā plerūq; recto ligustico mari perferēs. Idem nō modo in reliquis partibus caeli ignotus est: sed ne uicīnam quidem eiusdem prouinciæ urbem attingens: paucis ante limitibus iugi modici occurſu tantus ille uentorū est coercitus. Et austros in ægyptū penetrare negat Fabianus. Quo fit manifesta lex naturæ uentis etiā & tempore & sine dicto. Ver ergo aperit nauigātibus maria. Cuius in principio fauonii hybernū molliunt cælum: sole aquari. xv. optinētē partē. Is dies sex tus est ante februarīas idus. Competit ferme & hoc omnibus: quos deinde ponā per singulas intercalatiōes: uno die anticipātibus rursumq; iustro sequēti ordinē seruātibus. Fauonii quidā ad vii. cal. martii chelidoniā uocat: ab hirūdinis uisu. Nōnulli uero ornithiam uno & septuagesimo die post brumā ab aduētū auium statem per dies nouē. Fauonio cōtrarius est: quē subfolanū appellauimus. Datus est autē huic exortus uergiliæ i totidē partibus tauri sex diebus ante maias idus: quod tēpus austrinū est huic uēto septētrionē cōtrario. Ardētissimo autē æstatis tēpore exoritur cæculæ sydus sole primā partē ledīs ingrediēte. Qui dies xv. ante augusti calē. est. Huius exortū diebus octo ferme aquilōes antecedūt: quos p̄dromos appellāt. Post biduū autē exortus tidē aquilones cōstātius perſtat diebus. xl. quos etefias uocant. Mollire eos credit solis uapor gēnatus ardore syderis. Nec ulli uētoz; magis statī sunt. Post eos rurſus austrī frequētes usq; ad sydus arcturi: quod exoritur. xi. diebus ante æquinoctiū autūni. Cū hoc chorus incipit: chorus autūnat. Huic est cōtrarius uulturnus. Post id æquinoctiū diebus fere quattuor & xl. uergiliarum occasus hyemem inchoat. Quod tempus in tertio idus nouembris incidere cōſueuit: hoc est aquilonis hybernū: multumque æstiuo illi dissimilis: cuius ex aduerso est africanus. Ante brumam autem septem diebus totidemque postea sternitur mare halcyonum fortunæ: & inde nomen ii dies traxere. Reliquum tempus hyemat. Nec tamen seuitia tempestatum cōcludit mare. Piratæ primū coegere mortis periculo in mortem ruere: & hyberna experiri maria. Nunc idem auaritia cogit.

Ventorum etiam frigidissimi sunt: quos a septentrione diximus spirare. Vicinus his chorus. Et reliquos cōpescunt: & nubes abigunt. Humidi auster africanus: & præcipue auster italiae. Narrat & in pōto cæciā in se trahere nubes. Sicci chorus & uulturnus præterq̄ desinentes. Niuales aquilo & septentrio. Gradines septentrio importat & chorus. Aestuosus auster. Tepidi uulturnus & fauētus. Idē sub solano sicciore: & in totū omnes a septentrione & occidēte sicciore: q̄ meridie & oriente. Saluberrimus autē oīum aquilo. Noxius auster & magis siccus fortassis quia humidus frigidior est. Minus esurire eo spirāte credunt animātes. Et estā noctu desinūt flare: & a tertia diei hora oriunt. In hispania & asia ab oriente flatus est eorū. In ponto ab aquilone. Reliqui in partibus a meridie. Spirāt autē & a bruma qui uocant̄ ornithia: sed leniores & paucis diebus. Permutāt & duo naturā cū situ. Auster africae serenus. Aquilo nubilus. Omnes uēti uicibus suis spirant maiore ex parte. Aut ut cōtrariis desinēti incipiat cū p̄xime cadētibus. Surgūt a leuo latere in dextrā: ut sol ambiūt. De ratione eorū menstrua quarta maxime luna decernit. Isidē autē uentis in cōtrariū nauigat̄ prolatis pedibus: ut noctu plerūq; aduersā uela concurrant. Austro maiores fluctus edunt q̄ aquilone: quoniam ille infernus ex imo maris spirat: hic summo. Ideoq; post austros noxiū præcipue terremotus. Noctu auster interdū aquilo uehementior. Et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flantibus. Septentriones in pari fere desinunt numero. Quæ obseruatio etiam in aliis multis rege naturæ partibus ualeat. Mares itaq; existimant̄ impares numeri. Sol & auget & cōprimit flatus. Auget exoriēs occidēsq;. Cōprimit meridianus æstiuus temporibus. Itaq; medio diei aut noctis plerūq; sopiunt: quia aut nimio frigore aut æstu soluunt. Et hymbribus uēti sopiunt. Expectantur autem maxime unde nubes discussæ adaperuere cælum. Omnium quidem si libeat obseruare minimos ambitus redire easdem uices quadriēnio exacto Eudoxus putat: nō uento: um modo: uerum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principiū lustri eius semper intercalari anno caniculæ ortu. De generalibus uentis hæc.

De repentinis flatibus.

CA. L.



Vnc de repentinis flatibus qui exhalante terra ut dictum est coorti rursusq; diebus interim obducta nubium cute multiformes existunt. Vagi quippe & ruentes torrentium modo ut aliquibus placere ostendimus: tonitrua & fulgura edūt. Maiore uero illati pōdere incursumq; si late siccam ruperint nubem: procellam gignunt: quæ uocaf a grecis ecnephias. Sin uero depresso sinu arctius rotati effregerint sine igne hoc est sine fulmine uorticem faciunt: qui typhon uocatur: id est uibratus. Ecnephias defert. Hic secum aliquid ab reptum e nube gelida conuoluens uersansq; & ruinam suam illo pondere aggrauans: & locum ex loco mutans rapida uertigine: præcipua nauigantium pestis: non antennas: modo uerum ipsa nauigia contorta frangens: tenui remedio aceti in aduenientem effusi: cui frigidissima est natura. Idem illis ipso repercussus correpta secum in cælum refert: sorbetque in excelsum. Quod si maiore depresso nubis eruperit specu: sed minus lato q̄ procella: nec sine fragore: turbinem uocant: proxima quæq; prosternentem. Idem ardentior: accensusque dum fuerit præter uocaf anaburens contacta pariter & proterens.

exhalante uel exhalat e terra

Alia prodigiosa genera tempestatum.

CA. LI.



On sit autē aquilōibus typhon nec niualis: aut niue iacēte ecnephias. Quod si simul rupit nubē: exarsitq; & ignē habuit: aut postea cōcepit: fulmen est. Distat a p̄stere: quod flama ab igne. Hic late fundit flatu. Illud conglobat impetu. Vortex autem hic meando distat a turbine quo stridor a fragore. Procella latitudine ab utroq; dissecta nube uerius q̄ rupta. Fit & caligo beluæ similis nube dira nauigantibus. Vocaf & colūna: cū spissatus humor rigenq; ipse se sustinet. Ex eodē genere & in longā ueluti fistulam nubes aquam trahit. Quibus in terris fulmina non cadant.

aquilōibus uel aglōius meando uel remeando

Quibus in terris fulmina non cadant.

CA. LII.



Yeme & æstate rara fulmina cōtrariis de causis: quoniam hyeme de satus aer nubiu crassiore corio spissat: omniscq; terræ exhalatio rigēs ac gelida quicquid accipit ignei uaporis extinguit. Quæ ratio imūne scythiā & circa rigētia a fulminū casu p̄stat: & e diuerso nimius ardor ægyptū. Sigdē calidi sicciq; halitus terræ raras admodū tenuesq; & firmas desinat in nubes. Vere autē & autūno crebriora fulmia: corruptis i utroq; tepore æstatis hyemiscq; causis. Quæ ratio crebra i italia fulmia: quia mobilior aer mitiore hyeme & æstate nimiosa: semp quodāmodo uernat uel autūnat. Italiae quoq; partibus iis: quæ a septentrione descēdāt ad tepore qualis ē urbis capaiæ tractus: iuxta hyeme & æstate fulgurat: quod nō in alio situ.

fulminibus

Fulgurum genera & miracula.

CA. LIII.

Fluminum ipsorum plura genera traduntur: Quae sicca ueniunt non adurunt: sed dissipant. Quae humida non urunt: sed infuscant. Tertium est quod clarum uocant: mirificae maxime naturae: quo dolia exhauriuntur intactis operimentis: nulloque alio uestigio relicto. Aurum & aes & argentum liquatur intus sacculis ipsis nullo modo amibustis: ac ne confuso quidem signo caeræ. Martia princeps romanarum iceta grauida partu exanimato ipsa citra ullum aliud incommodum uixit. In catulinianis prodigijs pompeiano ex munici pio. M. Herennius decurio sereno die fulmine ictus est.

De obseruationibus.

CA. LIIII.

Huscosque litterae noue deos emittere fulmina existimant: eaque esse undecim generum. Ioue enim trina iaculati. Romani duo tantum ex his seruauere: diurna attribuentes Ioui: nocturna Sumano. Rariora sane cadere de caelestis frigidiore caeli. Hetruria rupere a terra quoque arbitrat: quae infera appellat: brumali tempore facta saeva maxime & execrabilia: cum sint omnia quae terrena existimant non illa generalia: nec a sideribus ueniunt: sed ex proxima atque turbidioris natura. Argumentum euidens est: quod omnia a superiore caelo decidenda obliquos habeant ictus: haec autem quae uocantur terrena rectos. Sed quia ex propria materia cadunt: ideo creduntur e terra exire: quoniam ex repulso nulla uestigia edant: cum sit illa ratio non inferni ictus: sed aduersi. Saturni ea a sideribus proficisci subtiliter ista consueti putant: sicut crematia a Martis. Qualiter cum uulscinij oppidum thulscorum opulentissimum totum concrematum est fulmine. Vocant & familiaria in tota uita satidica: quae prima fiunt familia sua cuique indepto. Caeterum existimant non ultra decem annos portendere priuata: praeterquam haec quae matrimonio primo facta aut natali die. Publica non ultra tricesimum annum: praeterquam in deductione oppidorum.

De fulminibus euocandis.

CA. LV.

Xrat annaliu memoria sacris quibusdam & precationibus uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus fama est hetruiae impetratum uulscinis & urbe & agris depopulatis: subeunte motro: quod uocauerunt Oltra: euocatum & a Porfena suo rege: & ante eum a Numa septius hoc factitatum: in primo annaliu suoque tradit. L. Piso grauis auctor. Quod imitatum parum rite Tullij Hostiliu ictum fulmine. Lucosque & aras & sacra habemus: iter quae statores: & tonantes: & feretrios: elicitum quoque accepimus Ioue. Varia in hoc uita sententia: & pro cuiuslibet animo. Impetrari naturae audacis est credere. Nec minus hebetis beneficijs abrogare uires: quando in fulgurum quoque interpretatio eo profecit scientia: ut uentura alia finito die praecinat: & an peremptura sint fatum: aut apertura potius alia fata quae lateant: innumerabilibus in utroque publicis priuatisque experimentis. Quamobrem sint ista (ut rerum natura libuit) alijs certa: alijs dubia: alijs probata: alijs damnanda. Nos caetera quae sunt in his memorabilia: non omitemus.

Catholica fulgurum.

CA. LVI.

Vlgetrum prius cerni quam tonitrum audiri cum simul fiant certum est. Nec mirum quoniam lux sonitu uelocior. Ictum autem & sonitum congruere ita modulante natura. Sed sonitum profectum esse fulminis: non illat: etiamnum spiritum ociosem fulmine. Ideo quati prius omne & affari quam percuti. Nec quem tangi qui prior uiderit fulmen: aut tonitrua audierit. Leua prospera existimatur: quoniam leua parte mundi ortus est. Nec tam aduentus spectatur quam reditus: siue ab ictu resiliat ignis: siue opere confecto: aut igne consumpto spiritus reuertitur. In xvi. partes caelum in eo respectu diuisere tusci. Prima est a septentrionibus ad aequinoctialem exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad aequinoctiale occasum. Quarta optinet quod reliquum est ab occasu ad septentriones. Has in quaternas iterum diuisere partes: ex quibus octo ab exortu finistras: totidem e contrario appellauere dextras. Ex iis maxime dicitur quae per septentriones occasum attingunt. Itaque per plurimum refert: unde uenerint fulmina: & quo concesserint. Optimum est in exortibus redire partes. Ideo cum a prima caeli parte uenerint: & in eandem concesserint summa foelicitas portenditur: Quale Syllae dictatori ostentum datum accepimus. Caetera ipsius mundi portione minus prospera aut dira. Quaedam fulgura enuntiare non putant fas: nec audire: praeterquam si hospitium indicent aut parenti. Magna obseruationis huius uanitas: tacta Iunonis aede roma: deprehensa est Scauro consule: qui mox princeps fuit. Noctu magis quam interdiu sine tonitribus fulgurat. Vnum animal hominem non semper extinguit: caetera illico: huc uidelicet natura tribuente honorem: cum tot beluarum uiribus praesent. Omnia contrarias incubant partes. Homo nisi conuertat uel percussus non expirat. Superne icti confidunt. Vigilans ictus conuenientibus oculis: dormiens patentibus reperit. Hominem ita exanimatum cremari fas non est: ceteri terra religio tradidit. Nullum animal nisi exanimatum

confidunt
uel concidunt

matum fulmine accenditur. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.

Quae non feriantur fulmine.

CA. LVII.

fulmine
uel fulmi-
natorum

F X iis quae terra gignuntur lauri: fruticē nō icit. Nec unq̄ altius quinque pedibus descendit i terrā. Ideo pauci altiores specus tutissimos putāt: aut tabernacula pellibus beluae: quas vitulos marinos appellāt: quoniam hoc solū animal ex marinis nō percutiat: sicut nec e uolucris aquilā: quae ob hoc armiger huius teli fingit̄ in italia iter terracinā & aedē Ferontiae turres bellicis tēporibus desere fieri: quia nō nullae earū sunt fulmine diratae.

De prodigijs pluuijs lacte & sanguine carne ferro lana lateribus coctis.

CA. LVIII.

P Ræter hæc inferiore caelo relatū in monumēta est lacte & sanguine pluuisse. M. Acilio. C. Portio cōs. Et saepe alias carne: sicut. L. Volūto Seruio Sulpitio cōs. Exq̄ ea nō percutuisse quod nō diripissent aues. Itē ferro in lucāis anno antequā. M. Crassus a parthis iterēptus est: omnesq̄ cū eo lucā milites: quoq̄ magnus numerus in exercitu erat. Effigies quae pluerat spōgiæ: fere similis fuit. Aruspices caueda pmōuerūt supra uul nera. L. autē Paulo. C. Marcello cōs. lana pluit circa castellū carissanū: iuxta quod post anū. T. an nius Milo occisus est. Eodē causam dicēte lateribus coctis pluuisse in eius anni acta relatum est.

De crepitu armorum & tubarum de caelo audito.

CA. LIX.

A Rmorū crepitus & tubae sonitus auditus e caelo cimbricis bellis accepimus: crebroq̄ & prius & postea. Tertio uero cōsulatu Marit ab amerinis & taderibus spectata arma caelestia ab ortu occasuq̄ inter se cōcurrētia: pulsus quae ab occasu erant. Ipsum ar dere caelū minime mirū est. Et saepius uisum maiore ut ignis nubibus correptis.

De lapidibus e caelo cadentibus.

CA. LX.

C Elebrāt graeci Anaxagorā clazomeniū olympiadis septuagesimā octauā secūdo anno prædixisse caelestiu litterarū scientia: quibus diebus saxū casurū esset e sole. Idq̄ factū interdiu in thracīæ parte ad egos sumē. Qui etiā lapis nunc ostendit magnitudine ue hicali colore adusto: comete quoq̄ illis noctibus flagrat. Quod si quis prædictū credat: simul fateat̄ necesse est maioris miraculi diuinitatē fuisse Anaxagorae: soluiq̄ rerū naturā in tellectū & cōfundi omnia: si aut ipse sol lapis esset: aut unq̄ lapidē in eo fuisse credat. Decidere tamē crebro non erit dubiū. in abidi gymnasio ex ea causā colit̄ hodieq̄ modicus quidā: sed quē in medio terrae casurū idē Anaxagoras prædixisse narraat. Colitur & Calandria: quae potidca uocata est: ob id deducta. Ego ipse uidi in uocontiorum agro pauloante delatum.

De arcu caelesti.

CA. LXI.

A Rcus uocamus extra miraculū frequētes: & extra ostētum. Nā nec pluuios quidē aut serenos dies cū fide portendunt. Manifestū est radiū solis imissum cauae nubi repulsa acie i solē refringi: colorūq̄ uarietatē mixtura nubiu aeris igniūq̄ fieri. Certe nisi sole aduerso nō fuit: nec unq̄ nisi dimidia ereuli forma: nec noctu. Quāuis Aristoteles p dat aliquādo uisum: quod tamē fateat̄ idē nō nisi tricesima luna posse. Fuit autē hyeme maxie ab æquinoctio autūnali die decrescēte. Quo rursus crescēte ab æquinoctio uerno nō existit: nec circa solstitiū lōgissimis diebus. Bruma uero hoc est breuissimis diebus frequēter. Idē sublimes hūi li sole: humilesq̄ sublimes: & minores occidēte uel oriēte: sed in latitudine diffusi: meridie exiles: uerū ambitus maioris. Aestate uero per meridiē nō cernunt. Post autūni æquinoctiū quacunq̄ hora. Nec unq̄ plures simul q̄ duo. Cætera eiusdē naturae nō multis dubia esse uideo.

De grandine: niue: pruina: nebula: rore.

CA. LXII.

G Randinem coglaciato hymbre gigni: & niuem eodem humore mollius coacto. Prunā autē ex rore gelido. Per hyemē niues cadere nō gradines: ipsaq̄ gradines inter diu saepius q̄ noctu: & multo celerius resoluti q̄ niues. Nebulā nec estate: nec maxio frigore existere. Rores neq̄ gelu: neq̄ ardoribus: neq̄ uētis: nec nisi serena nocte. Gelādo li quorē minui: solutaq̄ glacie nō eūdē inueniri modū. De Nubiū Imaginibus. CA. LXIII.

u Arietates colorū figuratūq̄ in nubibus cerni prout admixtus ignis super aut uincat.

De Proprietatibus caeli in Locis.

CA. LXIII.

P Ræterea quasdam proprietates caeli quibusdam locis esse. Roscidas aestate africæ noctes: in italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus. Rhodi & syracusis nunq̄ tanta nubila obduci: ut non aliqua hora sol cernatur: Quas aptius suis referentur in locis. Hæc sunt dicta de aere.

De Natura Terræ.

CA. LXV.

uel nullis

Sequitur terra cui uni regē naturæ partiū eximia propter merita cognomē indidimū: maternæ ueneratōis. Sic hominū illa: ut cælū dei: quæ nos nascētes excipit: matos alit: semelq; editos sustinet semper: nouissime cōplexa gremio: iam a reliqua natura abdīcatis: tū maxie ut mater operiēs: nullo magis sacramento: q̄ quo nos quoq; sacros facit: etiā monumēta ac titulos gerēs: nomēq; progās nostrū: & memoriā extēdēs cōtra breuitatē æui. Cuius numē ultimū iam nōnullis iprecamur rati graue: tanq̄ nesciamus hāc esse solā: quæ nunq̄ irascat hominī. Aquæ subeūt in hymbres: rigescūt in grādines: tumescūt in fluctus: præcipitātur ī torrētes. Aer dēfatur nubibus: furit pcellis. At hæc benigna: mitis: idulgēs: uulūq; mortaliū semp ancilla: quæ coacta genera: quæ sponte fundit: quos odores saporeq; quos iuccos: quos tactus: quos colores: q̄ bona fide creditū reddit scēnus: quæ nostri causa alit. Pestifera enī animatiā uitali spīritu habēte culpam necesse est illi seminata excipere: & genita sustinere. Sed in malis generatiū noxa est. Illa serpētē homine percusso nō recipit ampliū: pœna: que etiā inertū noīne exigit. Illa medicas fundit hærbas: & semp hominī parturit. Quin & uenēa nostri miserta instituisse credi potest: ne in tedio uitæ diræ famis mors terræ meritis alienissīma lēta nos cōsumeret tabe: ne lacerū corpus abrupta dispergerēt: ne laquei torqueret pœna præpostera: incluso spīritu cui quæreret exitus: Ne in p̄fundo quæ sita morte sepultura sabulo fieret: ne ferri cruciatu scideret corpus. Ita est: miserta genuit id: Cuius facillimo hauustu illibato corpore: & cū toto sanguine extigueremur nullo labore sitiētibus similes: Quo taliter defunctos nō uolucres: non feræ attingerēt: terræque seruare qui sibi ipse perisset. Et ut ueg; fateamur: terra nobis malorū remediū gēuit: nos illud uitæ fecit uenēū. Nos enim & ferro quo carere nō possumus: simili modo utimur. Nec tamē quæreremur merito: etiā si maleficii causa attulisset. Aduersus unam quippe naturæ p̄tē igrati sumus: quasi nō ad delicias quasque: nō ad cōtumelias seruiat hominī. In maria iacit: ut freta admittamus: eluit aquis: ferro: ligno: igne: lapide: fruge. Oibus cruciat horis: multoque plus ut delitiis: q̄ ut alimētis nostris famulet. Illa tamen quæ summa patitur: atque extrema: cute tolerabilia uideant. Penetramus ī uiscera: auri argētīq; uenas: & æris ac plūbi metalla fodientes. Gēmas etiā & quosdā paruulos quærimus lapides scrobibus ī p̄fundū actis. Viscera eius extrahimus: ut dygito gestēs gēma: quæ petimus. Quot manus atteruntur: Ve unus niteat articulus. Si ulli essent iseri: iā p̄fecto illos auaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent. Et miramur si eadē ad noxā gēuit aliqua. Feræ enim credo custodiūt illā: arcētq; sacrilegas māus. Nōne iter serpētes fodimus? Et uenas auri tractamus cū uenēi radicibus? Placatiore tamē dea utimur ob hoc: q̄ omnes hi opulentiæ exitus ad scelera cedēsque & bella tēdūt: quæque sanguine nostro irrigamus ī sepultis ossibus regimus. Quibus tamē uelut exprobaturo sūrore tādēm ipsa se obducit: & scelera quoque mortaliū occultat. Inter crimina igrati animi & hoc dixerim: q̄ naturam eius ignoramus.

De Forma Terræ.

CA. LXVI.

St autē figura prima de qua cōsensūs indicat. Orbē certe dicimus terræ globū: quem uerticibus icludi fatemur. Neque enim absoluti orbis est forma ī tāta mōtiū excellitate tāta cāpog; planicie: sed cuius amplexus: si cūcta linearū cōprehēdant ambitu: figurā absoluti orbis efficiat. Id quod ipsa regē naturæ cogit ratio: nō eisdē causis: quas attulimus in cælo. Nāque in illo caua in se cōuexitas uergit: & cardini suo hoc est terræ undiq; incūbit. Hæc ut solida atque cōserta assurgit intumescētī similis: extraque p̄tendit. Mūdus ī cētrū uergit. At terra exit a cētro: immēsūm eius globū ī formā orbis assidua circa eā mūdū uolubilitate cogente.

De Antipodibus An Sint.

CA. LXVII.

Ngēs hic pugna litterarū cōtraque uulgi opinionē circūfundi terræ homines undiq; conuersūque iter se pedibus stare: & cūctis similes esse cæli uerticētac simili modo ex quacūq; parte mediā calcari. illo quærēte cur nō decidāt cōtra siti: tanq̄ non & ratio præsto sit: ut nos nō decidere mirent illi. Interuenit sentētia quīs idocili p̄babilis turbæ inæquali globo: & si sit figura pinæ nucis nihilominus terrā undiq; incolit. Sed quid hoc refert: alio miraculo exoriēte: Pēdere ipsam ac nō cadere nobiscū ceu spīritus uis mundo p̄fertim iclusi dubiū sit: an possit cadere: natura repugnāte: & quo cadat negāte. Nā sicut igniū sedes non est nisi ī ignibus: aquarū nisi in aquis: spīritus nisi in spīritu: ita terræ arcēbus cūctis nisi ī se locus nō ē. Globū tamē effici mize est ī tāta plāitie maris cāporūq; cui sentētia adest Dicæarchus uir ī primis eruditus regū cura p̄nēsūs mōtes: ex quibus altissimū pdidit Pelion. M. cc. l. passūū ratiōe p̄p̄diculi nullā esse eā portionē uniuersæ rotūdinitatis colligēs. Mihi incerta hæc cōiectatio uidet: Haud ignoro quosdā alpiū uertices lōgo tractu nec breuiore quiuagita milibus pas-

uel ignaro

qui rhesum dixerunt. Deinde pillis. Portus calpas: Sangaris fluius ex inclytis. Oritur in phry-
gia: accipit uastos amnes: inter quos tembrogium & gallum. Et idem sangarius a plerisq; dictus
coralius: a quo scipiunt mariãdini sinus: oppidumq; heraclea celeceno flumini appositū. Abest
a ponti ore miliaris ducentis portus áconæ ueneno aconito dirus. Specus acherusia. Flumina pe-
dopiles: callichorum sonantes. Oppidum Tium ab heraclea. xxxviii. mil. pas. Fluius Bilæus.

celeceno
uel lyco

Gens paphlagonum: & cappadocum. CA. II.

VLtra quæ gens est paphlagonia: quam pylæmeniam aliqui dixerunt: inclusam a ter-
go galatia. Oppidum mastya milesiorum: deinde cromna. Quo loco henetos adicit
Nepos Cornelius: a quibus in italia ortos cognomies eorum uenetos credi postulat.
Sesamum oppidum quod nunc amastris. Mons cytorus a Tio. lxiii. mil. pas. Oppida
Cimolis stephane. Amnis parthenius. Promontorium carambis uasto excursu abest a ponti ho-
stio. cccxy. mil. pas. uel ut aliis placuit. ccl. mil. Tantundem a cimmerico: aut ut aliqui maluerit.
cccxi. mil. d. Fuit & oppidum eodem nomine: & aliud inde armine nunc est colonia sinope pre-
ria a cytoro. clxiiii. flumen uaretum. Gens cappadocum. Oppidum gaziura & gazalum. Amnis.
halys a radicibus tauri per cataoniam cappadociamq; decurrens. Oppida gangre carissa inde
Amysum liberum a sinope. cxxx. mil. pas. Eiusdemq; nominis sinus tanti recessus: ut asiam penin-
sulam faciant: ducentis milibus pas. ut amplius: per continentem ad issicum ciliciæ sinum. Quo
in omni tractu proditur tres tantum gentes græcas iure dici doricam: ionicam: æolicam: cæte-
ras barbarorum esse. Amyso iunctum fuit oppidum eupatoria a Mithridate conditum. Victo
eo pompeopolis utrunq; appellatum est.



Cappadocia. CA. III.
Appadocia itus habet coloniã Claudii Cæsaris archelaidẽ: quã p̄fluit halys. Oppida
comana: qd̄ sãrus: neocæ sãriã: qd̄ lycus: amasiã: qd̄ tris. In regiõne hac gazacena i colope-
na a uero sãbastiam & sãbastopolin. Hæc parua: sed paria supradictis. Reliqua sui pte
habet mclitã a Semiramide conditam haud pcul euphrate. Diocæ sãriã: tianã: castaliã: megal-

c ii

polin:zelam. Et sub monte argæo mazacam: quæ themiscyra: nunc cæsarea nominatur. Cappadocia: ps p̄teta armenia: maiori melitene uocaf: cōagenæ cataonia: phrygia: garauritis: sargaurasane cāmanene: galatia: morimēni ubi disterniat eos cappadox anisa: quo nomē traxere: ātea leucosyri dicti. A neocæsarea supradicta minorem armeniam lycus amnis disterniat. Est & ceranus intus clarus. In ora autem ab amyso oppidum & flumen chadisia: lycastum: a quo themiscyrena regio. Iris flumen deferens lycum. Ciuitas ziela intus nobilis clade Triarii & uictoria. C. Cæsaris. In ora amnis thermoodon ortus ad castellum: quod uocant phannoroem: præterque radices amazoni montis lapsus. Fuit oppidum eodem nomine: & alia quinq; phamizoniū: themiscyra: fortira: amafia: comara.

Themistidæ regionis gentes.

CA. III.



Vnc manteum: genetarum chalybū. Oppidum coryorum. Gentes tybareni: mossini notis signantes corpora. Gens macrocephali: oppidum cærasus: portus cordula. Gentes bechires buzeri: flumen melas. Gens macrones sydeni: flumenq; sydenum: quo aluitur oppidum polemonium ab amyso. cxx. Mil. passu. inde flumina iasonium: melathium: & ab amyso. lxxx. Mil. passu. Pharnace oppidum: tripolis castellum & fluuius. Item cocaita: & sine fluuiio liuopolis: & a pharnace. c. Mil. pal. Trapezus liberum uasto monte clausum. Vltra quod gens armenocalybes: & maior armenia. xxx. Mil. passu. distans. In ora autem trapezunta flumen est pysites. Vltra uero gens sannorum: heniochorum. Flumen absarum cum castello cognomine in faucibus a trapezunte. cxi. m. passu. eius loci a tergo montiū hiberia est. In ora uero eniochi: ampreutelazi. Flumina a campseonytis: nogrus: bathis: Gentes colchorum. Oppidū matium. Flumen heracleum: & promontorium eodem nomine. Clarissimūq; ponti phasis: orif in moschis. Navigatur quālibet magnis nauigijs. xxviii. Mil. d. p. Inde minoribus longo spatio pontibus. cxx. peruius. Oppida in ripis habuit complura. Celeberrima Tyritacen: cygnum: & in faucibus phasin. Maxime autē inclaruit ea. xv. mil. passu. a mari: ubi hippos & cyanos uasti amnes e diuerso in eum confluunt. Nunc habet surium tantum: & ipsum ab amne influente ibi cognominatum: usq; quo magnarum nauium capacem esse diximus. Et alios accipit fluuios magnitudine numeroq; mirabiles. Inter quos glaucum. In ora eius insulæ sine nomine. Abest absaro. lxxv. mil. Inde aliud flumen charien. Gens salæ antiquis phthirophagi dicti & alafanni. Flumen eorum e caucaso per suanos fluens. Dein rhoan. Regio erectice: amnes figania: terfos: atelpos: chrysorohas: gens absila: castellum sebastopolis. A phaside. c. M. pas. gens sannigariū: oppidū cygnus. Flumen & oppidum penius. Deinde multis nominibus eniochorum gentes.

uel pityus

Regio colchica anchati: & cæteri eodē tractu.

CA. V.



Vbiicitur ponti regio colchica: in qua iuga caucasi ad rhipheos montes torquentur: ut dictum est: altero latere in euxinum & mæotin deuexa: altero in caspium: & hyrcanum mare. Reliqua littora fere nationes tenent melanchlæni coraxi urbe colchorū diofcoriade iuxta fluuium antemunta. Nunc deserta: quōdā adeo clara: ut Timotheus in eam. ccc. nationes: quæ dissimilibus linguis uterentur: descendere prodiderit. Et postea a nostris. cxxx. interpretibus negocia ibi gesta. Sūt qui conditam eam ab Amphitho & Telchio Castoris ac Pollucis aurigis putant: a quibus ortam eniochorum gentem feram constat. A diofcoriade oppidum heracleum distat a sebastopoli. lxxx. mil. passu. achæti: mardii: cercetæ. Post eos ferri: cæphalotomi. In intimo eo tractu pityus oppidum opulentissimum ab eniochis direptum est. A tergo eius epageritæ sarmatarum populus in caucasi iugis. Post quæ sauomata. Ad hos conuenerat. Myridentes Claudio principe: narrauitq; thalos iis esse cōfines: qui ab oriente caspii maris fauces attingerent: sicari eas æstu recedente. In ora autem iuxta cercetæ flumen icarusa cum oppido hiero: & flumine ab heracleo: cxxxvi. mil. Inde promontorium cronea: quo supercilium arduū tenent toretæ. Ciuitas sindica ab hiero. lxxvii. mil. d. pas. flumen scaceriges.

Bosphorus cimericus: mæotis.

CA. VI.



Nde ad bosphori cimeri introitum. lxxxviii. Mil. d. pas. Sed ipsius peninsulæ inter pōtū & mæotin lacum excurrentis non amplior. lxxviii. m. d. pas. Longitudo est. Latitudo usq; intra duo iugera: eonem uocant. Ora ipsa bosphori utrinq; ex asia atq; europa curuatur in mæotin. Oppida in additu bosphori primo hermonassa. Dein cæpe milesiog. Mox stratoelia: & phanagoria: & pene desertum apaturos: ultimoque in hostio cimerium: quod antea cimbricum uocabatur.

Gentes circa mæotin

CA. VII.

Nde mæotis lacus in europa dictus. A cimerio accolunt mæotici: ualli: serui: arrechii: zingi: plesii. Dein tanain amnē gemino ore influentem incolunt taxamate medorum (ut ferunt) sôboles. Et ipsi in multa genera diuisi. Primo sauromata: gynæi: icratumene: unde amazonū conubia. Dein euazæ: cotta: cizimeti: messeniâ: costobocci: choatra: cyzæ: dādari: thussagethæ: turcæ: usq; ad solitudines saxosis conuallibus asperas: ultra quas arhiphæos q; ad arhiphæos ptinent mōtes. Tanain ipsi scythæ silin uocāt. Mæotin temerinda: quod significat matrem maris. Oppidum in tanais quoq; ostio fuit. Tenuere finitima primi cates. Deinde clazomenii & mæones. Postea panticapenses: Sunt qui circa mæotin ad ceraunicos montes altores has tradunt gentes: a litore nâpoas: suprag; essedonas: colchis iunctos: ac montium cacuminibus. Dein carmacas: oranos: antacas: mazacas: ascantios: acapeatas: agagammaras: phycaros: rhi mefolos: acommarchos. Et ad iuga caucasi: icatalas: imaduchps: ranos: anclacas: tydios: carastacos: asutanidas. Lagom amnem ex montibus cathais: in quem defluit opharus: ubi gentes caucadas: opharitas. Amnem menocharum imituenis ex montibus scissum. Inter agdeos: carnast: gardeos: accifos: gabros: gregaros. Circaq; fōtem imitissii: imituos: & aparthenos. Alii issuissie eo sutas: auchetas: satarneos: sanpatas. Ab his tanaitas: & nepheditas uiritim deletos. Aliqui flumē ocharium labi per cantecos: & sâpeos tradunt. Tanain uero transisse fatateos: heticcos: spondylcos: synhietas: amafios: catacetos: tagoros: catonos: neripos: agandeos: mandareos: sator: cheos: paleos.

Armenia duæ.

CAVIII.

Eracta est interior ora: omnesq; accolæ: Nunc reddantur gentes in mediterraneo sinu: in quo multo aliter ac ueteres proditurū me non eo inficias anxia perquisita curarebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone: regibusque inde missis supplicibus: aut regum liberis obsidibus. Ordinem autē a cappadocum gente. Lōgissime hæc ponticarum omnium introitus recedens minorem armenia maiorēq; & comagenē leuo suo latere transir. Dexterâ uero omnes in asia dictas gentes plurimis superflua populis: magnosq; impetu scandens ad ortum solis: & tauri iuga transit lycaniam: pyfidiam: ciliciam: Vadit super antiochia tractum usq; ad cyresticam eius regionem: parte sua quæ uocatur cataonia. Cōtendit itaq; ibi lōgitudō asia. xii. l. m. p. efficit: latitudo. d. c. M. xl. M. Armenia maior. CA. IX.

Armenia autem maior incipit a pariedris montibus: euphrate amne: ut dictum est: aut fertur cappadocia: & qua discedit euphrates mesopotamiae haud minus clara amne tigris. Vtrunq; fundit ipsa: & initium mesopotamiae facit inter duos amnes ituræ. Quod interest ibi tenent arabes orei. Sic finem usq; in adiabene perfert. Ab ea trāsuertū iugis inclusa. Latitudinē in leua pandit ad cyrum amnē transuerſa in araxem. Longitudinem uero ad minorem usq; armeniam absq; amne in pōtum defluente & pariedris montibus: qui fundunt ab sâge: discreta ab illacoriis. Oritur in eniochiis montibus: quos alii coraxicos: uocauere. Araxes eodem monte quo euphrates. vi. Mil. pass. interuallo auctusq; amne missi & ipse (ut plures existimauerē) a cyro defertur in caspium mare. Oppida celebrant i minore casara azanicopolis. In armenia maiore arsamote euphrati proximū. Tigri carathiocerta. In excelſis autem tigranocerta. Et in campis iuxta araxem artaxata. Vniuersæ magnitudinē Ausidus quinquagies centena milia prodidit. Claudius Cæsar longitudinem ad sacusa ad confinium caspii maris. xiii. Mil. passu. Latitudinem dimidium eius. A tigranocerta adhiberiam diuiditur (quod certum est) in præfecturas: quas ii strategias uocant. Quasdam ex iis uel singula regna quondā barbaris nominibus cxx. Claudunt eam ab oriente montes: sed non statim ceraunū: nec adiabene regio. Quod interest spatii sopheri tenent. Ab iis iuga ceraunia. Ultra adiabeni tenent. Per conualles autem proximi armenia sunt menobardi: & moscheni. Adiabene tigris & montes tres. xii. Mil. pass. cingūt: Ab leua eius regio medorū est: & pfectus caspii maris. Ex oceano hoc ut suo loco dicemus funditur: totumq; caucasis montibus cingit. Horum incolæ per cōfiniū armenia nunc dicentur.

Albania hyberia

CA. X.

Laniticū omnem a cyro usq; albanorū gens tenet. Mox hyberū discreta ab iis amne aragone in cypro: caucasis montibus defluente. Præualent oppida albania: cabalacha Hiberia: harmastis iuxta flumē neoris. Regio thasia: & tria usq; ad partedoros mōtes. Ultra sunt colchicæ solitudines: quarum a latere ad ceraunios uersos armeno chalybes habitant. Et moscorum tractus ad hiberum amnem in cirū defluentem: & infra eos sicasant: & deinde macrones ad flumen absarum. Sic plana ac deuexa optinetur. Rursus ab albania confinio

uel proſpētus

uel ocaziæ

uel phazmaſus

e iiii

totâ montium fronte gètes siluorum tere: & infra lubienorum: mox diduti: & sodii.

Portæ caucasie

CA. XI.

A his sunt portæ caucasie magno errore a multis caspie dicte: ingens natura opus & mōtib; interruptis repente ubi fores obditæ ferratis trabibus subter medias amne dyriodori fluente. Citraq; in rupe castello: quod uocatur cumania: cōmunito ad arceadas transitu gentes innumerās: ubi loci terræ orbe portis discusso: ex aduerso maxime armatis oppidi hiberū a portis caucasis per montes gordygeos ualli. Suani indomitæ gentes auri tātum metalla fodiant. Ab iis ad pontū usq; eniochoz plurima genera: mox achæoz. Ita se habet terrarū sinus et clarissimis. Aliqui inter pontū & caspiū mare. ccc. lxxv. Mil. pas. non amplius inter esse tradiderunt Cornelius Nepos. cl. Mil. tantis interim angustiis infestat asia. Claudius Cæsar a cimerio bosphoro ad caspiū mare. cl. Mil. prodidit: eaq; pfodere excogitasse Nicanorem Seleucum: quo tempore ab Ptolemæo Ceraunio sit interfectus. A portis caucasis ad pontū. cc. M. pas. esse constat fere.

Insulæ in ponto.

CA. XII.

Insulæ in ponto planetæ siue cyaneæ: siue symplegades: deinde appollonia thynnias dicte: ut distinguere ab ea quæ est in europa. Distat a continente passibus mille. Cingitur. iij. Mil. & contra pharnaceam calcitin: quâ græci ariam dixerunt sacramq; Marti: & in ea uolucres cum aduentis pugnasse pennarū ictu.

Gentes in scythico oceano:

CA. XIII.

Vnc oibus: q̄ sūt interiora asiæ dicte: rhipheos montes trāscendat anius: dextraq; lit tora oceani incedat. Tribus hic e partibus cœli alluens asiā scythicus a septentrione: ab oriente eos: a meridie indicus uocatur. Varietq; per sinus & incolas in cōplura noia diuiditur. Verum asiæ hæc quoque magna portio apposita septentrioni iniuria syderis rigentis uastas solitudines habet. Ab extremo aquilone ad initium orientis æstiu extra eos scythæ sunt. Ultra aquilonis initia hyperboreos aliqui posuere: pluribus in europa dictos. Primum inde noscitur promontoriū celtice lyrtarmis. Fluuus carambucis ubi lassata cū syderū ut rhipheorū montium deficiunt iuga. Ibi que arimpheos quosdam accepimus haud dissimilē hyperboreis gentē. Sedes illi nemora. Alimenta bacca. Capillus iuxta foeminis uiriscq; in probo existimatur. Ritus clæmentis. Itaque sacros haberi narrant: inuolatosq; esse etiā feris accolarum populis. Nec ipsos modo: sed illos etiam qui ad eos perferunt. Ultra eos plane iam scythe cimerii: cissathi: georgi: & amazonum gens. Hæc usque ad caspiū & hircanium mare. Nanque id erumpit scythico oceano in aduersa asiæ pluribus noibus accolarū appellatū celeberrimis duobus caspio & hircano. Non minus hoc esse q̄ pontū euxinū Clytarchus putat. Eratosthenes ponit & mensurā ab exortu ad meridiē per cadusiæ & albanie orā quinquies quadringenta stadia: inde per araticos: amarbos: hircanos ad ostium zoni fluminis quater octingenta stadia. Ab eo & ostium laxatissim mille quadraginta. Quæ summa efficit quindecies. lxxv. Mil. pas. Artemidorus hinc de trahit. xxv. Mil. pass. Agrippa caspiū mare gentesque: quæ circa sunt: & cum iis armeniam disterminans ab oriente oceano serico: & ab occidente caucasi iugis: a meridie tauri a septentrione oceano scythico patere qua cognitū est. cccc. Mil. pas. in longitudinem. ccc. mil. in latitudine prodidit. Non desunt uero qui eius maris uniuersum circuitum a freto. xxv. mil. pas. tradunt. Irrūpit autē arctis faucibus in longitudine spatiosis. At ubi cœpit i latitudine pandi: lunatis obliquatur cornibus uelut ad inæotium lacum ab ore discedens scithici arcus: ut auctor est M. Varro similitudine. Primus sinus appellatur scythicus: utrunque enim accolunt scythæ: & per angustiis inter se cōmeant. Hinc nomades: & sauromatæ multis nominibus: illinc abzoæ non paucioribus. Ab introitu dextra mucronem ipsū facium tenent udini: scytharum populus. Deinde per orā albanie (ut ferunt) ab lasone orti. Ante quos mare quod est: albanum nominatur. Hæc gēs superflua montibus caucasis ad cyrū amne armenie confiniū: atq; hyberie descendit: ut dictū est. Super maritima eius udinorūque gente sarmatæ: ut idorsii: aroteles prætenduntur. Quorum a tergo indicate iam amazones: sauromatides. Flumina per albaniam decurrūt in mare cassios & albanos. Deinde cābyles: in caucasis ortus montibus: mox cyrus in coraxicis ut diximus. Orā omnē a caucaso præaltis rupibus in accesso patere. cccc. lxxv. passuum auctor est Agrippa. A cyro caspiū mare uocari incipit: accollunt caspii. Corrigenus est error in hoc loco multorū: & eorū etiā: qui in armenia res proxime cum Corbulone gessere. Nanq; ii caspias appellauere portas hyberie: quas caucasias diximus uocari. Situsq; depicti & inde missi hoc nomē inscriptū habet. Et neronis principis cōminatio ad caspias portas tendere dicebatur: cum peteret illas: quæ per

hiberiam in sarmatas tendunt: uix ullo propter appositos montes aditu. Ad caspium mare sunt aliae caspiis gentibus iunctae: quod dignosci non potest: nisi in comitatu reru Alexandri magni. Namq; per saru regna: quae nunc parthoru intelligamus: inter duo maria persicu & hyrcanu cau caspiis iugis attolluntur utrinq; per deuera laterum. Armenia maiori a frontis parte: quae uergit in comagenem sopenae: ut diximus copulatur: eiq; adiabene assyriorum intitu. Cuius pars est arbelitis: ubi Darius Alexander debellauit: proxima hyria. Totam eam macedones mygdonia cognosinauerunt a similitudine. Oppida Alexandria: item antiochia: quam nyssin uocat. Abest ab artaxatis. dcl. mil. pas. Fuit & ninus imposita tigris ad solis occasum aspectans quoddam clarissima. Reliqua uero fronte qua tendit ad caspium mare atrapatene: ab armenia opene regione dis creta araxe. Oppidum eius gazae ab artaxatis quadringenta quinquaginta mil. pas. Totidem ab ecathanis medoge: quoq; pars sunt atrapateni

uel otene

Media: caspiae portae: caucasae. CA. XIII.

Cbatana caput mediae est. Seleucus rex condidit. A Seleucia magna. dcl. mil. pas. a portis uero caspiis. xx. mil. Reliqua medoru oppida phausya: & aganzua: apamea: rapha ne cognominata. Causa portarum nominis eade quae supra: interruptis angusto transitu iugis: ita ut uix singula: meent plaustra: longitudine. viii. mil. pas. toto opere manu facto. Dextra leuag; ambustis similes impendent scopuli sitiente tractu per. xxxviii. mil. pas. Angustias impedit corruatus salis e cautibus liquor: atq; eadem emissus. Praeterea serpentium multitudo nisi hyeme transitum non finit.

Gentes circa hyrcanum mare. CA. XV.

Diabenis conestunt carduci quondam dicti: nunc gordyani praefluente tigris: hyprati ta: paredoni appellati: qui tenent caspias portas. Iis a latere occurrunt altero deserta: parthiae: & cythenis iuga. Mox eiusdem parthiae amoenissimus situs qui uocat choara. Duae urbes ibi parthorum appositae quondam medis calliope: & alia in rupe ista: tis quondam. Ipsius uero parthiae caput hecatompylos adest a portis. cxxxiii. mil. pas. Ista parthoru quoq; regna fortibus discluduntur. Egressos portis excipit protinus gens caspica ad littora usq;: quae nomen portis & mari dedit. Leua montosa. Ab ea gente retro usque ad cyrum amnem produntur. ccxx. mil. pas. Ab eodem amne si subeat ad portas. dcc. mil. pas. Hunc enim deinde cardinem Alexandri Magni itinera fecere. Ab his postis ad indiae principium stadia. xy. dc. lxxx. mil. procedendo ad bactra oppidum: quod appellant zaria spa: milies tria milia. dcc. p. Inde ad iaxartem amnem. v. mil.

uel hierasa

Item altae gentes. CA. XVI.

Caspis ad orientem uersus regio est zapauortene dicta & in ea fertilitatis inclytae loci dareium mons: gentes tapyrtanariae: flauri: hyrcania: a quoru littoribus idem mare hyrcanum uocari incipit a flumie sideri. Citra id anes maziris: stratorosa ex caucaso. Sequitur regio margiane apricitatis sclytae: sola in eo tractu uitifera. Undiq; inclusa montibus amoenis: ambitu stadiorum mille quingentorum: difficilis aditu propter harenosas solitudines per. cxx. mil. pas. & ipsa contra parthium tractum sita. In qua Alexander Alexandriam condiderat: qua diruta a barbaris. Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit seleuciam. Nam in terfluente margo qui corruatur in zotale. Is maluerat illam Antiochiam appellauere. Urbis amplitudo circuitu. lxx. stadiis. In hanc Oroses Romas crassiana clade captos deduxit. Ab huius excelsis: per fuga caucasi protenditur ad bactros usque gens mardorum sra sui iuris. Ab eo tractu gentes ochani: chomari: berdigei: pharmacotrophii: bomarei: coama: maruca: mardrieni: ianiti: Flumina mandrum: cri dinu. Vultraq; chorasini: gandari: atasini: paricani: saranga: parthasini: martiani. nasotiani: aorfi: gelae: quos graeci cadusios appellauere: matiati: Oppidu heraclea ab Alexandro conditum: quod deinde subuersum ac restitutum Antiochus achaida appellauit. Derbites: quorum medios fines secat oxus amnis ortus in lacu oaxo. Symmata: oxii: heuiochii: tagae: bateni: saraparae: baetri: quorum oppidum zariapes: quod postea bactrum a flumie appellatum est. Ges haec obtinet aduersa montis paropamyssi: & aduersus fontes indi. Includitur flumie ocho. Ultra sogdiani: oppidum panda: & in ultimis eorum sinibus Alexandria ab Alexandro magno conditum oppidum. Arae ibi sunt ab Hercule & Libero patre constituae. Item Cyro & Semiramide atque Alexandro. Finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum: includente flumine iaxartae: quod scytiae silyn uocant. Alexander milite sue eius tanain putauere esse. Transcendit eum amnem Dæmodamas Seleuci & Antiochi regum dux: que maxime sequimur in his: arafq; Apollini dydimæo statuit.

uel oaxia uel oxytagae

Scytarum gentes. CA. XVII.



Ltra sunt scytharum populi. Per se illos sacas uniuersos appellauere a proxima gente. Antiqui
 arameos. Scytharum ipsi plures choros: & caucasum montem graucalum: hoc est niue
 candidum. Multitudo populorum innumera: & quae cum parthis ex quo degat. Celeberrimi
 eorum sacae: massagetae: dahae: esedones: aricae: rhymnici: persi: thomoti: hisi: dionis:
 camae: camacae: eucharatae: corier: ianari: pialae: arima: spian: antea cacidia: affae: oetee: ibi napei
 interisse dicunt & appellati. Nobili apud eos flumina mandragre: & caspium. Nec in alia parte ma
 iore auctorum incertantia credo quam innumeras uariasque gentes. Haustum ipsius maris dulces esse: &
 Alexander magnus prodidit: & M. Var. tale flatu Popeno iuxta res gerenti mithridatico bello: ma
 gnitudine haud dubie influentium amnium uicto sale. Adicit idem populi ductu exploratum in
 bactros. vii. diebus ex india perueniri ad icarum flumen: quod in oxum influat. Et ex eo per ca
 spium in cyrum subuectos. Et quocumque non amplius diebus terreno itinere ad phasin in pontu indi
 cas posse deueni merces. Insulae toto eo mari multae. Vulgata una maxime tazata. A caspio ma
 ri scythicoque oceano. In ea cursus inflectit ad orientem conuersa littore fronte. Inhabitabilis eius pri
 ma pars a scythico promontorio ob niues. Proxima inculta scititia gentium antropophagi scythae
 insident humanis corporibus uescetes. Ideoque iuxta uastae solitudines: ferarumque multitudo haud dif
 simile hominum immanitate obsidens. Itaque deinde scytharum iterumque deserta cum belluis usque ad iugum in
 cubens mari: quod uocant tabin. Nec ante dimidia ferme longitudine eius ora: quae spectat aestiuum orien
 tem inhabitat illa regio. Primi sunt hominum quos scatur: feres lanitio siluagae nobilis: psulam aequo de
 peccentes frondium canicie. Unde geminus foeminae nostrae labor redordedi filia. rursumque texendi tam
 multiplici opere tam longinquo orbe petitur ut in publico matrona transluceat. Seres mites quod
 sed & ipsis feris persimiles. Coetum reliquorum mortalium fugiunt: cum commertia expetant. Primum eorum no
 scit flumen psitaras: proximum carabiterti: lanos: a quo promontorium: chryse flumen: cynaba flumen: at
 tanos finis. Et gens hominum artacorum: apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus: eadem qua hyper
 borei degunt temperie. De his priuatum condidit uolumen Amometus: sicut Ecatheus de hyperboreis.
 Ab artacoris gentes huius & thocari: & ita idorum: caeteri itrorum ad scythas uersi humanis corporibus ue
 scunt. Nomades quoque india uagantur. Sunt qui ab aegione conringi ab ipsis: & cyconas dixerunt: & bryla
 nos. Sed idem: (ut plane consentiunt omnes) modum motes assurgunt. Indorumque gens incipit non eo tantum mari
 bdiacis: ueque & a meridiano quod idem appellauimus: quaeque pars orienti aduersa recto praedicti spatii
 ad flexum & initium indiae maris. xviii. lxxv. m. p. collit. Deinde quae flexit in meridie. xviii. lxxv. m. p. ut
 Eratosthenes tradit usque ad indiae: qui est ab occidentem finis indiae. Copiosius autem totam ipsius
 longitudinem. xl. dierum nocturnumque uelifico nauium cursu determinauerunt. Et a septentrione
 ad meridiem. xxviii. l. millia passuum. Agrippa longitudinis. xxxiii. millia. latitudinis. xxviii. mil. pro
 didit: Possidonius ab aestiuo solis ortu ad hybernium exortum metatus est. Eam aduersam gal
 liae statuens: quam ab occidentem aestiuo ad occidentem hybernium metabatur totam a fauo
 rio. Itaque obuersam eius uenti afflatu iuuari indiae: salubremque fieri haud dubia ratione
 docuit. Alia illius coeli facies. Alia siderum ortus. Binae messes in anno. Binae aestates media in
 ter illas hyeme et estiarum flatu. Nostra uero brumali. Lenis ibi aurae. Mare nauigabile. Gentes
 & urbes innumerales: si quis omnes persequi uelit. Etenim patefacta est non modo Alexandri
 magni armis: regumque qui ei succedere: circumuectis etiam in hyrcanum mare & caspium Se
 leuco & atiocho: praefectoque classis eorum Patrocle. Verum & aliis auctoribus graecis: qui
 cum regibus indicis morati sunt: sicut Megasthenes & Dionysius a Philadelpho missus est ea
 causa uires quoque gentium prodidit. Non tamen deest diligentiae locus: adeo diuersa & incre
 dibilia traduntur. Alexandri Magni comites in eo tractu indiae quem subegerant: scripserunt quocumque
 millia oppidorum fuisse: nullum eo minus gentium. ix. Indiamque tertiam esse terrae
 omnium: multitudinem gentium innumeram probabili sane ratione. Indi enim prope gentium
 soliti: nunquam emigrare finibus suis. colligunt a Libero patre ad Alexandrum magnum reges eorum.
 cliiii. annis. vi. M. ccccii. adiciunt & menses tres: Amnium mira uastitas. Prodit Alexandrum magnum
 nullo die minus stadia sexcenta nauigasse in indo: nec potuisse ante menses quocumque enauigare adiectis
 paucis diebus: & tamen minorae gange esse constat. Seneca etiam apud nos. Megasthenes tertia indiae
 commentatione. lx. aenes eius prodidit. Gentes duo de uiginti centumque. Par labor sit motes enuerare.
 Iungunt inter se imans: hemodus: paropamyfus: caucasus. p. a. R. a quibus tota decurrit in planitie
 imensa & aegypto simile. Verum ut terrena demonstratio intelligatur: Alexandri Magni uestigiis
 insistamus. Diognetus & Beton itinerum eius mensuras scribere a portis caspii hecatophilon par
 thorum quot diximus millia esse. Inde Alexandriae arion: quam urbem rex condidit. d. lxxv. M. Inde ad

ul pefich: &
amordi

uel tuzaga

uel tuzaga

uel tuzaga

uel tuzaga

Prophthasiam dragarum. cxcix. M. ad arachosiorum oppidum. d. xv. mil. Inde orthospanum. ccl. mil. Inde Alexandri oppidum. l. mil. in quibusdam exemplaribus diuersi numeri reperiunt. Hinc urbem sub ipso caucaso esse positam. Ab ea ad flumen chepta: & oppidum indorum peucolaitin. cccxxvii. mil. Inde ad flumen indum & oppidum taxilla. lx. mil. ad hydaspe fluum clarum. cxx. Mil. ad hypasin non ignobiliorem. lxx. cccc. Mil. qui fuit Alexandri iterum terminus: exuperato tamen amne ariq; in aduersa ripa dicitur. Epistola quoq; regis ipsius consentiunt his. Reliqua inde Seleuco Nicanori peragrata sunt: ad hesidrum. clxvii. M. iomanem amnem tantundem. Exemplaria aliqua adiciunt. v. Mil. pass. inde ad gangem. cxii. Mil. ad rhodapham. clxix. Mil. Alit. ccc. mil. xxv. mil. in hoc spatio produnt ad calinpara oppidum. clxvii. d. alii. cclxv. Mil. inde ad confluentem iomanis amnis & gāgis. dc. xxv. mil. Pleriq; adiciunt. xii. mil. ad oppidumq; balybotra cccxxv. Ad hostium gangis. d. cxxxviii. mil. d. gentes quas memorare non pigeat: a montibus hemonibus: quoq; p̄mōtorū imaus uocatur: incolarū lingua n̄ uosum significante: sari: cōsritzgi: & per iuga chisofosagi: multarumq; gentium cognome bramanā: quorum inacco calingā flumina pumas & cainas: quod in gangem influit ambo nauigabilia. Gentes calingā proximā maris: & supra mandā: malli: quorum mons mallus tractusq; eius finis ganges.

Fluuus ganges.

CA. XVIII.

Vnc alii in certis fontibus ut nilum: rigantemq; uicina eodem modo: alii in scythicis montibus nasci dixerunt. Infuere in eum. xix. amnes. Ex his nauigabiles praeter iam dictos Canucham uiamam: erranoboan cōsoagum foan. Alii cum magno fragore ipsius statim sōtis erumpere: deinde: per scopulosa & abrupta: ubi primum molles planities cōtingat in quodam lacu hospitari: inde lenem fluere: ubi minimum. viii. mil. pass. latitudinē: ubi modicum stadiorum. c. Altitudine nūq; minore pa. xx.

uel Crenati
am: rhānū:
bonā: cōsua
gū: sonū ul
thānū: bo
uā: subna

Gentes indiae.

CA. XIX.

Quissimae gentes gandaridum: calingarum. Regio ptalis uocatur. Regi. lxx. mil. peditum: equites mille: elephantū. dcc. in procinctu bellorum excubant. Namq; uita mirioribus populis indoq; multi partita degitur. Alii tellurē exercent. Militia alii capessunt: merces alii suas euehant: res externas inuehant: res publicas optimi ditissimiq; tēperant. Iudicia reddunt. Regibus assident. Quinū genus celebrata illic & prope in religione uersae sapientiae deditum: uoluntaria semper morte uitam accenso prius rogo fuit. Vnum super hoc est semiferum: ac plenum laboris immensa quo supradicta continentur uenandi elephantis domandiq; his arāt. his inuehūt. Haec maxie nouere pecuaria. His dimicant: militatq; p̄ sinibus. Delectum in bellis uires & aetas: atq; magnitudo faciunt. Insula in gange est magna: amplitudinis gentem continens unam modogalicam nomine. Ultra siti sunt modubae: molindae. Vbere cum oppido eiusdem nominis magnifico modroesi: praeter: calisia: sāsuri: phassulā: colubae: orzulā: abalita: ludāe. Rex hōge peditū. l. mil. equitū. iiii. mil. elephantō. cccc. in armis habet. Validior deinde gens andarte plurimis vicis. xxx. oppidis: quae muris turribusq; muniuntur. Regi praebet peditū c. mil. equitū duo mil. elephantos mille. Fertillissimi sunt auri: dardae: setae uero argēti. Sed oīum in india prope: nō modo in hoc tractu potentia claritatq; antecedunt praesentissima urbe ditissimāq; palybotra. Vnde quidā ipsam gentē palybotros uocant: imo uero tractum uniuersum a gange. Regi eorū peditum sexcenta milia: equitum xxx. mil. elephantorum. ix. mil. per omnes dies stipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum est. Ab his in interiore situ monedes & sari: quorum mons maleus: in quo umbrae ad septentrionē cadunt hyeme: estate in austrum: per sex nos menses. Septentriones eo in tractu semel in anno apparere: nec nisi. xv. diebus. Beton auctor est. Hoc idē pluribus locis indiae fieri Megasthenes. Austrinum polum indi dramasa uocat. Annis iomanes per gangem & palybothros decurrit. Inter oppida methora & cyrisoborca. A gange uersa ad meridiem plaga tinguntur sole populi iam quidem infestū: nondum tamen aethiopiū modo exusti: quantum ad indum accedunt: tantum colore praefertur hydus. Indus statim a praesentium gente: uorum in montanis pygmaei traduntur. Ar emidorus inter duos amnes. xxi. M. pass. interesse tradit.

Indus fluuius.

CA. XX.

Indus sanctus ab incolis appellatus in iugo nucali: mōtis: quod uocatur paropanyus: aduersus solis ortū effusus: & ipse unde ueniens recipit aenes: sed clarissimos hydaspen: q; tuor alios afferentē: cantabratres. Per se uero nauigabiles acefinū & hypasin: q; dam: tū aquarum modestia nusquam latior quinquaginta stadiis: aut altior. xv. pass. amplissima insulam efficiens: quae praesentem nominatur: & aliam minorem quae patale. Ipse per. xii. xl. pass.

paucissimis auctoribus nauigatus: & quodam solis comitatu in occasum uersus oceano infunditur. Mensuram in ora ad eum ponam: ut inuenio generatim: quãq̃ inter se nullã congruant. Ab ostio gangis ad promontoriũ calingon & oppidum dandagula. dccxxv. mil. pas. Ad tropica. xii. mil. xxv. ad perimulã promontorium: ubi est celeberrimũ indiae emporiũ. dcl. ad oppidum in insula quam supradiximus patalam. dcxx. mil. pas. Gentes montanã inter eum & iomanã: celsitate triboni siluestres. Deinde megallã: quorũ regi quingenti elephantũ: peditũ & equitũ numerus incertus. Chrysei: paraſangã: aſangi tigris fera scatenes. Armant peditũ. xxx. Mil. elephantos. ccc. equites. dccc. Hos includit indus montium corona circumdatos: & solitudinibus. dcxxv. m. Infra solitudines dãri: surã. Iterũq; solitudines: per. clxxvii. mil. pas. plerũq; harenis ambentibus haud alio modo q̃ inſulas mari: infra deserta hãc maltecorã: ſingã: marohã: rarungã: morurtes: & masũ: pangungã: ialii. Hi montium qui perpetuo tractu oceani oram tenent: incolã liberi & regũ expertes multis urbibus montanos obtinẽt coles. Nareã deinde quos claudit mœs altissimus indiorũ capitalis. Huius incolã alio latere late auri & argenti metalla fodiũt. Ab iis oraturã. Quorum regi elephantũ quidem. x. millia. Sed ample uires peditũ. Varetatã qui sub rege elephantos non alunt fiducia equitũ peditũq;. Odomboerã: salabaſtrã: horatã urbe pulchra fossis palustribus munita: per quas crocodili humani corporis auitissimi aditũ nisi ponte nõ dant. Et aliud apud illos laudatur oppidũ automela impostum littori quinq; annũ in unum conſuente conſu: emporio nobili. Regi eorum elephantos mille. dc. peditũ. cl. Mil. equitũ quinq; M. Pauperior charmarum rex elephantos. ix. paruaſq; reliquas uires habet. Ab iis gens pande sola idorum regnata foemina. Vnam Herculi sexus eius genitam ferunt: ob idq; gratiorem: regno donatã præcipuo. Ab ea deducentes originem imperitant. ccc. oppidũ: peditũ. cl. millia: elephantis quingentis. Post hanc trẽcentarum urbium ſyrieni: derangã: poſingã: buzã: gogiarei: umbraã: nereã: brancosi: nobundã: cocõdã: nefei: pedatritã: salobriã: oloſtrã: patalam inſulam attingentes: a cuius extremo littore ad caspias portas. xviii. xxv. mil. produntur. Hinc deinde accolunt indum aduersus eos euidenti demonstratione amataã: bolingã: gallitalitã: dimuri: megari: ordã: meſã: ab hisuri: ſyleni. Mox deserta in. ecl. mil. pas. Quibus exuperatis organagã: abaortã: ſibarã: ſuertã: & ab iis solitudines prioribus pares. Dein sorophages: ſargã: baragomataã: umbrã: quorum. xii. nationes: singulifq; binã: urbes. Afeni trium urbium incolã: Caput eorum bucephala Alexandri regis equo: cui fuerat hoc nomen: ibi sepulto conditum Mutani super hos caucaſo subiecti. Soleadã: ſondã: transgressifq; indum: & cum eo decur rentibus samarabiã: ſambraceni: briſabritã: orſiandã: xeni: taxilã cum urbe celebri. Iam in plana demisso tractu cui uniuerso nomẽ amandã. Populi q̃ tuor peucolaitã: arſagalitã: geretã: aſoi. Etenim plerique ab occidẽte non indo amne determinant: sed adiiciunt quattuor ſatrapias gedrosos: arachotas: arios: paropamiſſadas.

Arii & iunctã gentes.

CA. XXI.



Ultimo sine cophete fluuio: quã omnia ariorum esse aliis placet. Necnon & nysam urbem pleriq; indiae ascribunt: montemq; merum Libero patri sacrum. Vnde origo fabulã iouis foeminae editum. Item aſpagonas gẽtem uitis: & lauri: & buxi: pomorũq; omnium in grãcia nascentium fertilem. Quã memoranda & prope fabulosa de fertilitate terrã: ac genere frugum: arborumq; aut ferarum: ac uolucrum: & aliorum animalũ traduntur: suis quãq; locis in reliqua parte operis comemorabuntur. Quattuor uero ſatrapia mox paulo ad taprobanam inſulam festinante animo. Sed ante sunt alia patalã q̃ significauimus in ipsis faucibus idã triquetra figura. cxxx. mil. pas. latitudine. Extra ostium indi chryſã & argirã fertiles metallis: ut credo. Nam quod aliqui tradidere aureum argenteumq; iis solum esse haud facile crediderim. Ab iis. xx. mil. pas. crocale. Ab ea. xii. mil. p. bibaga ostreis & conchylis referta. Deinde toralſiba. ix. mil. pas. a supradictã: multa q; ignobiles.

Taprobanã inſula.

CA. XXII.



Aprobanem alterum orbẽ terrã: esse diu existimatũ est antichthonũ appellatõẽ. Vt liqueret inſulã eẽ Alexandri magni ætas resq; p̄ſtitere. Onesicritus clasſis eius p̄fectus elephãtos ibi maiores bellicosioresq; q̃ i india gignis scripsit. Megasthenes flumie diui di: icolaſq; palæogões appellari: auri margaritarũq; gradũ fertiliores q̃ idos. Eratosthenes & mēsurã pdidit longitudinis. vii. M. stad. latitudinis. v. M. nec urbes esse: sed uicos septingentos. Incipit ab eoo mari inter ortum occasumq; solis indiae p̄tenta: & quondã credita. xx. diez nauigatõẽ a prasiana gẽte distare: mox qã papyraceis nauibus armamentifq; nili peteret ad nostrãz nauium

curfus. vii. dierum intervallo taxato. Mare interest uadofum: lenis nō amplius altitudinis passibus: sed certis canalibus adeo profundum: ut nullæ anchoræ fidant: ob id nauibus utrinq; proræ: ne per angustias aluei circūagi sit necesse. Sydeq; in nauigando nulla obseruatio. Septétrion non cernitur. Sed uolucres secum uehunt: emittentes sæpius: meatūq; earum terras petentium comitantur. Nec plusquam ternis mensibus in anno nauigant. Cauet a solstitio maxime. c. dies tunc illo mari hyberno. Hactenus a præcis memorata. Nobis diligentior notitia. Claudii principatu contingit. Legatis etiam ex insula aduectis. Id accidit hoc modo: Annici Plocamii q; maris rubri uectigal a fisco redemerat libertus circa arabiam nauigans aquilonibus raptus præter carmaniam quinto decimo die hippuros portum eius inuectus hospitali regis: clamentia sex mensium tempore imbutus alloquio percontanti postea enarrauit romanos: & Cæsarem mirum in modum in auditis iusticia: ille suspexit: q; pares pondere denarii essent in captiua pecunia: cum diuersæ imagines indicarent a pluribus factos: Et hoc maxime sollicitatus ad amicitiam: legatos quattuor misit pncipe eorum Rhachia. Ex iis cognitum. d. esse oppida: portum contra meridiem appositum oppido palestimundo omnium ibi clarissimo: ac regia. cc. pal. Lebis stagnum ius megiaba. ccc. lxxv. mil. pal. ambitu insulas pabuli tantum fertiles complexū. Et ex eo duo amnes erumpere palestimundum iuxta oppidum eiusdem nominis influentem in portum tribus alueis. v. stadiorum archissimo. xv. amplissimo. Alterum ad septétrionē indiamq; uerū cydara nomine: Proximum esse indiae promontorium: quod uocatur colaicum quadridui nauigatione: medio in cursu solis insula i corrente. Mare id colore peruiridi: præterea fruticosum arboribus iubarum earum gubernaculis deterrentibus. Septétriones uergiliaq; apud nos ueluti in nouo cælo mirabantur. Lunam quidē apud ipsos nō nisi ab octaua ad. xv. supra terram aspici facetes. Canopum lucere noctibus sydus ingens & clarum. Sed maxime mirum iis erat umbras suas in nostrum cælum cadere non in suum: solmque a leua oriri & in dextra occidere potiusq; diuerso. lidem narrauere latus insulae quod prætenderet indiae. x. mil. stadiorum esse ab oriente hyberno ultra montes emodos. Seras quoq; ab ipsis aspici: notos etiam commercio patrem mabaciae commeasse eo aduenis ibi feras occurrere. Ipsos uero excedere hominum magnitudinem rutulis comis: cæruleis oculis: oris sono truci nulli commercio lingua. Cætera eadem quæ nostri negotiatores. Fluminis ulteriore ripa merces positas iuxta uenalia tolli ab iis si placeat pmuatio: non aliter odio tristiore. luxuria q; si perducta mens illuc usq; cogitet qd & quod petat: & quare. Sed netaprobanae quidem quis extra orbem a natura relegata nostris uitis caret: auge argentumque & ibi in præcio. Marmor testudinis simile: Gemmae margaritæq; in honore multo præstatiores. Et totus luxuriae nostræ cumulus ipsorum opes maiores esse dicebat: sed apud nos opulentiæ maiorem usum. Serum nemini. Ne in diem aut interdum somnum. Aedificia modice ab humo extantia. Annōnam nunq; augeri. Non fora lites ue esse. Coli Hexulem. Eligi regem a populo senecta clamentiaq; liberos nō habentem. Et si postea gignat abdicari: ne fiat hæc reditarius regnum. Rectores ei a populo. xxx. dari: nec nisi plurium sententia quenq; capite damnari: sic quoq; appellationem esse ad populum. lxx. iudices dari: si liberent ii rem: amplius. xxx. iis nullam esse dignationem: grauissimo probro. Regi cultum. l. liberi patris: cæteris arabum. Regem siquid delinquat: morte muldari nullo interimento: sed aduersantibus cunctis: & cōmertia etiam sermonis negantibus. Festa uenatione absumi. Gratissimam eam tigribus elephantisque constare. Agros diligenter coli. Pomis abundare: Esse & in piscatu uoluptatem: testudinum maxime: quarum superficie familias habitantium contegi tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum centum annis modicam. Hæc comperta de taprobane. Quattuor satrapia: quas in hunc locum distulimus ita se habent.

Capissenæ: dariti: carmania.

CA. XXIII.

A Proximis idogētib; mōtana capissenæ habēt capissam urbē: quā diruit Cyrus. Arachosia cum oppido & flumie eiusdē nois: qdā qdā Cophen dixere a Semiramide cōditū. Annis hermādu; pfluēs p abestē arachosioz. Proximos iis a meridie ad ptem arachosia faciūt gedrosos: & a septétride popamissidas. Cartana oppidū sub caucasio: qd postea cecrogōis dictū. Hæc regio ē ex a d uerso bactrianoz. Deinde eius oppidū Alexandria a cōditore dictū: Syndraci: daugala: parapiāna: cātares: magi. Ad caucasū cadrusi oppidū ab alexandro cōditum. Infra hæc oīa ora arabido. Ariana regio abusta sermonibus: desertisq; circūdata. Multa tñ intersusa opacitate cultores congregat circa duos maxie fluuios tōderon & aroāpē. Oppidū arachna: aris annis: qui pfluūt alexandriā ab alexandro cōditā. Patet oppidū stadia. xxx: multoq;

pulchrius (sicut Atracinus tradit) artacabane. Item ab Antiocho munitum stadia. I. Deinde doriscigens. Amnes pharnacotis: oppradus: prophthasia. Oppidum zara: parum drange: argetæ: zarangæ: gedrusi. Oppida peucolais: lymphorta: methoricum: deferta. Amnis manain. Auguttirigens. Flumen boru. Genfurbî flumen nauigabile ponamus pandorum finibus. Item caberon forte ostio portuosus. Oppidum cōdrigrāma. Flumen cophes: influūt i eū nauigabilia saddarus: parofpus: fodinus. Ariane partem esse dararin aliqui uolunt: mensuramq; produnt utriusq; longitudine. xix. I. milia passuum. latitudine dimidio minorē q̄ india. Alii gedrusos & syros posuere per. clxxxiii. mil. pas. mox ichthiophagos. Oritas propria nō indog; lingua loquētes p. cc. mil. pas. inde posuere arbiog; gentē per. cc. mil. pas. Ichthiophagos omnes Alexander uetuit piscibus uiuere. Ultra deferta. Deinde carmania: ac persis atq; arabia. Sed priusquam hæc generatim persequamur: indicare conuenit quæ prodit Onesicritus classe Alexandri circūuectus in mediterranea persidis: & india narrata proxime a iuba. Deinde eam nauigationem: quæ his anis cōperta seruatur hodie. Onesicriti & Nearchi nauigatio: nec nosa habet māsionū nec spatia. Primūq; xylenopolis ab Alexādri cōdita: unde ceperūt exordiū. Iuxta qđ flumē aut ubi fuerit: nō satis explanat. Hæc tñ digna memoratu produnt. Ab iis oppidū a Nearcho conditū in nauigatione ea. Flumen nabrū nauiū capax contra insulam distans: lxx. stadiis. Alexandria cōdita a Leonato iussu Alexādri in finibus gentis. Argenuus portu salubris. Flumen tuberū nauigabile: circa qđ parere. Deinde ichthiophagi tam longo tractu: ut. xx. dierum spatio prænauigauerint insulā: quæ solis appellatur: & eadē cubile nympharum rubens: in qua nullū nō afa absumitur incertis causis. Origenis. Flumen carmania: hytanis portuosum & auro fertile. Ab eo primū septētriones ap paruisse adnotauere. Arcturum nec omnibus cerni noctibus nec totis unq;. Achemenide usq; illo tenuisse. Aeris & ferri metalla & arsenici ac minii exerceri. Inde promontorium carmāzē ē. Ex quo in aduerso ora ad gentem arabia: macas traiectus distat. I. mil. pas. insulæ tres: quarum organa tantum habitatur a cosa a continenti. xxy. mil. pas. insulæ quatuor: intimo in sinu ante perisda. Circa has hidri marini tucentum cubitorum adnatantes terruere classē: insula acrotadus: item gauratæ: in quibus chiana gens. Flumen hyperis in medio sinu persico onerariarū nauiū capax. Flumen sitiogagus: quo pasargadas septimo die nauigatur. Flumen nauigabile phirstimus. Insula sine nomine. Flumē grauius modicarum nauium capax per fusanem fluit. Dextera eius accollunt deximontani: qui bitumen perficiunt. Flumen Oroatis ostio difficili nisi peritis. Insulæ duæ paræ inde uadosa nauigatio palustris similis. Per euripos tamen quosdam peragitur. Ostium euphratis. Lacus quem faciunt euleus & tigris iuxta caracem. Inde tigris susa. Festos dies ibi agentem Alexandrum inuenerunt septimo mense postq̄ digressus ab iis fuerat patalis tertio nauigationis. Sic Alexandri classis nauigauit. Postea a syagro arabia: promōtorio patalen fauonio quem hypalum ibi uocant: peti certissimum uidebatur. xliii. mil. xxxii. pas. aestimatione. Secuta uero ætas propiorem cursum tutioremque indicauit: si ab eodem promontorio zizerum amnem portum india peteret. Diuque ita nauigatum est: donec compendia inuenit mercator: lucroque india admota est. Quippe omnibus annis nauigatur sagittariog; chortibus impositis. Etenim pyratæ maxime infestabant. Nec pigebit totum cursum ab ægypto exponere nunc primum certa notitia patefcente. Digna res nullo anno minus sextertis quingentis milibus imperii nostri exhauriente india: & merces remittente: quæ apud nos centuplicato ueniāt: Mille millibus pas. ab Alexandria abest oppidum Heliopolis. Inde nauigat nilocoptum. ccciii. mil. pas. qui cursus etefiis stantibus peragitur. xv. diebus. A copto camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis. Prima appellatur hydreum. xxxii. Secunda in monte diei itinere. Tertia in altero hydremate a copto. xcv. Deinde in monte. Mox ad hydreum Apollinis a copto clxxxiiii. milia passus. Rursus in monte Mox ad nouum hydreum a copto. ccxxiii. passus. Est & aliud hydreum uetus. Troloidyicum nominatur: ubi præsidium excubat diuerticulo duum milium. Distat a nouo hydremate quatuor mille passus. Inde berenice oppidum: ubi portus rubri maris a copto. cclviii. passus. Sed quia maior pars itineris cōficitur noctibus: ppter æstus: & statim die absumuntur totum a copto berenicen iter duodecimo conficitur die. Nauigare incipiunt æstate media ante canis ortum: aut ab exortu protinus. Veniuntque circiter. xxx. die ocelin arabia: aut canan thuriferæ regionis. Est & tertius portus: qui uocatur muza: quem indica nauigatio non petit: nec nisi thuris odorumque arabicorum mercatores. Intus oppida regia eius: unum appellatur saphar: aliudq; saba. Indos autem petentibus utilissimum est ab oceli egredi. Inde uento hipalo nauigant diebus. xl. ad primum emporium india. Muzirum nō expe

tendū propter uicinos pyratas: qui optinent locū nomine hydras: neque ē abundans mercibus. Præterea longe a terra abest nauium statio: in tribusq; efferuntur onera quæ geruntur. Regnabat ibi cum proderem hæc Celebothras. Alius utilior portus gentis necanidon: qui uocat becare. Ibi regnat paridion: longe ab emporio mediterraneo distate oppido: quod uocatur modula. Regio autem ex qua piper monoxyliis lintribus baraton conuehitur: uocatur cottonara: quæ omnia gentiū portuumue aut oppidog; nota apud neminē priog; inueniunt. Quo apparet mutari locorum status. Ex india reuigant mensē ægyptio tybi incipite nō decēbris: aut utiq; mechtis ægypti intra diem sextum: quod fit intra idus ian. nras. Ita euenit ut eodem aīno remeent. Nauigant autē ex india uetō uulturno: & cum intrauere rubrū mare africo uel austro. Nūc reuertemur ad propositū. Carmaniaz oram patere duodecies. l. mil. pas. Nearchus scripsit. Ab initio eius ad flumē sabin. c. mil. pas. Inde uineas coli & arua. Flumē andanin. xxv. mil. spatio. Regio uocat armuzia. Oppida carmaniaz: zetis alexandria. Irrūpit deīde & i hac parte geminū mare i terras: quod rubrum dixit nostri græcia erythreum a rege erythra: aut ut alii solis repercussu talē reddi colorem existimantes. Alii ab arena terraq; Alii tali aquæ ipsius natura.

uel becare

Sinus persicus & arabicus

CA. XXIII.

Sed in duos diuidit sinus. Is qui ab oriēte est: persicus appellatur. xxv. m. pas. circuitu: ut Eratosthenes tradit. Ex aduerso est arabia: cuius. xii. m. p. ē lōgītudo. Rursus altero ambitur sinu arabico nosato: oceanū qui sfluit azanium appellant. Persicum introitū v. mil. p. latitu dīnis: alii quattuor fecerunt. Ab eo ad intīmū sinum recto cursu. xi. m. xxv. prope modum cōstat esse: & situm eius humani capitis effigie. Onesicritus & Nearchus ab indo amne in sinū persicū: atq; illinc babylonē ab euphratis paludibus scripserunt. xxv. mil. pas. ē. in carmaniaz angulo sunt chelonophagi testudinū superficie casās tegentes: carne uescētes. A flumine arbi promontorium ipsū inhabitant: præter capita toto corpore hirti: coriisq; piscium uestiti.

Cascandrus insula: parthorum regna.

Ca. XXV.

AB hoc tractu indiam uersus cascādrus de ferta insula in oceano mil. pas. tradit. iuxta eam freto influente stoidis quæstiosa margaritis a promontorio. Carmanis iunguntur armozeti. Quidam interponunt arabios. cccc. xii. pas. toto littore. Ibi portus macedonum: & aræ alexandri. In promōtorio amnes saganos: dein daras & salsus. Ab eo promōtorium themistias: insula aphrodisias habitatur. Inde persidis initū ad flumen oroatim: quo dī uiditur ab elimaide. Contra persidem insulæ philos cascandra aracia cum mōte præalto Neptuno sacra: ipsa persis aduersus occasum sita optinet littora. d. l. mil. pas. etiam in luxum diues. i parthorum iam pridem translata nomen. Horum de imperio nunc pauca. Regna parthorum duo dei ginti sunt omnia: ita enim diuidunt prouincias circa duo (ut diximus) maria rubrum a meridie: hyrcanū a septentrione. Ex iis. xi. quæ superiora dicuntur: incipiunt a confinio armeniaz: caspiisq; littoribus pertinent ad scythas: cū qbus ex æquo degunt. Reliqua. vii. regna inferiora appellantur. Quod ad parthos attinet: semper fuit parthia in radicibus montium sæpius dictog; qui omnes eas gentes prætexunt. Habent ab ortu arios: a meridie carmaniaz & arrianos ab occasu hyrcatitas: medos: a septentrione hyrcanos: undiq; desertis cinctā. Vteriores parthi nomades appellantur. Citra desertā. Ab occasu urbes eorum quas diximus: i flatis & calliope: ab oriente æstiuo Europum: ab hyberno mania: in medio hecatopylos. Arfacia regio nescia parthyenæ nobiles: ubi alexandropolis a conditore.

uel persicum

Media: mesopotamia: babylon: seleucia

CA. XXVI.

De inimicitis: & amicitis inter se aquatilium.

CA. LXII.

Sunt & inimicitiarum atque concordiae miracula. Mugli & lupus mutuo odio flagrant. Coger & murena caudas inter se praerodentes. Polypu i ratu locusta pauet: ut si iuxta uiderit: oino moriat. Locustam conger. Rursus polypu congeri lacerant. Nigidius auctor est praerodere caudam mugli lupum: eosdemque stans mensibus concordare esse. Oes autem uiuere: quibus caudae sic amputentur. At e contrario amicitiae exempla sunt: praeter illos de quorum diximus societate. Balenae musculus quandoque praegravi superciliorum pondere obrutis eius oculis infestantia magnitudinem uada praenans demonstrat: oculorumque uice fungitur. Hinc uolucrum naturae dicentur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER DECIMVS

De Natura Auium.

CA. I.



EQ VITVR NATVRA AVIVM: Q. VARVM GRANDIS, simi: & pene bestiae: generis strutiocameli. Africi uel aethiopiici altitudinē equitis isidentis equo excedūt: celeritate uincūt. Ad hoc demū datis penis: ut currentē adiuuēt. Caetero nō sunt uolucres: nec a terra tollunt. Ungulae iis ceruinis similes: quibus dimittant: bifidulae cōprehēdēdis lapidibus utiles: quos i fuga cōtra sequētes igerūt pedibus. Cōcoquēdi sine delectu deuorata mira natura. Sed nō minus soliditas: in tanta reliq̄ corporis altitudine cū colla frutice occultauerint: late sese existimantium. Premia ex iis oua poppter amplitudinem pro quibusdam habita uasis: conosque bellicos: & galleas adornātes pēnae.

De phoenice.

CA. II.

AEthiopes atque indi discolors maxie: & inenarrabiles ferūt aues. Et ante omnes nobilem arabiae phoenicem. Haud scio an fabulose unum in toto orbe: nec uisum magno pere. Aquilae narratur magnitudine: auri: fulgore circa colla: caetera purpureus: ceruleam roseis caudam pennis distinguētibz. Cristis faciem: caputque plumeo apice honestare. Primus atque diligētissimus togatorum de eo prodidit Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis: doctore nullo. Auctor est neminē extitisse qui uiderit uescentem. Sacrum in arabiae solo esse. Viuere annis sexentis sexaginta. Senescentē casia: thurisque surculus construere nidum: replet odoribus: & super emori. Ex ossibus deide ac medullis nasci primo ceu uermiculi: inde fieri pullū. Principioque iusta funeri priori reddere: & totū deferre nidum prope pancaiam in solis urbem: & in ara ibi deponere. Cum huius alitis uita magni conuersionem anni fieri prodit idem Manilius. Iterumque significationes tempestatum: & hyderum eodem reuerti. Hoc autem circa meridiem incipere. Quo die signum arietis sol intrauerit. Et fuisse eius conuersionis annū prodente se. P. Licinio, Marco Cornelio cons. ducentesimum quintumdecimū. Cornelius Valerianus phoenicem deuolauisse in aegyptum tradit. Qu. Plautio Sex. Papinio cons. Allatūque esse in urbem Claudii principis censura: anno urbis. dccc. & in comitio ppositū: Quod actis restatum est. Sed quae falsa esse nemo dubitabit.

De aquilis:

CA. III.

AX iis quas nouimus: aquilae maxima & uis. Sex eaz genera. Melanotos a graecis dicta: eademque ualeria minima magnitudie: uiribus praecipua: color nigricans. Sola aquilae foetus suos alit. Caetera (ut dicemus) fugat. Sola sine clagore: sine murmuratione. Conuersat aut in motibus. Secundi generis pygargus in oppidis masirat & in capis albicantē cauda. Tertii morphnos: quā Hōerus & parenō uocat: aliq̄ & plancū & anataria: secūda magnitudie & uis: huius uita circa lacus. Phocmonae Apollinis dicta filia detes ei te pdidit: mutae alias carenti lingua. Eadeque aquilae nigerrima: pminētore cauda. Consensit & Boethus. Ingeniū ē ei testudies raptas stragere e sublimi iaciēdo: Quae fors iterem it poetā Aeschylū: pdicta factis (ut ferūt) eius diei ruinam secūda caeli fide cauentem. Item quarti generis est percopterus: ea de moratur per lacus: uulturina specie: alis minimis: reliquas magnitudine antecellens: sed imbellis: & degener: utpote quam uerberet coruus. Eadem ieiunae semper auuditatis: & quae uolae murmurationis. Sola aquilarum ex anima ferit corpora. Caetera: cum occidere: confidunt. Hac

uel clagum

uel secutura

facit ut quintū genus gnesion uocet: uelut uerū solūq; icorruptæ originis: media magnitudine: colore subrutilo: rarum cōspectu. Superest halletus: clarissima oculorū acie: librās ex alto sese: uelut in mari pisce: preceps in eum ruens: & discussis pectore aquis: rapiens. Illa quam tertiam diximus: circa stagna aquaticas aues appetit: mergentes se subinde: donec sopitas lassatasq; rapiat. Spectanda dimicatio: aue ad perfugia littoꝝ tendente: maxime si cōdensa harundo sit. Aquila in delectu abigente ala: & cū appetit in lacus cadente: umbrās suam nani sub aqua a littoꝝ ostendit. Rursus aue in diuersa: & ubi minime se credat spectante mergente. Hæc causa est: gregati auius natādi: quia plures simul non infestantur: respectu pennarū hostē occedentes. Sæpe & aquilæ ipsæ non tolerant pondus apprehensū una mergunt. Halietus tantū implumes etiānum pullos suos percutiens subinde cogit aduersos intueni solis radios: & si cōnuerit silentēq; aiaduertit. præcipitat e nido uelut adulterinū & degenerem. Illum cuius acies firma contra steterit: educat. Halieti suum genus non hnt: sed ex diuerso aquilæ costu nascunt. Id quidem quod ex his natū est: in ossifragis genus habere: quibus uultures progenerant minores. Et ex his magni qui oīno non generant. Quidā adiciunt genus aquilæ: quam barbatam uocant: thufi uero ossifragā: tribus primis: & qnto aquilæ generi inædificat. Nido lapis ætites: quem aliqui dixere gagites: ad multa remedia utilis: nihil igne deperdens. Est aut lapis iste prægnans: inrus cum quatuor alio uelut in utero sonante. Sed uis illa medica: non nisi in nido direptis. Nidificat in petris & arboribus. Pariūt oua terna. Excludunt pullos binos: uis sunt & tres aliqñ. Alterū expellunt: tedio nutriendi. Quippe eo tēpore ipsi cibū negauit natura: pipitiens: ne oīum feræ fetus raperentur. Vngues quoq; eazē iuertunt diebus iis. Albescunt inedia pennis: ut merito prius suos oderit. Sed eictos ab iis cognatū genus ossifragi excipiunt: & educant cum suis. Vexi adultos quoq; perfectur parens: & longe fugat: æmulos scilicet rapinæ. Et alioquin unū par aquilæ magno ad populandū tractat: ut saties indiget. Determinant ergo spatia: nec in proximo pdant. Rapta nō prius ferūt: sed primo deponūt: expertaq; pondus tunc demū abeūt. Opperūt nō senio nec ægritudine: sed fame: in tantū superiore accrescētē rostro: ut aduncitas aperiri nō queat. A meridiano autē tpe operant: & uolant. Prioribus horis diei donec implentur hoīum conuentu fora ignauæ sedent. Aquilæ pennæ mixtas reliquarū alitrum pennas deuorāt. Negant unq; solam hanc alitem fulmine exanimatam. Ideo armigeram loui consuetudo iudicauit.

Quando legionum signa esse cœperint.

CA. III.

Romanis eā legionibus C. Marius in secūdo cōsulatu suo pprie dicitur. Erat & antea prima cū quattuor alis lepis: minorauris: equis: apris: quæ singulos ordies anteibant. Paucis ante annis sola in acie portari cœperat: reliqua in castris relinquebant. Marius in totum ea abdicauit. Ex eo notatū nō fere apud legiōes unq; hybernātū eē i castris: ubi aquilæ nō sit iugū. Primo & secūdo generi nō minoꝝ tantū quadrupedū rapina: sed et cū ceruis proelia. Multum puluere uolutatu collectū insidens cornibus excutit in oculos: pennis ora uerberans: donec præcipitet in rupes. Nec unus hostis illi satis est. Acrior est cum dracone pugna: multoq; magis anceps etiā si in aere. Oua hic cōfectatur aquilæ auditate malefica. At illa ob hoc rapit ubicūq; uisum. Ille multiplici nexu alas ligat: ita se splicat: ut simul decidat.

Miram de aquila.

CA. V.

St percelebris apud feston urbem aquilæ gloria educatam a uirgine retulisse gratiā: aues primo mox deinde uenatus aggerentem. Defuncta postremo in rogum accensū eius iniectisse sese: & simul conflagasse. Quam ob causam incolæ: quod uocant herotum in eo loco fecere appellarum louis & uirginis: quoniam illi deo ales ascribitur.

De uulturibus.

CA. VI.

Vulturum præualent nigri. Nidos nemo attingit. Ideo etiam fuere qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare falso. Nidificat enim in excelissimis rupibus. Fœtus quidem sæpe cernuntur fere bini. Umbricitus auruspicum in nostro æuo peritissimus patere tradit oua. xiiii. Duo ex iis reliqua oua nidumque lustrare: mox abiicere. T riduo autem æte ut biduo uolare eos ubi cadauera futura sunt.

De sanquale

CA. VII.

Sanqualem auem atq; immusulum augures romani magnæ quæstioni habent. Immusulum aliqui uulturis pullum arbitrantur esse: & sanqualem ossifragā. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse. Immusulum autem pullum aquilæ: priusq; albicet cauda. Quidam post Mutium augurem uisos non esse romæ confirmauere. Ego quod uicissimulus est: in desidia rerum omnium non arbitror agnitus.

uel zęciū



De accipitribus: CA. VIII.
Accipitrum genera. xvi. inuenimus. Ex iis circa claudū altero pede prosperrimi augurii nuptialibus negociis & pecuariae rei. Triorché a uero testiu: cui picipatū in auguriis Phocemone dedit. Buteonē hūc appellant romani. Familia ēt ex eo cognominata cū prospero auspicio in ducis nauī sedisset. Aesalon graeci uocāt: qui solus omni tpe apparet. Ceteri hyeme abeūt. Distinctio generū ex auditate. Alii nō nisi ex terra rapiunt auē. Alii nō nisi circa arbores uolitantē. Alii sedentē in sublimi. Aliqui uolantē in aperto. Itaq; & columbae nouere ex iis pericula: uisq; cōsidunt: uel subuolant: cōtra naturam eius auxiliantes sibi: in insula africa cerne i oceano. Accipitres totius massiliae humi foetificāt: nec alibi nascunt: illis assueti gētibus. In thraciae parte super amphipolim hoies atq; accipitres societate quadam aucupātur. Hi ex siluis & harundinetis excitant aues. Illi superuolantes deprimunt. Rursus captas aucupes diuidit cum iis. Traditū est missas in sublime ibi excipere eos: & cum tēpus sit capturae: clangore ac uolatus genere inuitare ad occasionem. Simile quidā lupi apud mazotin paludē faciunt. Nam nisi pterea piscantibus suam accipere: expansa eoz retia lacerant. Accipitres autem nō edunt corda. Nocturnus accipiter cybindus uocatur: rarus etiam in siluis: interdū minus cernens. Bellum in ternectum gerit cum aquila: coherentesq; saepeprehenduntur.

uel cirno



De cocyce quae a suo genere interimitur. CA. IX.
Cocycus ex accipitre uidet fieri: tpe anni figurā mutat: quā tunc non apparēt reliquā: perq; paucis diebus. Ipseq; modico tpe aetatis uisus: nō cernit postea. Est autem neq; aduncis unguibus solus accipitru: nec capite similis illis: neq; alio q; colore: ac rictu columbi potius. Quā absumitur ab accipitre: si quādo una apparere. Sola omnium auis a suo genere iterempta. Mutat autem & uocem. Procedit uere. Occultatur canicule ortu: semperq; parit in alienis nidis: maxime palumbium maiori ex parte singula oua: quod nulla alia auis: raro bina. Causa subiticiendi pullos putatur: q; sciat se inuisam cunctis auibus. Nam minuta quoq; infestā. Ita non fore tutam generi suo stirpem opinatur: ni sefellerit. Quare nullum facit nidum: aliq; trepidum animal. Educat ergo subditum adulterato foeta nixu. Ille auidus ex natura praeripit cibos reliquis pullis. Itaque pinguescit: & nitidus in se nutricem cōuertit. Illa gaudet eius species: miraturque sese ipsam: q; talem pepererit. Suos comparatione eius damnat: ut alienos: absumitq; etiam se inspectante patitur: donec corripit ipsam quoque iam uolandī potens. Nulla tum auis suauitate carnis comparatur illi.

De miluis.



De miluis. CA. X.
Milui ex eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notatum in iis rapacissima & famelicam semper alitem: nihil esculenti rapere unq; ex funerum ferculis: nec olympeae ex hara. Ac ne ferentium quidem manibus: nisi lugubri municipioq; immolatiū ostento. Iidem uidentur artem gubernadi docuisse cauda flexibus in caelo monstrante natura: quod opus esset in profundo. Milui & ipsi hybernis mensibus latent: non tamen ante hirundines abeuntes. Traduntur autem & solstitiis affici podagra.

Digestio autum per genera.



Olucrum prima distinctio pedibus maxime cōstat. Aut enim aduncos ungues habet: aut digitos: aut palmipedum in genere sunt: uti anseres: & aquaticae fere aues. Aduncos ungues habentia carne tantum uescuntur ex parte magna.

De inauspicatis auibus: cornice: coruis: bubone.



Ornices & alio pabulo. Vtq; duritiam nucis rostro repugnantem uolantes in altū in saxa tegulae iaciunt iterum ac saepius: donec quassata perfringere queant. Ipsa alis est inauspicatae garrulitatis: a gbusdā tñ laudata. Ab arcturi sydere ad hirundinū aduentum notat: eā in Mineruae lucis replisq; raro: alicubi oīno nō aspicit: sicut athenis. Praeterea sola haec etiam uolantes pullos aliquādiu pascit. Inauspicatissima foetus tēpore: hoc est post solstitium. Ceterae omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos: ac uolare cogunt: sicut & corui: qui & ipsi non carne tantum aluntur: sed robustos quoq; foetus suos fugant longius. Itaq; paruis in uicis non plus bina cōiugia sunt. Circa cranonem quidem thessaliae singula perpetuo. Genitores soboli loco cedunt. Diuersa in hac & supradicta alite quaedam: corui ante solstitium generant. Item aegrescunt sexagenis diebus: siti maxime: antequam sici coquantur autumno. Corui ab eo tempore corripitur morbo. Corui patiunt cum plurimum quinos. Ore eos parere aut coire uulgus arbitrat. Ideoq; grauidas si ederit coruinū ouū: p os ptū reddere: atq; in totū diffu-

culter parere: si tecto inferant. Aristoteles negat. Nō hercule magis: q̄ in aegypto ibim. Sed illā ex osculationē: quā saepe cernit: qualē in colūbis esse. Corui in auspiciis soli uident intellectū hīc si gnificationū suarū. Nā cum mediā hospites occisi sūt: oēs e pelopōneso & attica regione uolauerūt. Pessima eorū significatio cū glutit uocē uel strangulati. Vncos unguēs & nocturnā aues habēt: ut noctuā: bubo: ululā. Oīum horū hebetes interdiu oculi. Bubo funebris & maxie abominatus publicis praecipue auspiciis. Deserta incolit: nec tantū desolata: sed dira ē: & inaccessa. Noctis mōstrū: nec carū aliquo uocali: sed gētu. Itaq; in urbibus: aut oīo in luce uisus: dirū ostē tū est. Priuatōe domibus insidentē plurimū scio non fuisse feralē. Volat nunq̄ quolibet: sed trās uersus auferē. Capitolii cellam ipsam intrauit Sex. Papellio litro. L. Pediano consl. ppter qd̄ no nis martiis urbs lustrata est eo anno. De incendiaria aue. CA. XIII.

Nauspicata est & incendiaria auis: ppter quā sapenome ro lustratā urbē in annalibus inuenimus: sicut. L. Crasso. C. Mario cōss. Quo anno & bubōe uisō lustrata est. Quā sit auis ea nec reperit: nec traditur. Quidā ita interpretant incendiariā esse: q̄cūq; apparuerit carbonem ferens ex aris uel altaribus. Alii spinturnicem eam uocāt. Sed haec ipsa quae esset inter aues: qui se scire diceret: non inueni.

De cluina.

CA. XIII.

Liuinam quoq; auem ab antiquis nominatam antmadueto ignorari. Quidam cluinatoriam dicunt. Labeo prohibitoriam. Et apud Nigidium subis appellatur auis: quae aquilarum oua frangat.

De auib; incognitis.

CA. XV.

Sunt praeterea cōplura genera depicta in hetrusca disciplina saeculis nō uisā: quae nūc defecisse mirum est: cum abundet etiam quae gula humana populatur.

De auib; nocturnis.

CA. XVI.

Xternos de auguriis peritissime scripsisse illas noie putat. Is tradit: noctuā: bubonē: picū: arbores cauantē: trigonē: cornicē a cauea de ouo exire: qm̄ pondere capitum pueria oua posteriorē partē corporum fouendam matri applicent.

De noctuis.

CA. XVII.

Octuag; cōtra aues solers dimicatio. Maior circūdatae multitudie resupinae pedibus repugnet: collectaēq; in arcū rostro & unguibus tota tegunt. Auxiliaf accipiter col legio quodā naturae: bellūq; partif. Noctuas sexagenis diebus hyemis cubare: & nouē uoces habere tradit Nigidius. De pico martio. CA. XVIII.

Sunt & paruae aues uncog; unguū: ut picus martius: cognomīe insignes & i auspiciis magna. Quo in genere arborū cavitores scādētes in subrectū stellionū mō. Illi uero & supini pculsi corticis sono pabulū subesse intelligūt. Pullos in cauis educāt auiū soli. Adactus cauernis eorū a pastore cuneus: admota quadam herba ab iis elabi credit uulgo. Trebius auctor est: clauū uel cuneū adactū quāta ui libeat in arbores: in qbus nidū habe at: statim exilire cū crepitu arboris: cū infederit clauū aut cuneo. Ipsi principales latio sūt in auguriis: a rege qui nomē huic aui dedit. Vnū eorum pscitū transire nō queo. In capite praetoris urbani. L. Tiberonis in foro iura pro tribunali reddentis sedit ita placide: ut manu apprehendere tut. Respondere uates: exitium imperio portendi: si dimitteretur. At si exanimaretur praetori. Et ille auem p̄tinus cōcepit. Nec multo post ipse uit pdigiū. Vescunt & glande in hoc genere: p̄m̄q; multa: sed quae carne t̄m̄ nō uiuunt. Excepto miluo: quod ipsum in auguriis dirum est.

De uncōs unguēs habentibus: & dignos.

CA. XIX.

Vncos unguēs habentes omnino nō congregantur: & sibi quoq; praedantur. Sūt autē omnes fere altiuolae praeter nocturnas: & magis maiores. Oibus quibus alae grandes: corpus exiguum. Ambulant difficulter. In petris raro consistunt: curuatura unguum prohibente. Nūc de secundo ordine dicamus: quod in duas diuiditur species: oscines: & alites. Illarum generi cantus oris: his magnitudo differentiam dedit. Itaq; praecedent ordine omnes reliquas.

De pauonibus: & quis eos primus comederit.

CA. XX.

In his pauonum genus cū formā: tum intellectum eius & gloriā: gemmātes laudatus expādit colores: aduerso maxime sole: quia sic fulgētius radiāt. Simul umbrāe quodā repercussus ceteris: q̄ in opaco clarius micāt. Cōcauo q̄rit cauda. Oēsq; in aceruū cōtrahit pēnāq; quos spectari gaudet oculos. Idē cauda annis uicibus amissa cū foliis arborū dōc

uel scitum

uel Cōcata

renascatur itegru flore pudibundus: ac moerens quaerit latebram. Viuit annis. xxy. Colores in-
cipit fudere in trimatu: ab auctoribus non gloriosum tantum aial traditur: sed & maliuolu: sicut
anserum uerecundū. Quonia has quoq; quidam addiderunt notas in his: haud probatas mihi.
Pauonem cibi gratia romae primus occidit orator Hortensius a Dialiciali corna sacerdoti. Sag-
nare primus instituit circa nouissimum pyriticum bellum. M. Aufidius Lurco: extq; eo quaeso
redditus is sestertium sexagena millia habuit.

De gallis: & quomodo castrentur: & de gallinaceo locuto. CA. XXI.

Proxime glia sentunt: & hi nri uigiles nocturni: quos excitandis in opa mortalibus
rupendoq; somno natura genuit. Norunt sydera: & ternas distinguunt horas interdu
cantu. Cu sole eut cubitu. Quartaq; castrensi uigilia ad curas laboreq; restant. Nec
solis ortum incautus patiuntur obrepere. Dieq; uenientē nūciat cantu. Ipsum uero ca-
tum plausu laterū. Imperitant suo generi: & regnū in quacūq; sunt domo exercent. Dimicatione
pariter hoc quoq; iter ipsos: uelut ideo tela agnata cruribus suis itelligetes. Nec finis saepe cōmo-
rientibus. Quod si palma cōtingit: statim in uictoria canūt: seq; ipsi principes testant. Vidus oc-
cultatur silens: a grecq; seruitū patit. Et plebs tamē aequē superba graditur: ardua ceruice: cristis
celsa: Caelūq; sola uolucru aspiciat crebro. In sublime quoq; caudam falcatam erigens. Itaq; terro-
ri sunt et leonibus generosissimis ferae. Jam ex his quidam ad bella tantū: & praetia assidua na-
scūtur: quibus et patrias nobilitant rhodiā: tanagram. Secundus est honos habitus melicis:
& chalcidicis: ut plane digne aliti tantū honoris praebet romana purpura. Hoz sunt tripodia
solissima. Hi magistratus nostros quotidie regunt: domosq; ipsius claudunt: aut referant. Hi
fases romanos impellunt: aut retinent. lubet acies: aut prohibent. Victoriāq; oīum toto orbe pa-
tarum auspices. Hi maxime terrae iperū impitāt. Ex iis et fibrae sunt: q; haud aliter q; opimae ut
ctimae diis gratiae. Hūit ostenta ex se: & sposteri eorum uespertiniq; cantus. Naq; totis noctibus
canendo boetis nobilem illam aduersus lacedaemonios praesagiunt uictoria. Ita cōiecta iterepre-
tatione: quoniam uicta ales illa non caneret. Desinunt canere castrari. Quod duobus sit modis:
lumbis adūstis candente ferro: aut imis cruribus. Mox ulcere oblioto figulina creta. Facilius ita
pinguefcunt. Pergami omnibus annis spectaculum gallorum publice editur ceu gladiatorū. Inue-
nitur in annalibus in ariminesi agro. M. Lepido. Qu. Catulo consil. in uilla Galerii locutorum galli-
naceum semel: quod equidem sciam.

De anseribus & qs primus secur aserinū cōderit: & de adipe anserino comageno. CA. XXII.

St & anseri uigil cura capitolio testata defensor: id tps canum silentio pditis rebus.
Quāobrem cibaria anserē cōsore imprimis locant. Quin & fama amoris: Argis dilecta
forma pueri nose olenit: & Glaucēs Prolemāo regis cithara canentis: quā eodē tpe &
aries amasse pdit. Pōt & sapiētiae uideri itellectus iis eē: ita cōes ppetuo adhaesisse. La-
cydi philosopho dicē: nūq; ab eo: nō in publico: nō i balneis: nō noctu: nō iterdu digressū. Nō
sapientiores: q; eos iecoris bonitate nouere. Fartilibus i magnā amplitudinē creescit: exēptū quoq;
lacte multo auget. Nec sine cā i q;stioē ē. Quis prius trū bonū iuenerit. Scipio an Metellus uir
cōsularis: an. M. Sestius eadē aetate eqs ro? Sed (q; d' cōstat) Messalinus Cottu: Messalae oratoris filius
us palmis pedū ex iis torere: atq; patinis cū gallinaceorum cristis condire repperit. Tribue. n.
a me culinis cuiusq; palma cū fide. Miq; in hac alitera moris usq; romā pedibus uener. Felli p
ferit ad prios. Ita caeteri stipatiōe naturali ppellūt eos. Candidorū alteq; uectigal i plūa. Vellūt
q; būsā locis bis anno. Rursus plumigeri uestiunt: molliorq; quā corpori q; pxima. Et e germa-
nia laudatissima. Candidi ibi: uerum minores: gānzā uocant. Precium plumae eoz in libras de-
nari qni. Et inde crimina plerūq; auxiliariū praefectis a uigili statione ad haec auocopia: dimissis
cohortibus totis. Eozq; delicta pcessere: ut sine hoc instrumento durare tā ne uiroq; quidē cer-
uices possint. Aliud repperit syriae pars: quā comagene uocatur. Adipem eorum in uase aereo cū
cinnamo niue multa obrutum: ac rigore gelido maceratū ad usum praecleari medicamīs: qd ab
gente dicat comagenum. Anserum gnis sunt pelonopes: & quibus lautiores epulas nō nouit bri-
tannia chenalopeces fere anserē minores. Decet & erythrotaonas suus nitor: absolutaq; nigritia:
i supcillis cocci rubor. Alterq; eoz genus uultuq; magnitudinē excedit: quoq; & colorē reddit.
Nec ulla auis excepto stratiocamelo maius corpe iples pōdus: i trū aucta: ut i terra quoq; imobi-
lis prehēdat. Gignūt eos alpes: & septentrionalis regio. In auariis saporem perdūt. Monū cōtu-
maciā spiritu reuocato. Proximae eis sunt qs hispania aues tardas appellat. Graeci otidas: damna-
tas in cibus. Emissa enim ossibus medulla: odoris tedium extemplo sequitur.

De gruibus: ciconiis: oloribus: & peregrinis auibus: & coturnicibus: de glotte. CA. XXIII.

Nducias hēt gens pygmeoz abſeſſu gruum (ut diximus) cū iis dimicātū. Immēſus eſt tractus quo ueniūt: ſi quis repute a mari eo. Quando proficiunt cōſentiūt. Volūt ad p̄cipiēdū altā. Ducē quem ſequantur: eligūt. In extremo agmine per uices: qui acclament diſpoſitos habent: & qui gregem uoce cōtineant. Excubias habēt nocturnis t̄p̄ib: lapillū pede ſuſtinētes: q̄ laſſatis ſomno decidēs idiligētā ſono coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam cōdito alternis pedibus iſſtentes. Dux erecto prouidet collo: ac prædicat. Eæ eadē māſuefactæ laſciuūt: gyroſq̄ quōſdā idecoro curſu uel ſingulæ pagūt. Certū eſt pontū tranſuolaturas primū oīum anguſtias petere inter duo p̄montoria eriumetopū & carāben. Mox ſaburra ſtabiliri. Cū mediū tranſierint: abiici lapillos e pedibus. Cū attingerint continentē: & e gutture harenā. Cornelius Nepos qui Diui Auguſti præcipatu obiit: cū ſcriberet turdos paulo ante ceptos ſaginari (addidit. ciconias magis placere q̄ grues: cū hæc nunc ales inter primas expectat: illam uellit tetigiſſe. Ciconiæ quonā e loco ueniāt: aut quo ſe referant: icōpertum adhuc eſt. E longinquo uenire non dubium: eodem quo grues modo. Illas hyemis: has æſtatis aduenas. Abituræ cōgregant in loco certo: comitata: q̄ ſic: ut nulla ſui generis reliquæ: niſi captiua & ſerua: ceu lēge prædicta die recedūt. Nemo uidit agmē diſcedentū: cū diſceſſuſque appareat: nec uenire: ſed ueniſſe certimus. Vtrunq̄ nocturnis ſit temporibus: & quis ultra citra ue peruolent: nunq̄ tamen adueniſſe uſq̄: niſi noctu exiſtimant. Pythonis comen uocant in alia patentibus cāpis: ubi congregatæ inter ſe commurmurāt. Eam deniq̄: quæ nouiſſimo aduenit lacerāt: atque ita abeunt. Notatū poſt idus auguſtas non temerē uſas ſibi. Sunt qui ciconiis non ineſſe linguas cōfirmēt. Honos iis ſerpentium exitio tantus: ut i theſſalia capitale fuerit occidiſſe: eadem legibus pœna: quæ in homicida. Simili anſeres quoque & olores rōne cōmeāt. Sed horum uolatus cernit: liburnicæ more roſtrato impetu ſerunt: ſacilius ita findentes aera: q̄ ſi reſta fronte impellerent a tergo ſenſim dilatante ſe cuneo porrigit agmen: largeque ipellenti præbetur auræ. Colla imponūt præcedētibus. Feſſos duces ad terga recipiūt. Ciconiæ nidus eoſdē repetunt. Genitricum ſeneſtam inuicem educant. Oloz morte narraſ ſtebilis cantus: falſis (ut arbitror) aliquot experimentis. Idem mutua carne ueſcunt iter ſe: Vege hæc cōmeantiū per maria terraſque peregrinatio nō patit deſerri minores quoque quibus eſt natura ſimilis. Vtrunq̄. n. ſupradictas magnitudo & uires corpore inuitare uideri poſſunt. Cōturnices ēt ſemper antea ueniunt q̄ grues. Parua auis: & cū ad nos uenit terreſtris potiūq̄ ſublimis. Aduolant & eæ ſimili modo nō ſine periculo nauigatiū: cū appropinquare terris. Quippe uellis ſepe ſcidūt: & hoc ſemper noctū: mergūtque nauigia. Iteſt iis per hoſpita certa. Aulro nō uolant humido ſcilicet & grauiore uento. Aura tamē uehi uolunt: p̄pter pondus corpore: utreſque paruas. Hinc uolantiū illa cōqueſtio labore expreſſa. Aquilone ergo maxime uolat ortyometra duce. Primam eæ: terræ appropinquantem accipiter rapit. Et ſemper hinc remeantes comitatum ſollicitant. Abeuntq̄: una per ſua ſigna glottis & otus & cenchramus. Glottis per longā exerit linguam: unde ei nomē. Hanc in initio blandita peregrinatione auide p̄uectā. Pœnitētia in uolatu cū labor ſcilicet ſubit. Reuertit incomitatā piget: & ſequi: nec unq̄ plus uno die peragit. In pximo hoſpitiio deſerit. Vege inuenit alia antecedente anno relicta. Simili mō in ſingulos dies. Cenchramus p̄ſeuerantior ſeſtinat etiā peruenire ad experitas ſibi terras. Itaque noctibus is eas excitat: admonetque itineris. Otus bubone minor eſt: noctuis maior: auribus plumeis eminentibus: unde & nomē illi. Quidam latine aſionē uocāt. Imitatrix alias auis ac paraſita: & quodā genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter ut noctua: intenta in aliquo circueunte alio. Quod ſi uentus agmē ad uerſo ſtatu cœperit inhibere: p̄dūſculus lapidū apprehēſis: aut gutture harena repleto ſtabilizat uolat. Coturnicibus ueneni ſemē gratiſſimus cibus. Quā ob cām eas dānauere menſis. Simulq̄ comitalem propter morbum deſpui ſuetum: quē ſolæ animalium ſentiunt: præter hominem.

De hirūdibus: merulis: turdis: & ſtumis: turturibus: & palumbis. CA. XXIII.

Abeunt & hirūdies hybernis mēſibus ſola carne ueſcens auis: ex iis q̄ adūcos ungues ſi nudæ atque deplumes. Thebaꝝ tecta ſubire negāt: qm̄ urbs illa ſæpius capta ſit. Nec bizia in thracia p̄p̄ ſcelera Teret. Cecina uolaterranus equeſtris ordinis quadrigarū dominus cōprehēſas in urbē ſecū afferens uictoriaꝝ nuntias amicis mittebat: in eundem nidum remeantes illito uictoriaꝝ colore. Tradit & Fabius pictor in annalibus ſuis: cum obſideret præſidiū romanū a liguſtinis hirundinē a pallis ad ſe cum epiſtola allatam: ut lino ad pedem eius alti

uel cōſerti

grues

Cornelia

Olores

Pygmeorum
Ciconiæ
Fœdus
Cōmeant

Pygmeorum

Cōmeant

Pygmeorum

del ueratri

Cōmeant

gato nodis significaret: quoto die adueniente auxilio eruptio fieri debeiet. Abeunt & meralæ turdig & sturni simili mō in uicina. Sed ii plumam non amittūt: nec occulant: nisi spe cibī: quo hybernum pabulū petūt. Itaq; in germania hyeme maxime turdi cernunt. Vere turf occulāt: pen mās; amittit. Abeunt & palūbes: quonam & in iis incertū. Sturnoq; generi ppiū cateruatim uolare: & quodā pilæ orbe circūagi omnibus in medium agmen tendentibus. Volucrum soli hirū dini flexuosi uolatus: uelox celeritas: quibus ex causis neq; rapinæ cæterarū alitum obnoxia est. Eadem demum sola auium non nisi in uolatu pascitur.

Quæ auium perennes: quæ semestres: quæ trimestres. CA. XXV.

Temporum magna differentia auiibus. Perennes ut columbæ. Semestres ut hirūdines. Trimestres ut turdi: & turtures: & q̄ cū fœrū eduxere: abeunt: ut galgali: opusæ.

De auiibus mira. CA. XXVI.

Victores sunt omnibus annis aduolare ilium ex æthiopia aues: & cōffigere ad Mennonis sepulchrū: quæ ob id memnonidas uocant. Hoc idem quinto quoque anno facere eas in æthiopia circa regiam Mennonis exploratum sibi Cremutius tradit. Simili mō pugnat meleagrides in boetia: africæ hoc est gallinæ; genus gibberū: uariis sperum plumis: quæ nouissimæ sunt peregrinarum auiū in mensas receptæ propter ingratū uisus. Verum meleagri tumulus nobiles eas fecit.

De auiibus seleucidibus. CA. XXVII.

Seleucides aues uocātur: quæ aduentū ab loue p̄cibus impetrant casu montis incolæ fruges eorum locustis uastantibus. Nec unde ueniāt: quouē abest cōpertum: nunq̄ conspectis nisi cum præsidio earum indigetur.

De ibi. CA. XXVIII.

Nuocant & ægypti ibes suas contra serpentium aduentū. Et cyrenaici Achorē deum muscarum multitudinē pestilentiam afferente: quæ protinus intereunt q̄ litatū est illi deo.

Quæ aues in quibus locis non sunt: & quæ mutāt colorē: & uocē: & lufiniis. CA. XXIX.

Ed in secessu auium & noctuæ paucis diebus latere tradunt. Quæ genus i creta insula nō est: & et si qua in uelā sit: moris. Nā hæc quoq; mira naturæ differentia. Alia aliis locis negat: tāq; gna frugū fructum: sic & alii nō nascit: trāslatiorūq; iueda mori. Mige qdē est illud unius generis aliti aduersum. Quæ nā est iis naturæ iudiciū aut q̄ terræ dicatū auiibus terminū? Rhodus aqua nō hēt. Transpadana italia iuxta alpes lariū lacū appellat amoenū arbuſto agrū: ad quē ciconiæ nō trāsmicāt. Sicuti nec octauū circa lapidē ab eo. Immēsa aliq̄n finitimo i subrū tractu examina gracculorū monedulæ: cui soli aut furacitas auri argētisq; p̄cipue mira est. Picus martius i tarētiō agro negat esse. Nup̄ & adhuc tñ rara ab apennino ad urbē uersus cerni cœpere picarū gna: quæ lōga isignes cauda uariæ appellant. Propriū iis caluere oibus ānis cūserit rapa. Perdices nō trāsuolant boetiæ fines in attica. Nec ulla auis in ponto insula in qua sepultus est Achilles: i festat sacratā ei adē. In fidenate agro iuxta urbē ciconiæ nec pullos: nec nidū faciūt. At in agrū uolaterranū palūbiū uis e mari quot annis aduolat. Romæ in adē Herculis i foro boario nec muscæ: nec canes i trāt. Multa p̄terea similia: quæ prudēs subidē omitto in singulis generibus fastidio parcēs. Quippe cū Theophrastus tradat in uectitias esse in asia ēc colūbas: & pauones: & ceruos: & i cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio circa oscines: fere mutant colorē uocēq; tpe āni ac repētē sūt alia. Quod i grandiore alitū gñe græstrū. Ex enī senectūte nigrescūt. Merula ex nigra ruffescit. Canit æstate: hyeme balbutit: circa solstitiū muta. Rostre quoq; ānicul' i ebur trāsfigurat: dūtaxat maribo. Turdis collor æstate circa collū uariis. hyeme cōcolor. Lufiniis diebus ac noctibus cōtiuis q̄ndecim garrulus sine iter missu cārus: defānte se frōdiū germis nō i nouissimū digna miratu aue. Primū tāta uox tā puo i corpusculo: tam prinax sp̄ritus. Deinde in una p̄fecta musicæ scientia modulatus editur sonus: & nunc continuo sp̄ritu trahitur in longum: nūc uariatur inflexo: nūc distinguitur concilio: pulsat intorto: promittitur: reuocatur. in fuscatur ex iopinato. Interdum & secum ipsa murrurat: plenus: grauis: acutus: creber: extentus: ubi uisum est uibrans: summus: medius: imus. Breuiterq; oia tā parualis in faucibus: quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hoium excogitauit. Ut non sit dobiū hanc suauitatē p̄mōstratā efficaci auspicio: cū i ore Sterficori cecinit i fantis. At ne quis dubitet artes esse plures: singulis sunt cantus: & nō idem oibus: sed suus cuiq;. Certū inter se palāq; aiola cōtentio est. Vidā morte finit sepe uitā sp̄ritu prius deficiēte q̄ cātū. Medi

tantur alia iuniores: uerſusq; quos imitent accipiunt. Audit diſcipula intentione magna: & red-
dit: uicibusq; recitent. Intelligit emendatae correſtio: & in docente quadae reprehentio. Ergo fer-
uore illis praecia ſunt: & qdem apliora q; qbus olim armigeri parabant. Caidida ſcio i codita: alio
quin qd est prope inuſitatum uenit: quae Agrippinae Claudii principis conuigi dono daret. Vi-
ſum iam ſaepe iuſtas canere coepiſſe: & cum ſymphonia alternari. Sicut hoies reptos: q ſonũ ea-
rum adita i traſuerſas aqs frõde arundinea quali foramine inſpirans lingua: ut parua aliq oppo-
ſita mora indiſcreta redderet ſilitudine. Sed ex tanta: itaq; artifices argoriae a xv. diebus paula-
tim deſinunt: nec ut fatigatas poſſis dice: aut ſatias. Mox æſtu aucto i totũ alia uox ſit: nec mo-
dulata aut uaria. Mutat & color. Poſtremo hyeme ipſa nõ cernit. Linguis eage tenuitas illa pri-
ma nõ eſt: quae cæteris auibus. Pariunt uere primo: cũ plurimũ ſena oua. Alia ratio ſic dulcis. Nã
formã ſimul colorẽq; mutat. Hoc nomen nõ niſi autũno hnt: poſtea melicoryphi uocantur. Sic
& erythacus hyeme: idẽ phenicurus æſtate. Mutat & upupa: ut tradit Aelſchylus poeta. Obſerua
alias paſtu auis. Criſta uifenda plicatili: cõtrahens eã ſubrigẽſq; per lõgitudinẽ capitis. Oenanthe
quidẽ et ſtato latebrae dies habet: exoriente ſyrio occulata: ab occaſu eiũdẽ prodit. Quod mi-
remur ipſis diebus utrũq;. Chloriõ quoq; q totus e luteus: hyeme nõ uifus circa ſolſtina pcedit.

De merulis.

CA. XXX.



Merulae circa cyllene arcadiae nec uſq; alibi caididae naſcuntur. Ibis circa peluſu trã ni-
gra eſt: cæteris oibus locis candida.

Tempus autem geniturae.

CA. XXXI



Scines praeter exceptas nõ temere foetus faciunt aẽ æquinoctium uernum: aut poſt
autũnale. Ante ſolſtitiũ autem dubios: poſt ſolſtitiũ uitales.

De halcyonibus: & de diebus eage nauigabilibus: & gauria: & reliquo aqua-
ticarum genere.

CA. XXXII.



Oq; maxime ſunt inſignes halcyones. Dies eage partus qui maria quoq; nauigant no-
uere. Ipſa auis paulo amplior paſſere: colore cyaneo ex pte maiore trã purpureis & ca-
didis admixtis pennis collo gracili ac procero. Altege genus eage magnitudine diſti-
guſ: & cãtu. Minores i arũdinetis canũt. Halcyonẽ uidere rariffimũ e: nec niſi uergl.



hae occaſu: & circa ſolſtitia brumãue naue aliqũ circũuolata: ſtat i latebras abeũt. Foeticant
brumã: q dies halcyonides uocãtu: placido mari p eos & nauigabili ſiculo maxie. In religis parti-
bus e qdẽ mitius pelagus. Siculoũ utiq; tractabile. Faciũt at ſeptẽ ante brumã diebus nidos: & to-
tidẽ ſequẽtib; pariũt. Nidi eage admirationẽ hnt: pilaẽ figura paulũ emineti: ore perq; anguſto:
grãdiũ ſpõgiãe ſilitudie. Ferro ſtercidi nõ qunt. Frãgũtũq; icũ ualiõ: ut ſpuma arida maris.
Nec unõ conſingantur iueniſ. Putãt ex ſpinis aculeatis. Piſcibus. n. uiuunt. Subeunt & in amnes.
Pariũt oua quina. Gauriaẽ in petris nidificãt. Mergi i arboribus: Pariũt plurimum ternã. Sed ga-
uria æſtate: mergi incipiente uere.

De diuerſitate nidiſicatiũ autũ argathylis: cinamulgis: & pdicibus. CA. XXXIII.



Alcyonũ nidiſigura reliquaẽ quoq; ſolertia nos admõet. Neq; alia pte ſigenia autũ
magis admiraãda. Hirũdines luto cõſtrũt: ſtramẽto roborãt. Si qũ in optã eſt luti: ma-
detactum multa aqua pennis puluerem ſpargunt. Ipſum uero nidũ mollibus plumis
flocciſq; cõſternũt reſefaciẽdis ouis ſimul: ne durus ſit iſãtib; pullis. In foetu ſũma ægãte al-
ternãt cibũ. Notabili mundicia egerũt excremẽta p: illoge. Adultioreſq; circũagi docẽt: & foras
ſaturitatẽ emittere. Altege geũs hirũdinũ e ruſticage & agreſtiũ: q raro i domibus diuerſos ſigu-
ra: ſed eadẽ materia cõfigũt nidos toros ſupios faucibus porrectis i anguſtũ utero capaci. Miſe
q peritia occultãdis habiles pullis: & ſubſternẽdis molles. In ægypti heracleotico oſtio molẽ cõ-
tinuatione nidoge euagãri nilo inexpugnabilẽ opponũt ſtadũ fere unius ſpatio: qd hũano ope p-
ſici nõ poſſet. In eadẽ ægypto iuxta oppidũ coptõ iſula eſt ſãcra lãdi: quã ne laceret amnis idẽm
muniũt ope incipieũtib; uernis diebus palea & ſtramẽto roſtro firmãtes cõtinuatũ p triduum
noctibus tãto labore: ut multas in ope emori cõſtet. Eaq; militia illis cũ anno redit ſp. Tertium
eſt eage genus: quae ripas excauant: atque ita i terrã foeticãt. Hae pulli ad cinerẽ ambuſti mor-
uifero faucium malo multũq; aliis morbis humani corporis medent. Non faciunt hae nidos.
Migrantque multis diebus aẽ ſi futurum eſt: ut auctũs amnis artigat. In grãe riparrage e: cui ni-
dus ex muſco arido ita abſoluta pficiẽt pila: ut iueneri nõ poſſit aditus. Argathylis appellãt: eadẽ
ſigura ex lino intexens. Picoe aliq; ſũpẽdit in ſurculo primis in ramis: cyathi mõ: ut nulla qua-
drupes poſſit accedere. Galgulos qdẽ ipſos depẽdẽtes pedibus ſomnum cape cõfirmãt: qã tutio

k ii

res ita se sperant. iam publicum quidem omnium est: tabulata ramorum sustinendo nido proi-
de eligere: camerare ab imbri aut frōde protegere dēsa. In arabia cinnamulgis auis appellat. Ci-
nami furcalis nificat. Plūbat is igitur eos sagittis decutiūt indigenae mercis gratia. In scythia auis
magnitudie otidis binos parit in leporina pelle semper in cacuminibus ramorū suspēsa. Pica cū
diligentius usum ab hoie nidū sentire: oua transferūt alio. Hoc in his auibus: quae digiti non
sint accōmodati cōplectēdi trāfferēdisq; ovis miro traditur mō. Nāq; furculo super bina oua im-
posito ac ferruminato alui glutino subdita ceruice medio aequae utrinq; libra deportat alio. Nec
uero is minor solertia: q̄ cunabula in terra faciunt corporis grauitate phibita: sublime petere.
Metops uocat genitores suos recōditos passēs pallidi intus colore pēnagē: supne cyaneo: priori
sub brunlo. Nidificat in specu sex pedū defossa altitudine. Perdices spina & fruce sic munit
receptaculū: ut contra feras abunde uallent. Ouis stragulum molle puluere cōtumulāt: nec i quo
loco peperere incubāt. Neue cui frequentior cōuersatio sit suspēta: trāfferūt alio. Illae qdē & ma-
ritos suos fallūt: qm̄ intēperātia libidinis frangūt eage oua: ne cubando detineat. Tūc inter se di-
micāt mares desiderio foeminae. Victū aiunt uenerē pati. Id qdē & cōturnices. Trogus inq; i quo
gallinaceos aliqñ. Perdices uero a domitis feros & nouos haud uictos inhiri pmiscue. Capiunt
quoq; pugnacitate eiusdē libidinis cōtra aucupis indicē exeūtē i plūi duce totius gregis. Capto
eo pcedit alter: ac subinde singuli. Rursus circa cōceptū foeminae capiunt cōtra aucupē foemia
exeūtē: ut rixādo abigat eū. Nec i aiali alio par opus libidinis. Si cōtra mās steterit foemina: aura ab
tis flante pgnantes sūt. Hiantes aut exerta lingua per id tps aestuāt: cōcipiuntq; supuolantiū af-
flatu: saepe uoce tñ audita masculi. Adeoq; uincit libido ēt foetus charitatē: ut illa furti & in oc-
culto icubans: cū sentit ut foemia aucupe accedēte: ad marē recanat: reuocetq; & ultro pbeat se
libidini. Rabie qdē tāta ferunt: ut in capite aucupatiū saepe caecae metu sedeāt. Si ad nidū is coe-
perit accedere: pcurrit ad pedes eius foeta pgraue: aut delubē se simulās: subitoc; in pcursu aut
breui aliquo uolatu cadit fracta: aut ala: aut pedibus. Aut pcurrit iteq; iā tā phēfuge effugiēs spe
frustrās: donec in diuersū abducatur a nidis. Eadē iā pauore libera ac materna uocāte cura i sulco
resupina gleba se terra pedibus apprehensa operit. Perdicū uita ad .xvi. annos durare existimaf.

De columbis.

CA. XXXIII.

AB his columbae gesta spectant maxime simili rōne. Mores in idem: sed pudicitia illis
prima: & neutri nota adulteria. Coniugii fidē nō uolant: cōemq; seruant domū. Nisi
celebs: aut uidua domū non relinqt. Et imperiosos mares subinde ēt iniquos ferunt.
Quippe suspitio ē adulterii: quis natura nō sit. Tūc plenū q̄rela gutt;: sauiq; rostro ictus: mox in
faci: sanōe exosculatio: & circa ueneris pces crebris pedū orbibus adulario. Amor utriq; sobolis
aeq̄lis. Saepē & ex hac cā castigatio pigrius istrate foemina ad pullos. Parturiētī solacia: & ministe-
ria ex mare. Pullis priō falliorē terrā collectā gutture i ora i spuūt: pparantes tēpesti: uitate cibo.
Propriū gnīs eius & turtugē cū bibāt colla nō resupinare: large bibere iumentorū modo.

De palumbibus: & differentia columbarum.

CA. XXXV.

Mluere palūbes ad tricesimū annū: aliquos ad .xl. Aristoteles auctor est. Vno tñ incom-
modo ungiū: eodē & argumento senectae: qui citra pnicie reciduntur. Cātus oibus
similis atq; idē: terno conficitur uersu: praeterq; in clausula gemitu. Hyeme mutis: ue-
re uocalibus. Nigidus putat cū oua incubant sub tecto nominata: palumbem relinquere nidos.
Pariont autem post solstitia. Columbae & turtures octonis annis uiuunt.

De passeribus.

CA. XXXVI.

Ontra passeri minimum uitae: cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare.
Argumento quia nulla ueris initio appareat nigritudo in rostro: quae ab aetate icipit.
Foemina longiusculum spacium. Verum columbis inest quidam gloriae intellectus:
Nolle credas suos colores: uarietatemq; dispositam: quae etiam ex uolatu creduntur
plaudere in coelo: uarietq; sulcare. Qua in ostentatione ut uictae pbent accipitri iplicatis strepitu
pēnis: q nō nisi ipsis alage hūeris elidit. Alioqñ solito uolatu multū uelociore speculaf occultus
frōde latro: & gaudētē i ipsa gloria rapit. De tinnungulo. CA. XXXVII.

Bid cū is habēda est auis: quae tinnungulus uocaf. Defendit enim illas terretque ac
cipitres naturali potētia in tñ ut usum uocemque eius fugiant. Hac de causa praeci-
puus colūbis amor eorū. Feruntque si in quattuor angulis defodiant in ollis nouis
oblitis non mutare sedē columbas. Quod auro sēctis alarum articulis q̄sere: aliqui
nō aliter innoxius uulneribus: multuaga alioquin aue. Est enim ars illis inter se blandiri: & cor-

rūpere alias: furtoq; comitatores reuerri. Quin & inter nuntia in rebus magnis fuere: & episto-
las adnexas eage pedibus obfidiōne mutinē in castra confulū proferre. D. Bruto mittente. Quid
uallū & uigilū obfidiō: atq; ēt recta amne p̄nta p̄fuere Antonio: per cælū eūre nuntio: Et hage
amore infantiū multia: ac super teſta exedificat turres iis nobilitatēq; ſingularū & origines nar-
rant ueterē ſā exēplo. L. Affius eques romanus ante bellū ciuile p̄peianū denariis quadringētis
ſingula paria uendicauit: ut. M. Varro tradit. Quin & patriā nobilitauere. A campania grandis
ſine p̄mirre exiſtimatā. Hage uolatus in reputationem ceteraq; quocq; uoluerum nos ipellit.



De uolatu & inceſſu auium. CA. XXXVIII.
Mnibus aſialibus reliqs certus: & uniuſmodi: & in ſuo cuiq; genere inceſſus eſt. Aues
ſolae uario meatu ferūtur & in terra & in aere. Ambulant aliquae ut cornices. Salunt
aliquae ut paſſeres: merulae. Currunt ut perdices ruſticae. Ante ſe pedes iaciunt: ut
ciconiae & graues. Expādunt alas: pandentēq; raro interuallo quatunt. Aliae crebrius: ſed & pri-
mas dūtawat pēnas. Aliae & tota latera pādunt. Quaedam uero maiore ex parte cōpreſſis uolant.
Percuſſoq; ſemel aliquae: & gemino icū aere feruntur: uelut incluſum cum p̄a mentes. Iacū-
tur ſeſe in ſublime: in rectum: in pronū: ſpingi putes aliquas. Aut ruriſ ab alto cadere haſ: illas
ſalire. Anates ſolae quaeq; ſunt eiufdē generis in ſublime protinus ſeſe tollunt: atq; eueſtigio cœ-
lum petūt: & hoc ēt ex aqua. Itaque in foueas quibus feras uenamur delapſae ſolae euadunt. Vul-
tur & fere grauiore niſi ex procurſu: aut altiore tumulo immiſſae nō euolant. Cauda teguntur
aliae. Circūpectant aliae: ſelectuntque colla. Nōnullae ueſcunt eſ: quae rapere pedibus. Sine uoce
non uolant multae. Aut e cōtrario ſp in uolatu ſilent. Subreſta: pronae: obliquae: in latera: i ora.
Quaedā & reſupinae ferant: ut ſi pariter cernant: plura genera nō in eadē natura meare uideant.



De apodibus. CA. XXXIX.
Lurimū uolā: quae apodes uocāt: q̄a careāt uſu pedū. Ab aliis cypſelli: appellant hiri-
danū ſpē. Nidificāt i ſcopulis. Hae ſunt q̄ toto mari cernunt. Nec unq; tā lōgo naues
tāq; cōtinuo curſu rece dūt a terra: ut circūuolūt eas apodes. Cetera ḡna reſidūt &
ſiſtūt. Hiſ quies niſi i nido nulla. Aut p̄dēt: aut iacēt: & ſigena atque uaria: ad paſtum maxime.



De caprimulgis & plateis. CA. XL.
Caprimulgus appe llant grādioreſ merulae aſpectu: fures nocturni. Interdū enī uſu ca-
rēt. Intraſ paſtoꝝ ſtabula: caprarūq; uberibus aduolant ſuſū. p̄pter lactis. Qua inu-
ria uber emorit. Capriſque cæcitas quas ita mulſere oborif. Platea nominatur aduo-
lans ad eaſ: quae ſe in mari mergunt: & capita illarum morſu corripit: donec capturā extorq̄at.
Eadem cum deuoratis ſe impleuit conchis: calore uentris coctas euomit: atq; ita ex iſ cſculenta.
legit teſtas execreans.



De ingentis auium. CA. XLI.
Mlaribus gallinis & religio iſt. Inhorreſcūt edito ouo: excutiūtque ſeſe: & circūactae
purificant: aut feſtuca aliqua ſeſe: & oua luſtrant.



De cardule: & pſyraco: & auibus: quae loquuntur. CA. XLII.
Mnimae auū cardueſ imperata faciūt: nec uoce tm̄: ſed pedibus: & ore pro manibus.
Eſt quae bouū mugitus imitetur i arelarenſi agro taurus appe llata: alioquin parua. Eſt
quae equoꝝ: quoque hinnitus anthus noie: herbae pabulo adueni uoꝝ: pulſa imita-
tur ad hūc modū ſe ulciſcens. Sup oia humanas uoces reddūt pſyraci: & q̄dem ſermo
cinantes. India auē hāc mittit. Scitacem uocāt: uiridē toto corpore torque tm̄ miniaro i cernice
diſtinctam. Imperatores ſaluat: & quae accipit uerba: pronūciat. In uino p̄cipue laſcua. Capiti
eius dūcia eadē: quae roſtro. Hae cū loqui diſcit: ferro uerberat radio. Nō ſentit aliter iſtus.
Cū deuolat roſtro ſe excipit. Illi in nitit: leuiorēque ſe ita pedū infirmitati facit. Minor nobilitas:
q̄a nō ex lōginquo uenit: ſed expreſſior loquacitas certo generi picae eſt. Adamat uerba: quae lo-
quunt. Nec diſcūt tm̄: ſed diligunt: meditantēque itra ſemet cura atque cogitatione inten-
tiōne nō occultat. Cōſtat emori uictas difficultate uerbi: ac niſi ſubi de eadē audiāt: memoria fallit
quæreſque mige imodū hylarari: ſi iterim audierit id uerbū. Nec uulgaris iſ forma: quā non
ſpectād: ſatis illis decoris i ſpē ſermonis humani eſt. Vcꝝ ad diſcere alias negāt poſſe: q̄ quae ex
ḡne eage ſunt: quae glāde ueſcunt. Et inter eaſ facilius: q̄bus qui ſūt diḡti i pedibus. Ac ne eaſ q̄-
dem ſp̄las primis duobus uitae annis. Latior iſ eſt lingua oibus i ſuo cuique ḡne: quae ſermonē
imitant hāanū: q̄ q̄ id pene i oibus cōtingit. Agrippina cōiūx Claudii Caeſaris turdū habuit: q̄d

nunq̄ antequam imitantē sermones hominum: cū hæc p̄derē. Habebāt: & cæsares iuuenes item sturnū: la scimias græco atq; latino sermone dociles. Præterea meditates in diē: & assidue noua loquentes longiore et cōtextu. Docēt secrete: & ubi nulla alia uox misceat: assidue qui crebro dicat ea: quæ condita uelut addiscit: aliquo blandiente.

De coruog; intelligentia:

CA. XLIII.



Eddat & coruis sua gratia indignatione quoq; populū ro. attestata: non solū conscia. Tiberio principe ex foetu supra castorū ædē genitus pullus in oppositā futrinā deuo lauit: et religione cōmendatus officinæ domino. Is mature sermone assuefactus oibus matutinis euolans in rostra: i foze uersus Tiberium: deinde Germanicū: & Drusū Cæsares notatim: mox transeuntem populū ro. salutabat. Postea ad tabernā remeans pluriū annorū assiduo officio meritis. Hic siue æmulatione incitatus manceps pxime futrinæ: siue iracūdia subita: ut uoluit uideri: excrementis eius posita calceis macula exanimauit: tāta plebeis cōsternatione: ut primo pulsus ex ea regione: mox & interēptus sit: funusq; innumeris aliti celebratū exequiis. Cōstratū lectū super æthiopū duog; humeros p̄cedēte tibicene: & corōis oium geneg; ad rogum usq; qui constructus dextra uisæ appisæ ad secundū lapidem in campo ridiculi appellato fuit. A deo satis iusta cā populū ro. uisā est exequiæ ingenū auis: aut supplicii de ciue romano in ea urbe: qua multorum principū nemo deduxerat funus. Scipionis uero Aemiliani post carthaginē: num intiq; deleras ab eo nemo uindicauerat mortē. Hoc gestū. M. Serulio. C. Cestio cōss. ad. v. Kalen. april. Nunc quoq; erat in urbe roma hæc prodie me equitis ro. cornix e betica primū colore mira admodū nigro: deinde plura cōtexta uerba exprimens: & alia: atq; alia crebro addiscēs. Necnon & recens fama Crateri monocerotis cognomine in trezena regione assæ coruog; opera uenantis: eo q; deuehebat in siluis eos cōsidētes humeris. Atq; coruiculus illi uestigabant agebantq; eo perducta cōsuetudine: ut exēte sic comitarent & feri. Tradēdū putauere memoria quidam usum per sitim lapides congerentē in situlam monumētū: in qua pluuia aqua durabat: sed q̄ attingi nō posset. Ita descēdere pauentē expressisse tali cōgerie: q̄ poturo sufficere.

De diomedis aibus.

CA. XLIII.



Ec diomedas præteribo aues. lūba cataractas uocat. Et eis esse dētes: oculosq; igneo colore: cætero candidas tradens. Duos semper iis duces. Alteq; ducere agmen: alterū cogere: serobes excuare rostro: inde crāte cōsternere: & opire terra quæ ate fuerit egesta. In iis fortificare. Fores binas oium serobibus. Orientē spectare qbus exeant in pascua: occasū qbus redeant. Aliū exoneraturas subuolare semper: & contrario flatu. Hæ in solo loco totius orbis usunt. In insula quā diximus nobilē Diomedis tumulo atq; delubro cōtra apulix orā fulicarum similes. Auenas barbaros clangore infestant. Græcis tantum adulātur miro discrimine: uelut generi Diomedis hog; tribuentes. Aedemq; eius quotidie pleno guttore madentibus pennis perluunt: atq; purificant. Vnde origo fabulæ. Diomedis sotios in earum effugies mutatos.

Quæ animalia nihil discāt.

CA. XLV.



Non omittēdū est cū de ingenis differimus: e uolucris hirundines esse indociles & terrestribus mores: cū elephantis iussa faciant. Leones tugū subeat. In mari uitulū: totq; piscium genera mitecant.

De potu auium.

CA. XLVI.



libunt aues suctu cætera. Sed ex iis quibus longa sunt colla intermittentes capite resupinato ueluti infundentes sibi. Porphyrio solus morsu bibit. Idem ex proprio genere omnem cibum aqua subinde tingens. Deinde pede ad rostrum ueluti manu alitens. Laudatissimi in comagene. Rostra iis & prælonga: crura rubent.

De hæmatopodi & onocrotali: & de pegrinis aibus.

CA. XLVII.



Plurimis vero est quadrupedū cibis. Quāobrem iure dicent externa. Nulla est i Italia spēe genita: nec in alia parte terrarū: nisi in calida. Frugifera vero nusq̄ nisi in feruida. Gignit leui sibi loſaq̄ terra: maiore in parte & nitroſa. Gaudet & riguis: totoq̄ āno bibere cū amet: anno ſitiet: A ſimo quidā ēē lādi putant. Et aſſyrioz pars aliqua ſi non riuis miſceat. Genera eaz̄ plurima. Et prima fruticē nō excedentiā. Sterilē hanc. Aliubi & ipſam fertilē: breuiq̄ ramis: obiri umbra folioz. Tertio uicem hęc parietibus pleriq̄ in locis præſtat contra aſpines. Sunt e p̄erioribus ſiluz arbore ex ipſa folioz aculeo fruticante circa totas peſtinatim: quas ſilueſtres intelligi neceſſe eſt. Inſerta tamē libidine etiam mitioribus ſe miſcent. Reliquæ teretes atq̄ proceræ dcn ſis gradatiſq̄ corticū pollicibus: ut orbibus faciles ſe ad ſcandēdum orientis populis ſbent. Vti lem ſibi arboriſq̄ induuiis circulū mira pernicitate tum hoīe ſubeunte. Coma oīs in cacumine: & pomū eſt: non inter folia ut in cærens: ſed ſuos iter ramos palmitibus racemoſum. Vtraq̄ natura uiaz atque pomi. Folia cultrato mucrone lateribus in ſe bifidatis beilas primū demōſtrare gēmas. Nunc ad funes uutilumque nexus & caput leuis umbracula funduntur. Arboribus imo potius omnibus quæ terra gignit: herbiſque etiam utrūque ſexum eſſe diligētīſſimi natura tradunt. Quod in plenum fatiſ ſit dixiſſe hoc in loco. Nullis tamen arboribus manifeſtus. Mas in palmitē floret. Fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modo. Vtriſque autem prima naſcitur pomi caro: poſtea lignum intus: hoc eſt ſemen eius. Argumentum q̄ paruz ſine hoc reperitur in eodem palmitē. Eſt autē oblongum non ut oliuis orbiculatom. Præterea caeſum a dorſo puluinato: & in aluo mediā fiſſura: pleriq̄ umbilicatum: un- e primū ſpargitur radix. Seritur autem pronum: & bina iuxta cōpolita ſemina: ſuperque rotidē: quoniam infirma ſingulis planta eſt. Quaternæ coaleſcunt. Multis candidiſque lignum hoc a carnibus diſcindiſ tunicis aliis corpori adhærētibus. laxæque diſtans: tantum a cacuminis ſilo adhærrens. Caro ma- zureſcit āno. Quibusdā tñ in locis ut cypro: quāq̄ ad maturitatem non perueniat grato ſapore dulcis eſt: & folium ibi latius: fructuſque reliq̄ rotundior. Nec ut de uereſ corpus: uerum ut ex puatur ſucco mō expreſſo. Et in arabia languidæ dulces tradūtur eſſe palmæ. Quāq̄ luba apud ſœcitas arabas præfert oibus ſaporibus: quam uocat dabūlan. Cætero non ſine maribus gigne- re fœminas ſponte edito nemore cōfirmant. Circaque ſingulos plures nutare in eū pronas bli- dioribus comis. Illum erectis hiſpidum afflatu uiſuque ipſo & puluere etiā reliq̄ martare. Mu- ſus arbore exciſa uidiuas poſt ſterileſcere fœminas. Adeo eſt Veneris intellectus uti coitus ēē ex cogitatus ſit ab homine: ex maribus flore ac lanugine: interim uero tantū puluere in ſparſo ſœ- minis. Serunt autē palmæ & trunco duoz cubitoz lōgitudie a cerebro ipſo arboris uiridi ſiſſu- ris diuiſo atque deſoſo. Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus: & ramorum tenerimīs. In aſſyria ipſa quoque arbor ſtrata in ſolo humido tota radicat: ſed in frutices non in arbore. Ergo plan- taria inſtituunt: anniculaſque tranſſerūt: & itez bimas. Gaudent enim mutatiōe ſedis: uerna al- bit in aſſyria autē circa cantis ortum. Nec ſeruo attingunt ibi nouellas: ſed religant comas: ut in al- titudinē exeant. Robuſtas deputant: craſſitudinis gratia ſempedales ramoz relinquentes trun- cos. Qui decii alibi necant matrem. Diximus ſalſum ab iis ſolum diligī. Ergo ubi non ē taleſa- lem aſpergūt: non radicibus: ſed longius paulo. Quædam in ſyria & ægypto in binos diuidūt ſe truncos: in creta & ternos: quædam & in quinos. Ferunt ſtatim in trimatu. In cypro uero ſyria ægypto q̄drimæ aliæ: aliæque quinquēnes: aliæ altitudine hoīs: nullo intus pomi ligno quādiu ſunt nouellæ: ob id ſpadonum accepto noīe. Genera eaz̄ multa. Sterilibus ad materias operaz̄ lautiora uitur aſſyria: & tota perſis. Sunt & cædiz palmæ quoque ſiluz: germinantes rurſus ab radice ſuccifæ. Dulcis medulla eaz̄ in cacumine q̄ cerebrum appellant: exemptaque uiuūt quod nō aliæ. Vocant autem chamæripheſ: folio latiore ac molli: ad uutilia utiliſſimo. Copioſe in creta: ſed magis i ſcilia. E palmis prunæ uiuacriſq̄ lentus. Fructiferaz̄ aliis breuius lignū in pomo: aliis longius. His molliſ: illis duris. Quibusdā oſſeum: limatumque dente contra ſcincantes religione politū. Aliud pluribus ueſtitum paucioribusue tunicis. Aliud craſſioribus tenuioribusue. Ita ſiunt undequinquaginta genera: ſi quis omnium perſe qui uelit nomina etiam barbarā: uinorumque ex his differentias. Clariffimæ omnium: quas regias appellauere ab hono- ribus: quoniam regibus tantum perſidis ſeruarentur babylone nata: uno in hortu bagoi. Ita n. uocant ſpadones: qui apud eos etiam regnauere. Hortus ille nunq̄ niſi dominantis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem ſyagri. Proximāq̄ margarides. Eaz̄ bre- ues cādidæ: rotundæ: acinis q̄ balanis ſimiliores. Quare & nomē a margaritis accepere. Vna earū arbor in chora eſſe traditur: una & ſyagrorum. Mirūq̄ de ea accepimus cum phœnice auē: quæ

uel lauari

mel quonia

putatur ex huius palmarum argumēto nomē accepisse: itēq; moriat: renasci ex seipsa: quod erat prius: pōis refertā. Ipsiū pomū grande: dūq; horridū: & a ceteris gñibus distās: sapore ferino: quē ferme syagris nouimus: euidentissimēq; cā est nomis. Quarta auctoritas sandalidū: similitudinē appellatam. Iam in aethiopiae sine quinq; eage nec plures arbores tradūt: nō raritate magis q̄ suauitate mirabiles. Ab his caryotae maxime celebrant & cibo quidē: sed & sacco uberrimae. Ex quibus p̄cipua uina orienti iniqua capiti: unde pomo nomē. Sed ut copia ibi atq; fertilitas: ita nobilitas in iudaea: nec in tota: sed hiere: cunte maxime. Quāq; laudatā & rhachelaidae: & phaelidae: atq; libyadae gentis eiusdē cōuallibus. Dos his p̄cipua. Succo pingui lactēribus: quodāq; uini sapore in melle p̄dulci. Sicciores I hoc genere Nicolai: sed amplitudinis p̄cipue: q̄terni cubitoq; longitudinē efficiunt. Minus speciosae: sed sapore caryotage: sorores: & ob hoc adelphides dicūt: proximā suauitatē hñt: non tñ candē. Tertiu ex his genus patet: & nimio liquore abūdat. Rumpitq; se pomi ipsius ēt in suā matrē ebrietas calcatis simile. Suū genus sed e sicciore turba incens dactylis p̄lōga gracilitate curuatis in terrā. Nā quos ex iis deoz honorē dicamus: id eos appellauit iudaea gens contumelia nūminū insignis. In totū arentes thebaidēs atq; arabicae: macro corpore exiles: & assiduo uapore torrentes. Crustā uerius q̄ cutē obducūt. In ipsa qdē aethiopia friatur haec: tāta est siccitas: & farinae mō spissat in panē. Gignit aut in frutice ramis cubitalibus: folio latiore: pomo rotundo: sed maiore q̄ mali amplitudine. Cycas uocant. Triensio mature rescūt. Sem p̄q; fructi pomū ē subnascēte alio. Thebaidis fructus extēplo in cados condit: cū sui arboris aīam (ni ira fiat) celeriter expiret: marcescitq; nō restosus furnis. Ex reliquo gñe plebeius uident. Syri hoc & luba tragemata uocāt. Nam in alia pte phoenicis cilicizq; populari ēt noīe a nobis appellat. Eoz quoq; plura gña. Differunt figura rotunditatis aut p̄ceritatis. Differūt & colore: nigriores ac rubentes. Nec pauciores sico tradunt colores. Maxime tñ placēt cādidī. Distant & magnitudine prout multi cubitū effecere. Quidam sunt non ampliores faba. Sraant u demū: q̄ nascunt in salis atq; sabulosis: ut in iudaea: & cyrenaica africa. Nō itē in aegypto: cypro: syria: seleucia: assyria. Quāobrem sues & reliq; aīalia ex iis saginānt. Vitiat aut uetusti eius pomi si gnū est: decidisse cādidā uerrucā: q̄ racemo adhæserit. Alexandri milites palmis uiridibus stragulati sunt. In gedrolis id factū ē pomi gñe. Alibi copia euenit. Est. n. tāta musteis suauitas: ut suis mādēdi nō nisi periculo fiat.

De syriae arboribus.

CA. V

SYRIA p̄ter hāc pecuiliāres hēt arbores. In nucū gñe pistacia nota. Prodesse aduersus p̄pētū tradūt morsus: & potu & cibo. In sicoz aut caricas & minores eius gñis: q̄ cotana uocāt. Itē pruna in damasco mōte nata & myxa: utraq; tā familiarē italiae. Ex myxis in aegypto & uina sūt. Lunipi similitudinē hñt phoenices & cædrū minorē: Duo eius gña lycia & phoenicia. Differunt folio. Nā quae dūq; acutū: spinosum hēt oxycædros uocāt: ramosa & nodis infesta. Altera odore p̄stat. Fructum ferunt myrti magnitudine: dulcē sapore. Et maioris cædri duo gña. Quae floret: fructū nō fert. Frutifera nō floret. Et in ea antecedentē fructū occupat nouus. Semē eius cupressi simile. Quidā cædralatē uocāt. Ex hac resina laudatissima. Materiae uero ipsi aeternitas. Itaq; & simulacra deoz ex ea factitauerūt. Cædrinus ē Romae in delubro Apollo Sosianus e seleucia aduectus. Cædro similis in arcadia est arbor: quae in phrygia frutex uocatur.

De terebintho.

CA. VI

SYRIA & terebinthum habet. Ex iis mascula est sine fructu. Foeminae duo gña. Alteri fructus ruber lentis magnitudine: alteri pallidus. Cum uitae maturescit: non gradior faba: odore iucundior: tactu resinofus circa idam troadis. Sed in macedonia breuis arbor haec atque fruticosa. In damasco syriae magna. Materies est admodum lentae: ac fidelis ad uetustatem: eximii ac nigri splendoris: flos racemosus oliuae modo: sed rubēs: folia de sa. Fert & folliculos emittentes quaedam animalia ceu culices: lentoremque resinofum: qui & ex cortice erumpit. Etiam thus syriae mascula fert: sterili foemina: folio ulmi paulo longiore: & piloso: foliorum inter se semper contrariis pediculis: gracili: breuique ramo: pelles candidae conficiuntur. Iis semen lentisci simile cum uua rubescit: quod uocatur thus: medicamentis necessarium.

De ficu aegyptia & cypria.

CA. VII

FICUS in aegypto multa arborum genera: quae nō alibi. Ante omnia ficus ob id aegyptia cognominata. Arbor moto similis: folio: magnitudine: aspectu. Pomum fert non ramis: sed caudice ipso. Idque ipsum ficus est p̄dulcis: sine granis interioribus: perq; foecundo prouentu: scalpendo tantum ferreis unguibus: aliter non maturescit. Sed cum factū ē: quarto die demetitur: alio subnascēte: septeno ita numerosa ptu: per singulas aīas

res multo lacte abundante. Subnafcif etiam si non scalpatur foetus: quater ætate priorum ex-
pellit inatuz. Materies pprii generis inter utilissimas. Cæsa statim stagnis mergit. Hoc est eius
ficari. Et primo sidet: postea fluicare incipit: certoz eam saggit alienus humor: qui alium oem
rigat. Cum innatare coeperit: tepestiue hēt signū. Huic similis quædam tenus q̄ uocat cypria ficus
in creta. Nā & illa in caudice ipso fert pomū & ramis: & cū i crassitudine adoleuere. Sed hæc ger-
mina emittit sine ullis foliis radici similia. Caudex arboris populo similis: folium ulmo. Fructus
quaternos fundit: rotiens & germinat. Sed grossus eius non maturefcit: nisi incisa emisso lacte.
Suauitas & interior fici. Magnitudo sorbi. De ceraunia siliqua. CA. VIII.

Similis siliqua quæ iones ceraunia uocant: trunco & ipsa fertilis: sed pomo siliquæ. Ob-
id quidā ægyptiā ficū dixere errore manifestū. Non. n. in ægypto nascit: sed in syriā
toniaq: & circa gnidū: atq: in rhodo: sp comantibus foliis: flore cædido: cū uehemen-
tia odoris. Plantigera imis partibus: & ideo superficie flauescens succum auferente fo-
bole. Pomo antecedentis anni circa canis ortus detractoz: statim alterū parit. Postea florē per arctū
rum hyeme foetus enutriente. De pisco ægypti & spina ægyptia. CA. IX.

Aegyptus & persica arborescens sui generis habet similitē pyro folia retinentē. Fertilitas
assidua eius subnascente crassino fructu. Maturitas etetiāq: afflatu. Pomū longius py-
ro: inclusum amygdalæ putamine & corio: colore herbido. Sed ubi nux illi: huic po-
mū: differens breuitate ac mollice. Et quæ bladiatur prædulci suauitas: inocuū. Ma-
teries bonitate: firmitudine: nigricia quoq: nihil differens a loto. Simulacra ex ea facilitate nō
eadē grā q̄ fideli materie: ut ex arbore quam balanum appellauimus: magna ex parte contorta.
Naualis itaq: tantum est. At e diuerso cutii in magno honore palmæ similis: q̄ & eius foliis utū
tur ad textilia. Differt q̄ in brachia ramoq: spargitur. Pomo magnitudo: quæ manū impleat: co-
lor fuluus: commendabilis succo & austero & duci lignum intus grandis firmæq: duritiæ: ex
quo uelares detorant anulos. In eo nucleus dulcis dum recēs est. Siccatus durefcit ad infinitū:
ut mandū non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegitiæ: & ob id persis
gratissima. Nec minus spina celebratur in eadem gente duntaxat nigra: quoniam incorrupta etiā
in aquis durat: ob id utilissima nauium costis. Candida facile putrescit. Aculeus spinarum & in
foliis. Semen in siliquis: quo coria perficiuntur gallæ uice. Flos & coronis iucūdus: & medicamē-
tis utilis. Manat & gummi ex ea. Sed præcipua utilitas q̄ cæsa anno tertio refurgit. Circa thebas
hæc: ubi & quercus & persica & oliua. ccc. a nilo stadis: siluestri tractu & suis fontibus riguo.

De pruno & arboribus circa memphin. CA. X.
Bi prunus ægyptia non dissimilis spinæ proxime distat. Pomo mespil: maturefcens
bruma: nec folia dimittens. Lignum in pomo grāde: sed corpus ipsius natura copla-
q: messum instar incolis. Purgatum enim tundunt: seruantes eius ossas. Siluestris fu-
it & circa memphin regio tam uastis arboribus: ut terni nequirent uel circūplecti:
unius peculiari miraculo: nec pomum propter usum ue aliquem: sed euentū. Facies enim spinæ:
folia habet ceu pēnas: quæ tactis ab homine ramis cadunt protinus: ac postea renascuntur.

De gummi generibus & papyro. CA. XI.

Vmmi optimum esse ex ægyptia spina conuenit: uermiculatum: colore glauco: purū:
sine cortice: dentibus adhærens. Preciū eius in libras. xiii. Deterius ex amygdalis ama-
ris: & cæraso. Pessimum ex prunis. Fluat & ex uiribus: infantium ulceribus apertissimū.
Et aliquando in olea: dentium dolori. Vmō etiā in corico monte ciliæ. Ac iuni-
pero ad nihil utile. Ex ulmi uero gummi & culices ibi nascuntur. Fit & ex sarcocolla: ita uocatur
arbogummi utilissimum pictoribus ac medicis: simile pollini thuris: & ideo candidū q̄ ruffū
maestius. Preciū eius quod supra. Nōdum palustria attigimus: nec frutices æmniū. Prius tamē
q̄ digrediamur ab ægypto & papyri natura dicetur. Cum chartæ usū maxime humanitas uitæ
constet & memoria. Et hanc alexandri magni uictoria repetitam auctor est. M. Varro: condita
in ægypto alexandria. Antea non fuisse chartarum usum. Palmarum foliis primo scriptitatum.
Deinde quarūdā arborum libris: Postea publica monumenta plumbeis uoluminibus. Mox &
priuata linteis confici coepta: aut cæris. Pugillarum enim usum fuisse ante troiana tempora in-
uenimus apud Homerum. Illo uero prodente: ne terra quidem ipsa tota fuisse: q̄ nunc ægyptus
intelligitur: cum in sebennitico saltē eius nominis charta nascatur. Postea adaggeratam nilo.
Si quidem a pharo insula: quæ nunc alexandriæ pōte iungitur: noctis dieiq: uelifico nauigii cur-
su terrā fuisse pdidit. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolomæi & Eumenis suppri-
n

mente chartas Ptolemaeo idem Varro membranas pergami tradidit repertas. Postea promiscue paruit usus rei: qua constat immortalitas hominum. Papyre ergo nascitur in palustribus aegypti: aut quiescentibus nili aquis: ubi euagatae stagnant duo cubita non excedere altitudine gurgitum. Bra chiali radice obliquae crassitudine: triangulis lateribus decem non amplius cubitoque longitudine: in gracilitatem fastigiatum thyrsi modo cacumem includens. Semine nullo aut usu eius alio quam flores ad deos coronandos. Radicibus incolae pro ligno utuntur: nec ignis tantum gratia: sed ad alia quoque utensilia usaque. Ex ipso quidem papyro nauigia texunt. Et e libro uela: tegetesque: nec non et uestem: atque stragulae ac funes. Mandunt quoque crudum de coctumque: succum tantum deuorantes. Nascitur & in syria circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque ad alios usus illis: quam funibus. Rex Antigonus in naualibus usus est rebus: non dum sparto communicato. Nuper & in euphrate nascens circa babylonem papyrum intellectum est eundem usum habere quem chartae. Et tamen adhuc malum perhibi uestibus litteras iterere. Praeparantur ex eo chartae diuise ac in preuenes sed quam latissimas phyluras.

Handwritten notes in the left margin, including 'Papyrus' and other illegible scribbles.

Pincipatus medio atque inde scissurae ordine. Hieratica appellabatur antiquitus: religio- sis tantum uoluminibus dicata: quae ab adulatione Augusti nomen accepit. Sicut secun- da Liuia a coniuge sua. Ita descendit hieratica in tertium nomen. Proximum amphitheatrica datu fuerat: a coeclurae loco. Exceptit hanc Romae Fannii sagax officina: tenuitque curiosa interpolatione: principale fecit e plebea: et nomen ei dedit. Quae non esset ita reuera- ta: in suo mansit amphitheatrica. Post hanc saetica ab oppido: ubi maxima fertilitas ex uilloribus ramentis. Propiores etiam cortici. Tarniotica a uicino loco: pondere iam haec non bonitate ue- nalis. Nam emporitica inutilis scribendo: in uolucris chartae segestrumque in mercibus usum pro- bet: & ideo a mercatoribus cognominata. Post haec papyre est extremumque eius scripto simile: ac ne ad funes quidem nisi in humore utile. Texunturque omnes tabulae madente nili aqua. Turbidus liquor- tum glutini probet: cum primo supra tabula: seceda adlinitur longitudine papyri: quae potuit esse sex- minibus utrinque amputatis. Transuersa postea crates peragitur. Premuntur deinde proclis: & siccantur sole: atque inter se pagellae iunguntur. A proximae semper bonitatis diminutione ad deterriimas. Nunquam plures scapo quam uicena. Magna in latitudine eaque differentia. XIII. digitorum optimis. Duo de- trahuntur hieraticae. Fanniana denos habet. Et uno minus amphitheatrica. Pauciores saetica: nec malleo sufficit. Nam emporiticae breuitas sex digitos non excedit. Praeterea spectantur in chartis te- nuitas: densitas: candor: leuor. Primatum mutauit Claudius Caesar. Nimitis quippe Augustae tenui- tatis tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens litteras liturae metum affererebat aduer- sis: & alias indecoro uisu pertranslucida. Igitur & secundo corio stamina facta sunt et primo sub- tegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat mensura: & cubitalis macrocolis. Sed ratio deprehendit uitium unius seceda reuulsione plures instantes paginas. Ob hoc praelata omnibus Claudia: Augustae in epistolis auctoritas relicta. Liuiana suam tenuit: cui nihil e prima erat: sed oia et secunda. Scabi- cia leuigat dente conchaes: sed caducae litterae fiunt. Minus sorbet. Politur & charta magis ut splendeat. Rebellat saepe humor incuriose datus: primoque malleo deprehenditur: aut etiam odore cum fuerit indiligentior. Deprehenditur & lentigo oculis: sed mediis inserta glutinamentis eum tanta iunco papyri bibulo ibi uix littera fundente se: tantum inest fraudis. Alius igitur iteque textus ja- bor. Glutinum uulgare e pollinis flore temperat: seruente aqua minimo aceti aspersu. Nam fabrilis a- gummi commissurae fragiles sunt. Diligentior cura molli panis frumentati colata aqua seruente mi- nimam hunc modum intergerit. Atque et lini leuitas superat. Omne autem glutinum nec uetustius esse uno die debet: nec recentius. Postea malleo tenuat: & iteque glutino percurrunt: iterumque constricta eruga- tur: atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique. Gracchoque manus: qui apud Pomponium secundum uatem ciuemque clarissimum uidi annos sepe post. CC. iam uero Ciceronis ac Diui Augusti Virgilique saepenumero uidemus.

uel plagella

uel statua

uel bubulo

uel sermen- tad

Handwritten notes in the left margin, including 'Papyrus' and other illegible scribbles.

De libris Numae. CA. XIII.

Propterea quidem exempla contra Varronis sententiam de chartis reperiuntur. Nan- que Cassius Hemina uetustissimus auctor annalium quarto eorum libro perdidit. Cu- Terentium Scribam agrum suum in Ianiculo repartinentem offendisse arcam: in qua Numa qui Romae regnauit situs fuisset. In eadem libros eius repertos. P. Cornelio. L. filio Cethego. M. Bebio. Qu. filio Pamphilo consilii. Ad quos a regno Numae colliguntur anni. d. xxxv. & hos fuisse e charta. Maiore etiam miraculo: quod tot infossi durauerunt annis. Quapropter in tanta ipsius Heminae uerba ponam. Mirabantur alii quomodo illi libri durare potuissent.

Ille ita rationem redderebat. Lapidem fuisse quadratum circiter in media aera uictum candelis
 quaqua uersum. In eo lapide insuper libros ipsoitos fuisse: propterea arbitrariet eos non computruisse.
 Et libros caedratos propterea arbitrariet eos tneas non tengisse. Nulla in his libris scripta erant nisi phia
 pythagoricae. Eosque combuissos a. Qu. Poetilio praetore: quia phia scripta erant. Hoc idem tradit. C.
 Piso censorius primo commentariore libro. Sed libros septem iuris pontifici: totidem pythagoricos
 fuisse. Tuditanus uero tertio decimo Numae decretoque libro. xii. fuisse. Ipse Varro humanaque an
 tiquitatu. vi. Antias duos libros fuisse. Ex his duodecim pontificales Latinos: totidem graecos: praec
 cepta philosophiae continentes. Idem tres ponti: quo comburi eos placuerit. Inter oes uero conue
 nit Sybillam ad Tarquintu Superbu tris libros attulisse. Ex quibus igni duo cremati ab ipsa. Terri
 us cum capitolio syllanis temporibus: Praeterea Mutianus ter consul prodidit nuper se legisse cum p
 sideret Lyciae: Sarpedonis a troia scriptam in quodam templo epistolae chartam. Quo eo magis mi
 rorisi etiam non Homero pudente aegyptus non erat. At cur si ita hic erat usus: in plumbeis linteisque
 uolumibus scriptitatu costet? Cur & Homerus in ipsa illa Lycia Bellorophonni codicillos datos
 non epistolas prodidit? Sterilitatem sentit hoc quoque. Factuque iam Tiberio principe inopia char
 tar: ut e senatu darentur arbitri dispensandae: alias in tumultu uita erat.

De arboribus aethiopiae.

CA. XIII.



Ethiopia aegypto continenda insignes arbores non fere habet praeter limiferas: quae
 natura in descriptione indogae atque arabiae dicta est. Prae prior in hunc natura lana: maior
 que folliculus granati modo mali. Similes & inter se arbores ipsae: praeter hanc palmam que
 les retulimus. Infularum arbores ambitu aethiopiae & nemora odorata in meride eaeque dicta sunt.

De atlantis arboribus & caedrinis mentis: & quae in his laudentur: & quae uituperentur: & ar
 bore trogete.

CA. XV.



Thas mons peculiari proditur silua: de qua diximus. Confines ei mauri: quibus pluri
 ma arbor caedri & menses in lana: quas foeminae uiris contra margaritas regerunt. Et tate
 hodie. M. Ciceronis in illa paupertate: & quod magis mirum est: illo auro emptae libris
 xi. Cum his memorant & Galli Asini quae libris. xi. uenundatae sunt. Et duae a luba re
 ge uendente. Quae alteri precium fuit libris. xv. alteri paulominus. Interit nuper incendio: quam
 Cethegus decedes libris. xiiii. pmutauerat: latifundii saxatide si que praedia tanti mercati malit. Ma
 gnitudo amplissima adhuc fuit unius commissae ex orbibus dimidiatis duobus a rege maurita
 niae Ptolemaeo quattuor pedum & semipedis per medium ambitu: crassitudine quadrantal. Ma
 tuisque miraculum in ea est artis latente iunctura: que potuisset esse natura Solidae a Nomio Tiberis
 Caesaris liberto cognomen trahente tribus siciliis infra quattuor pedes: totidemque infra semipedem
 crassitudis. Quae in te non omittendum uidetur. Tiberio principi mensam quattuor pedes sextate &
 silicio excedente. Tota uero crassitudine seculiali operimento cochylis & laminis per medium ue
 tulsa fuisse: cum tanta optima Nomio liberto etus esset. Cuius materia erat tuber: hoc est radiceis uitru
 um. Maximeque in eo laudatum: quod sub terra totum fuerit & rarius: que quae superne: quaeque gignun
 tur et in ramis: proprieque quod tanti emitur arborum uitium est: quarum amplitudo: ac radiceis
 aestimari possunt ex orbibus. Sunt autem cupressis foeminae etiamnum siluestri similes folio odo
 re: caudice. Anchorarius mons uocatur citerioris mauritaniae: qui laudatissimam dedit caedrum
 iam exhaustus. Mensis praecipua dos in uena crispis: uel in uertice paruis. Illud oblongo euenit di
 scursu: deoque tigrinae appellatur. Hoc intorto: & ideo tales pantherinae uocant. Sunt & undati cri
 spae maiore gratia si pauonum caudae oculos imitentur. Magna uero post has gratia extra praedis
 ctas crispi densa ueluti granum congerie: quas ob id a similitudine apiatas uocant. Summa uero oium
 in colore. Hic maxime mulsi placet suis refulgens uenis. Post haec amplitudo: etiam totius caudae
 cis. Iuuant plura quoque in una mensa uitia. Lignum ita uocatur. Materia furda & idigesta simpli
 citas: aut platani foliorum modo digesta. Illignae uenae etiam similitudo: uel coloris: & quibus
 maxime obnoxias fecere aestus uentis: rimae aut capillamenta rimas imitata. Postea murena ni
 gro transcurrrens limite: uariisque corticum punctis apprehensus papauerum modo: & in totum
 atro propior color: maculaeque discoloris. Virides terra condunt barbari: & caera illinunt. Artifi
 ces uero frumenti aceruis imponunt septenis diebus: totidem intermissis. Mirumque poteri qua
 tum ita detrahant. Naufragia docuere. Nuper quoque haec materiam siccatae mari doricie & ma
 turitate incorrupta spissari: non ullo modo uehementius. Nutriuntur optima: splendescuntque
 manuque sicca fricantur: ab alienis maxime ab accolis laedatur: ut in his genitae. Inter pauca ni
 tidioris uitae instrumenta haec arbor est. Quapropter resistendum ei quoque paulum uidetur. Nota est

vel thyma

Homero fuit: Trogete uocatur: ab alijs thya. Hæc igitur inter odores uri tradit i delictis Cicee: quam deam uolebat intelligi: magno errore eorum: qui odorameta in ea uocabulo accipiunt. Cui præsertim eodem uersu cædruum laricemq; una tradat. In quo manifestum est de arboribus tantum locutum. Theophrastus q; primus a magni Alexandri ætate scribit: quæ circa urbis romæ quadringentesimum quadragésimum gesta sunt annum: magnum iam huic arbori honorem tribuit memoratas ex ea referens templorum ueterum contignationes: quandamq; immortalitatis materiz in tectis contra uitia omnia incorruptæ. Radice nihil crispus. Nec aliunde preciosiora opera. Præcipuam autem esse eam arborem circa Hæmonis delubrum. Nasci & in inferiore cyrenaicæ parte. De mensis tamen tacuit. Et alias nullius ante ciceronianam uetustior memoria est: Ex quo nouitate apparent. Alia est arbor eodem nomine malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine: alijs expetitur: domos etiam decorans: nec dicenda uerbosius.

De arbore loto.

CA. XVI.

vel aqua

Lotus adem africa: qua uergit ad nos: insignem arborem loton ginit: quam uocat celtin. Et ipsam italicæ familiarum: sed terra muratam. Præcipua est circa syrtes atq; nasamonas. Magnitudo quæ pyro: quanq; Nepos Cornelius breuem tradat. Incisura in folio crebriores: alioquin ilicis uiderentur. Differentiæ plures: eaq; maxime fructibus sunt. Magnitudo huic fabæ: color croci: sed ante maturitatem alius atq; alius: sicut uuis. Nascitur densus in ramis myrti modo: non ut in italia cerasi: Tã dulcis ibi cibus: ut nomē etiam genti terræq; de derit nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Ferunt uentris non sentire morbum qui eum mandant. Melior sine interiore nucleo: qui in altero genere osseus uidetur. Vinum quoq; exprimitur huic simile multo: quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccasq; contusas cum filiqua ad cibos doliis condi. Quin & exercitus pastos eo accepimus: ultro citroq; commeantes per africanam. Ligno colos niger. ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capulos breuesq; alios usus excogitauit. Hæc ibi natura arboris. Est autem eodem nomine & herba & in ægypto caulis in plaustrum genere. Recedentibus enim aquis nili riguis: prouenit similis fabæ caule folijsq; densa congerie stipatis: breuioribus tantum gracilioribusq;: cui fructus in capite papaueri similis: incisuris: omninq; alio modo. Intus grana ceu milium. Incolæ capita i aceruis putrefaciunt: mox separant lauando: & siccata tundunt: eoque pane utuntur. Mige est quod præter hæc traditur. Sole occidete papauera ea comprimunt & integri folijs. Adortum autem aperiri: donec mature scant: flosque qui est candidus decidat. Hoc amplius in ea parte tradunt: & scapum ipsum & florem uespera mergi usque in medias noctes. Totumque abire in lacum: ut ne dimissa quidem manu possit inueniri. Verti deinde paulatimque subrigi: & ad exortu solis emergere extra aquam: ac florem patefacere: atque etiamnum exurgere: ut plane ab aqua absit alte. Radicem lotos hæc habet: mali cotonei magnitudine operam nigro cortice: qualis & castaneas tegit. Interius candidum corpus: gratum cibus: sed crudo gratius decoctum siue aqua siue pruna. Nec aliunde magis q; purgamētus eius sues crassescit. De paliuro: & punico malo: & deflore punici mali. CA. XVII.

vel euphra

Yrenæica regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc: fructuque magis rubes: cuius nucleus non simul manditur. Iucundus per se: atq; suauior est uino. Quin & uina succo suo commendans. Interior africa ad garamantas usq; ad deserta palmæ: magnitudinem & suauitate constat. Nobilis maxime circa delubrum Hæmonis. Sed circa charaginem punicum malum cognomen sibi uendicat. Aliqui granatum appellant. Diuisit & in generat: apyrinon uocando cui lignosus nucleus abest. Sed candidior ei natura: & blandiores sunt acini: minusque amari: distincti membranis. Alia structura eorū quædam ut in fauis. Cōmunes nucleos habentiu quinque species: dulcia: acia: mixta: acida: uinosa. Samia & ægyptia distinguuntur. Erythromis: & leuocomis. Corticis maior usus ex acerbis ad perficienda coria. Flos balustiu uocatur: & medicinis idoneus: & tingendis uestibus: quare color inde nomen accepit.

vel glauco
comis
vel balau
strum

De alijs & græciæ fructibus.

CA. XVIII.

Nasia & græcia nascuntur frutices. Epipactis: quem alij heleborinen uocat: paruis folijs: quæ pota contra uenena pro sunt: sicut erices contra serpentes. De timelea siue camelea: & tragacathe: & de trago: siue scorpione & myrice & brya: & galla. CA. XIX.

vel foris

T in quo nascitur granu gaudiu: qd' aliq; linu uocant: Fruticæ uero timeleæ: alij camælam: alij pyrosachnæ: alij icnestron: alij cneron. Et similis oleastro: folijs angustioribus: gummosis: si mordcan tur: myrti magnitudine: semine: colore: & specie: faris: ad medici

ne tantum usum. Tragion fruticem sola creta insula gignit terebintho similem & semine. Quod
 cotra sagittas ictus efficacissimū radunt. Eadē & tragacanthē spinæ albæ radice multum præ-
 latam apud medos: aut in caucaso nascenti. Preciū eius in libras. xii. Tragion & alia feruiae scœ
 pionē ueprē sine foliis ramis rubentibus ad medicinæ usum. Myricen & italia: quam alii amari-
 cen uocant. Achais aut bryan siluestrem insignē in ea: qd' scitua tñ ferat gallicæ simile fructum:
 in syria & in ægypto copiosa hæc est: cuius infœlicia ligna appellamus: quæ tñ infœliciora sunt
 græciæ. Gignit enim arboe ostryn: quæ & ostriam uocant solitaria circa taxa aquosa: similem fra-
 xino cortice & ramis & folio piri paulo tamen longioribus crassioribusq; ac rugosis scissurisq; p
 totam discurrent. Semine ordeo simili: & colore & materia dura atq; firma: qua in domū illata:
 difficilis partus fieri produnt: morteq; miseræ.

uel achais
 uel racemif
 uel subcu
 tibus



De anonymo: & adrachna: congygia & thapsia. CA. XX.
 Ec auspicator in lesbo insula arbor q̄ uocatur anonymos: nō ab similibus punice arbori
 interq; eam & laurum foli magnitudine: figura uero & mollicia punicæ: flore ca-
 didior est: st. utim pestem denuntians: Ferriliquas se fami similes: intus granū quadran-
 gula figura: spissum: locale animabus: neq; & in folio eadē uis. Succurrit aliquādo p̄ceptis alut
 exinanitio. Alexander Cornelius arborem eonem appellauit: ex qua facta est et argo simile robo-
 ri uscum ferentū q̄ nec aqua nec igni possit corrumpi: cui nec uiscū: nulli alii cogantā quod eq̄
 dē scia. Adrachnē oēs fere græci portulacæ noie interpretatur: cū illa sit herba & andrachne uo-
 cetur unius litte: æ diuersitate. Cæterq; adrachne est siluestris arbor: neq; in planis nascentis: similis
 unedoni folio tñ minore: & nunq; decidente. Cortice nec scabro quidē: sed q̄ circūgelatus uide-
 ri possit: tam tristis aspectu est. Similis & cōgygia est folio: magnitudine minor. Proprietatē hēt
 fructum amittendi lanugine pappū uocat: quod nulli alii arbori euenit. Similis & aphaece biserā
 æque q̄ adrachne. Priore fructū incipiente pubescere uua peragit: alteq; in initio hyemis. Quales
 eos: nō tradit. Et ferulā inter exteras dixisse cōueniet: arborūq; generi adscripsisse: qm̄ quarun-
 dam naturæ sicut distingueremus: lignum omne corticis loco habent: hoc est forinsecus: ligni autē
 loco fungulam intus medullam ut sambuci. Quædam uero inanitate ut arundines. Ferula calli-
 dis nascitur locis: atq; transmaria geniculatis nodata scapis. Duo eius genera. Nartheca græci uo-
 cant assurgente in altitudine. Narthecam uero semper hominē a genibus exeuntes folia maxima
 ut quæq; terræ proxima. Cætero natura eadem q̄ anetho: & fructus similis. Nulli fructū leuitas
 maior: ob id gestata facilius baculorū usum senectui p̄bet. Semen ferulæ thapsiam qdā uocauere
 decepi eo: qm̄ ferula sine dubio est thapsia: sed sui generis foliis sceniculis: inani caule: nec excede-
 dente baculi longitudinem. Semen quale ferulæ: radix candida: incisa lacte emanat: & cōrusa suc-
 cō nec corticem abdicant omnia uenenata. Quippe etiam sordientibus nocet: si nimia aspirat au-
 ra intumescunt corpora: faciemque inuadunt ignes sacri: ob id ex toto prius il' inūt. Quibusdā
 tamen morbis auxiliari dicunt medici permixtam aliis. Irē in alopetis fugillatig ac liuentibus.
 Ceu uera remedia desint: ut scelera contractent. Sed ista p̄texerunt noxio instrumento: tantum
 q̄ impudentiæ est: ut uenenum artis esse persuideant. Tapsia in africa uehementissima. Quidam
 caule incidit per menses: & in ipsa extauant radice: quo succus cōfluat: arefactumq; tollunt: ali
 foliū. Radicem tondunt in pila: & succum in sole coactum diuidunt in pastillos. Nero Cæsar cla-
 ritate ei dedit: in initio imperii: nocturnis crassationibus conuertatam facie illinens sibi cū thur-
 e cæterq; & sequenti die contra famam cutem sinceram circūferens. Ignem ferulis optime ferua-
 ri certum est: easq; in ægypto p̄cellere.

spotols ho
 uel coggy
 gia



De cappar' siue cynobato aut ophiothaphylē: & de saripha. CA. XXI.
 Bi & cappar' firmitioris ligni frutex: feminisq; & cibi uulgati. Caulē quoq; una plerū-
 q; decerpto. Cauēda eius gnā pegrina. Siquidē arabicum pestilens. Africū gingiuis inf-
 miedū. Martiariē uuluis: & omnū inflationibus. Apulim uomitus facit. Stomachū
 & aluū mouet. Quidā eum cynobaton uocat: alii ophiothaphylē: fruticosi est generis. Et saripha
 circa nilā nascentis duogz cubitoq; altitudine: pollicari crassitudine. Coma papyri: similisq; madif-
 modo. Radice ferrariis officinis p̄cipua carbonis usu propter duriciam.

uel sar



De spina babilonis regia: & de cyso. CA. XXII.
 On omittendum est & quod babilone feritur in spinis: quonia non aliubi uiuit. Est
 q̄ sicut uiscum in aboribus. Sed illud in spina tantum: q̄ regia uocatur. Mirū q̄ eadē
 die germinat: quo iniectum est. Inicitur autem ipso canis ortu: & celerrime arborem
 occupat. Condiunt eo uina: & ideo feritur. Spina illa nascitur & athenis in longis mu-
 n iii

ris. Frutex est & cytilus ab Aristomacho atheniensi miris laudibus praedicatus pabulo cuius Aridus uero etiam suum. Spondeatque iugero eius annuos per plures uel mediocri solo redditus. Utilitas herboſa: ergo & eo lactior ſatietas: q̄ per q̄ modico pingueſcunt & quadrupedia: ita ut inuenta hordeum ſpernant. Non ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super omnia pecorum medicina a morbis omni uſu praſtante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum atque in aqua decoctum potui cum uino dari iubet: firmiores & ſiſiores iſantes fore. Viridē etiam gallinis: aut ſi aruerit madefactum. Apes quoque nunq̄ de flore cytili pabulum contingentes promittunt Democritus & Aristomachus. Nec aliud minoris impendii eſt. Seritur cum hordeo: aut uere ſemine ut porrum: uel caule autumnō ante brumam. Si ſemine: madidum. Et ſi deſint imbres ſatum ſpargitur. Plantae cubitales perferuntur ſcriobe pedali. Seritur poſt equinoctia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetitur uerno equinoctio cum florere deſinit: uel pueri uel annis uiliſſima opera. Canis aſpectu breuiterque ſi quis exprimere uelit ſimilitudinem: anguſtioris triſolii frutex. Datur ailibus poſt biduū ſemper. Hyeme uero quod inaruit: madidum. Satiant equi dena libra: & portione minora animalia. obiterque inter ordines alium capeſcere fertile eſt. Inuentus hic frutex in cythro inſula inde tranſlatus eſt in omnes cycladas: mox in urbes graecas magno caſi prouentu. Propter quod maxime miror rarum eſſe in italia. Non aſtuum: non frigorum: non grandinum: aut niuis iniuriam expaueſcit. Adicit Higinus ne hoſtium quidem: p̄pter nullam gratiam ligni.

uel alueo:

De fruticibus & arboribus noſtri maris: atq̄ rubri: & indi. CA. XXIII.

NAscuntur & in mari frutices arboreſq̄: miores in noſtro. Rubrum enim & totus orientis oceanus reſertus eſt ſiluſ. Non habet lingua alia nomen: quod graeci uocant phycos: quoniam alga herbarum magis uocabolum intelligitur. Hic autem eſt frutex. Folia lata colore uiridi gignit: quod quidam praſſon uocat: alii zoſtera. Alterum genus eiusdem: capillaceo folio: ſimile ſceniculo: in ſaxis naſcitur. Superius ſuadis haud procul littore. Verno utrunque: & interit autumnō. Circa cretam inſulam nato in petris purpuras quoque inſciant. Laudatiſſimo a parte aquilonis: aut cum ſp̄giis. Tertium eſt gramini ſimile: radice geniculata & caule: qualiter calami. Aliud genus fruticum bryon uocatur folio lactuca: rufoſiore tantum. Iam hoc in terra naſcens. In alto uero abies & quercus cubitali altitudine. Ramis earum adhaerere conchae. Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glandem etiam quaſdā ferre in alto. Nā fragilis haec deprehenſa urinantibusque. Et aliae traduntur praegrandes circa ſycionem. Vitis eni paſſim naſcitur. Sed phycos ſine foliis: rubro cortice. Fit & palma fruticum generis: extra Herculis columnas porri fronde naſcitur frutex: & alius lauro: & thymo ſimilis: qui ambo eieſti in pumicem tranſfigurantur. At in orientem mirum eſt ſtatim a copto per ſolitudine ſi nihil gigni praeter ſpinam: quae ſitiens uocatur: & hanc raram admodum. In mari uero rubro ſiluſ uiuere: maxime laurum & oliuam ſerentem baccas: & cum pluat fungos: qui ſole tacti mutantur in pumicē. Fruticum ipſorum magnitudo ternorum eſt cubitorum caniculis reſerta: uix ut reſpicere eam uel tutum ſit: remos plerunque ipſos inuadentibus. Qui nauigare in indos Alexandri milites frondem marinatum arborum tradidere in aqua uiridem fuiſſe: exemptam ſole protinus in ſalem areſcentem. Iuncos quoque lapideos perq̄ ſimiles ueris per littora: & in alto quaſdam arbuſcolas: colore bubuli cornu ramosas: & in cacuminibus rubentes: cum tractarentur: utri modo fragiles. In igne autem ut ferrum exardeſcentes: reſtinctis colore ſuo redeunte. Eodem in tractu inſularum ſiluſ operit aſtus: q̄q̄ altiores ſunt platanis populisque altiſſimis: folia laurea: ſiſ uilo lae: & odore & colore. Baccae ut oleis: & ipſae odoris ſucundi autumnō naſcētes: foliis nunquam deciduis. Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina extant: ad quae naues reſignantur: & cum deceſſerit aſtus ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eiſdem acceptis eodem in mari uiſas: ſemper folia retinentes. Fructum earum lupino ſimilem. Iu ba tradit circa troglodytae inſulas fruticem in alto uocari iſidos plocamon corallio ſimilem ſine foliis: praeciſum mutato colore in nigrum dureſcere. Cum cadat: frangi. Item alium qui uocetur charitoblepharon efficacem in amatoris. Spathalia eo ſacere & monilia ſceminat. Sentire eum ſe capi: durariq̄ cornu modo: & hebetare aciem ferri. Quod ſi ſefellerint inſidiae: in lapidem tranſfigurari.

uel iterius

In quo Fructiferae Arbores Traduntur.



LXTERNAE ARBORES INDOCILES QUAE NASCI ALIBI
 quae ubi coepere: & quae in alienas non comeant terras: haecenus fere
 iunt. Licetq; iam de communibus loqui: quae omnium peculiaris
 parens uideri potest Italia. Noscentes tantum meminere naturas earum
 a nobis interit dici: non culturas. Quaeq; & colendi maxima natura
 portio est. Illud satis mirari non queo: iterisse quaedam memoria: atq;
 etiam nosum quae auctores prodide re: notitia. Quaeuis. n. non comu-
 nicato orbe terrarum: maiestate romani sperni profecisse uita putet co-
 merto rerum? Ac societate scilicet pacis: omniaq; etiam quae occulta
 ante fuerant: in promiscuo usu facta? At hercule non reperiunt: qui
 norint multa ab antiquis prodita: in priscoq; cura fertior: aut idu-
 stria foelicior fuit: ante nullia anog; inter principia litterarum. Hesiodo
 praecipua agricolis pandere orso: subsecutisq; non paucis haec curam eius: unde nobis creuit labor.
 Quippe cum requirenda sint non solum postea iuuenta: ueq; etiam ea quae inuenerant: prisci de-
 sideria rege incertione memoriae inducta. Cuius uitium causas quis alias quam publicas mundi inuene-
 rit? Nimirum alii subire ritus. Circa quae alia mentes hominum detinentur: & auaritia tantum artes co-
 lunf: antea inclusis gentium imperis intra ipsas. Ideoq; & ingentis quaedam sterilitate fortunae neces-
 se erat animi bona exercere. Reges innumeri honore artium colebant: & in ostentatione has praeferebant:
 opem & immortalitate sibi per illas prorogari arbitratres. Quare abundabat & praemia &
 opera uitae. Posteris laxitas mundi & regum amplitudo dano fuit: postquam senator censu legi coepit.
 iudex fieri censu: magistratum ducereq; nil magis exornare quam census: postquam coepere orbitas in aucto-
 ritate summa & potentia esse: captatio in quaestu fertilissimo: ac sola gaudia in possidendo: pessum
 fere uitae precia: oesq; a maximo bono liberales dictae artes in contrarium cecidere: ac seruitute so-
 la profici coeptum. Alius hanc alio modo: & in aliis adorare: eodem tamen habendi quaestu ad spes ho-
 minum tendente uoto. Passim uero etiam egregii aliena uitia quam bona sua colere malle. Ergo hercu-
 le uoluptas uiuere coepit: uita ipsa desit. Sed nos obliterata quoque scrutabimur. Nec deterrebit
 quaedam regum humilitas: sicut nec in animalibus fecit. Quae uidemus Virgilium praecellentissimum
 uate eadem causa hortorum: dotes fugisse: tantisque quae retulit flores modo regem decerpisse. Bea-
 tum foelicemq; gratiae quindecim omnino generibus uiaq; nominatis: tribus oleat: totidem py-
 rorum: malo uero tantum assyrio: caeteris omnibus neglectis. Vnde autem potius incipimus quam
 a uitibus? Quarum principatus in tantum peculiaris Italiae est: ut uel hoc uno omnia gentium uicis-
 se: quae odorifera possit uideri bona: quae ubiqueq; pubescentium odori nulla suauitas praefertur.

De uitium natura: & quibus modis ferant.

CA. .I.

Vites ite apud priscos magitudine quoque inter arbores numerabatur. Iouis simulacrum
 in urbe populonia ex una conspicimus uite torrens in corruptum. Ite massiliae paterat:
 Metaponti templum iunonis uitigineis calumnis stetit. Etiam num scalis tectum Ephe-
 siae Dianae scanditur uite una cypria (ut ferunt) quoniam ibi ad praecipuam altitudi-
 nem exeunt. Nec est ligno ulli aeternior natura. Verum ista ex siluestribus facta crediderim: quae
 do hae uires tonsura annua coercentur: & uis earum omnis euocatur in palmites aut deprimitur
 in propagines: succique tantum gratia ex his pluribus modis ad caeli mores folique ingenia. Iam
 in campano agro populis nubunt: maritataeque complexae: atque per ramos earum procacibus
 brachiis geniculato cursu scandentes cacumina aequant: in tantum sublimes ut uindemiator au-
 toratus rogam: ac tumulum excipiat. Nullo sine crescunt: diuidique aut potius auelli nequeunt.
 Villas & domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus loris memoria quoque dignum
 Inter prima Valerianus quoque Cornelius existimauit. Vna uitis roma in liuiae porticibus sub-
 diales deambulationes umbrosis operculis opacat: Eademq; duodenis multi amphoris fecu-
 da. Vimos quidem ubique exuperant. Miratumque altitudinem earum arctiae ferunt legatum
 regis Pyrrhi: Cyneam facete iussisse in austeriore gustu uini: merito matrem eius pendere in tanta
 cruce. Rumbotiniis uocatur & alia nomine populus arbor Italiae padum transgressis: cuius ta-
 bulata in orbem patula replent: puroque producto dracone in palmem eius inde subrectos ra-

n iiii

morum digitos flagella dispergunt. Eadem modici hominis altitudine adminiculatae sudibus horrent: uineamq; faciunt: & alia improbo reptatu pampinorumq; superfluitate peritia domini amplo discursu atria media complentes. Tot differentias uel sola tantum italia recipit. Stat protiniarum aliquarum per se uitis sine ullo pedamento: artus suos in se colligens: & breuitate crassitudinem pascens. Verant hoc aliubi uenti: ut in africa & in narbonensis prouintiae partibus. Excrescereq; ultra suos pollices prohibita: semperq; palmatis similes herbae: modo uagantur per auias: succu terrae passim uuis bibunt: quae ob id magnitudine infantium puerorum in interiore africae parte exuperant uites. Uua non aliubi gratior callo: ut inde possit inuenisse nomen duracini durus acinus. Naq; genera magnitudine: colore: saporibus acini: innumera etiam multiplicatur uino. Hic purpureo lucent colore: illic fulgent roseo: nitentq; uiridi. Cadida, n. nigraeq; uulgare. Tument uero mamag: modo bumasti. Praelongis dactyli porrigunt acinis. Est & illa naturae lasciuia: ut praegrandibus adhaereant pergulis parui: mites: & suauitate certantes: leptorogas has uocant. Durant aliae per hyemem pensili cocameratae nodo. Aliae in sua tantum continent aia ollis fictilibus: & insuper doliis incluse stipatae uinaceis circum sudantibus. Aliis gratia qui & uinis fumus affert. Fabrilis iisque gloriam praecipua in fornacibus africae: Tiberti Caesaris auctoritas fecit. Ante eum reticis prior mensa erat: & uuis Veronensium agro. Quin & a patetia nomen acinis datur passis: Coddunt & musto uuae: ipsaeq; uino suo inebriant. Aliae decoctae in musto dulcescunt, aliae uero sobole noua in matre ipsa expectant traslucidae uitro: affertq; acinis tandem: qua in doliis amphorisue duratrice illa firmitate austeritas picis in fusca pediculo. lam inuenta uitis per se in uino picem respiciens uiuenssem agge nobilitas. Arverno secanog: & heluico generibus non pridem illustrata. Atq; haec Virgilii uatis aetate incognita: a cuius obitu nonaginta agunt anni. Quid q; in fertae castris summa rerum imperiumq; continent: Centurionu in manu uitis: & opimo premito tardos ordines ad lentas perducit aquilas: atq; etiam in delictis poenam ipsam honorat. Nec non uinae oppugnationu dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnu opinrent locu ut per se uino ipso remedia sint.

De generibus uitium.

CA. II.



Genera uitium comprehendere numero unus existimauit Democritus: cumda sibi gratia cognita professus. Cateri innumera atq; infinita esse pdiderunt. Quod uerius apparebit ex uinis. Nec oia dicent: sed maxime insignia: quippe quae totidae sunt pene quot agri. Quamobrem celeberrimas uitium aut gbus est aliqua proprietate miraculum ostendisse satis erit. Principatus da amineis pp firmitatem senio quoq; pscificentem utiq; uinici uniusculi uitam. Quinq; eius genera. Ex iis germana mior acino melius deflorescit: imbres tempestatesq; tolerat. No item maior sed in arbore q in iugo mius obnoxia. Gemellage quibus hoc nomen uuae semper geminae dederit: asperrimus sapor: sed uires scipue. Ex iis minor austro laeditur: caeteris uentis alitur: ut in uesulio monte surrentiniscq; collibus. In reliquis italiae partibus non nisi arbori accommodata. Quintu genus lanatae ne seres miremur aut indo: adeo lanugosa uestit. Prua ex amineis maturescit ocillime atque putrefcit. Proxia dignitas ueietanis rubete materia. Quapp qda rubellas appellauere uicinas. Eae mius fertiles ufaceis & face nimia. Contra pruinat fortissima: siccitate magis q ibre: actu q algore uexant. Quamobrem i frigidis humidiscq; praecipatu optinet. Fertilior quae minor acino: & folio scilla minus. Apianis apes dederit cognomen: praecipue earum auidae. Ex iis duo genera: lanugine & ipse pubescunt. Distant q; altera celerius maturescit: q & altera properante. Situs frigidus non respuunt: & tamen nulla celerius imbre putrefcunt. Vina primo dulcia austeritatem annis recipiunt: & rubra fiunt. Nulla magis uite gaudet. Et haecenus potissima nobilitas datur peculiaribus atq; uernaculis italiae. Caeterae aduenere chio thasuae. Grecula non inferior amineis bonitate praetenera acino: & uua tam parua: ut nisi pinguisimo solo colere non profit. Eugenia raurominitani colles cu generositatis cognomine misere albano tantum agro: quoniam translata statim mutatur. Naq; est aliquibus tantum locorum amor: ut omnem in iis gloriam suam reliquant: nec usq; transeant totae. Quod & in rhetica allobrogica: quam supra pcatam appellauimus: euenit: domi nobilibus nec agnoscendis alibi. Foecundae tamen bonitatis uice copia stant. Eugenia feruetibus locis: rhetica tepetatis: allobrogica frigidis: gelu maturescens: & colore nigra. Adhuc ex iis qs diximus: sed etiam e nigris uina uetustate in albu colorem transeunt. Reliquae ignobiles. Aliquado tñ caeli aut soli opera no fallunt uetustate: sicuti fescenia & cu ea florens biturica. Acino rarior nunq floris obnoxii: quonia ante cedunt: uentiscq; & imbribus resistunt. Meliores tñ argentibus locis q calidis: humidis q siccantibus. Vix ulla magis ta densa uuae: partu impatiens uariantis caeli: sed contra tenorem unu algoris

ut sine qua
ut uini eius
ubiq; uita

uel nomen
tanis
uel numan
tinis

ut coalesce
re possit

æstus cõstis. Quæ minor è ex eo gñe mollior. In neglecto solo morosa. Pingui putrescit. Graci
 li oino nõ puenit. Mediã tẽperie delicate quærir: ob hoc fabinis collibus familiaris. Vua eius in
 decora uisũ: sapore iucũda: nisi matura pinus rapiat: èt nõ putrescẽs cadit. Cõtra gradies eã tue
 tur folioz: amplitudo: atq; duricia. Insignes iã colore iter purpureas nigraq; medio heluolæ: sã
 pius uarianti: & ob id uariantæ a quibuldã appellatæ. Præterf in iis nigrior: utraq; alternis annis
 fertlis. Sed melior uino cũ parior. Èt præcipue duo gña magnitudie acinũ discernunt. Quibus
 materies pluriã: uaq; ollis utilissima: folio apio similis. Basilicã dirrachini celebrãt. Hispaniæ
eter habitem: an tu qui sex arbores aestimes? Eae fuere Ioti patula ramoque opacitate lasciva. Cetera na largo e pceribus crebro in iuuetu nra eas in domo sua ostentate. Duraueruntque (qm & de longissimo auro arborum diximus) ad Neronis principis incedia: quibus crematae urbi: annis clxxx. Postea cultu uirides iuuenesq: in princeps ille accelerasset etiam arborum morte. Ac ne quis uilem de caetero Crassi domum: nihilq: in ea iurgante Domitio fuisse dicendum praeter arbores iudicet, iam colunas quattuor hymeti marmoris adilitatis gratia ad scaenam ornadam aduocatas in atrio eius domus statuerat: cum in publico nondum essent illae marmoreae. Tamen recens est opulenta tan- roque tunc plus honoris arbores domibus afferebant: ut sine illis ne inimicitiae quidem primum seruauerit Domitius. Fuere ab iis & cognomina antiquis: Funditio militi illi qui p clara factio- ra uulturnum transhatas fronde capiti imposita aduersus Hannibalem edidit. Stolonu Liciniae genti (ita enim appellatur i ipsis arboribus fructuatio inutilis: unde & papinatio inuentu) primo Stoloni dedit nome: Fuit & arborum cura legibus prius: cautiq: est. xii. tabulis: ut qui iniurias ce- cidisset alienas: lucret i singulas siclos aris. xxv. Quid existimamus? futuras ne eas credidisse ad supradictam aestimationem illos: qui frugiferas tanti taxauerant? Nec minus miraculum in po- mo est multarum circa suburbana fructu annuo addito binis milibus nummum maiore singula- rum reditu: q erat apud atiquos praedioge. Ob hoc insita & arborum quoque adulteria excogita- ta sunt: ut nec poma pauperibus nascerent. Nunc ergo dicemus quo maxime modo tantum ex iis uectigal contingat: ueram colendi ratione absolutaq: prodituri. Et ideo non uulgata tracta- bimus: nec quae constare aiaduertimus: sed incerta atq: dubia: in quibus maxime fallit uita. Ni diligentia in superuacuis affectare non nostrum est. Ante oia aut in uniuersum & quae ad cuncta arborum genera pertinent: in coe de caelo terraq: dicemus.

De natura caeli ad arbores: & qua partem caeli spectare debeant. CA. II.

Quisone maxime gaudent: densiores ab afflatu eius laetioresq: & materiae firmiores. Quae in re pleriq: falluntur: cum in uineis pedamenta non sint a uento eo opponenda: & id tantu a septentrione seruadu. Quinimmo tepestiuia frigora plurimu arborum firmi- tati conferunt: & sic optime germinat. Alioqn si blandiantur austeri de fati scentes: ac magis etiam in flore. Na si cum defloruerit: protinus sequant imbres: in totum poma depereunt. Adeo ut amygdala & pyri etia si omnino nubilu fiat austrinusue flatus: amittat foetus. Cetera uir- giliae quide pluerit: inimicissimu utri & oleae: quonia tunc coitus est earum. Hoc est illud quam- duu oleis decretoriu. Hic articulus austrinus nubili spurci quod diximus. Fruges quoque peius maturescunt austrinis diebus: sed celerius. Illa sunt noxia frigora: quae septentrionibus aut pposi- tis sunt horis. Hyeme quide aglonia esse: oibus satis utilissimu. Imbres uero tuc expectedi euades- causa est: quonia arbores foetu exinanitas: & folioque quoque amissione languidas naturalis est au- de esurire. Cibus aut eae imber: Quare tepida esse hyeme: ut absumpto partu arborum sequatur protinus conceptus: id est germinatio: ac deinde alia florescedi exinanitio: inutilissimu experime- tis credit. Quinimo si plures ita conuient anni: etia ipse moriunt arbores: Quonia nemini da- bia poena est in fame laborantiu. Ergo qui dixit hyemes serenas optandas: no pro arboribus uo- ta fecit. Nec per solstitia imbres uiribus coducunt. Hyberno quidem puluere fieri menses lactio- res luxuriaris ingenii fertilitate dictu est. Alioquin uota arborum comunia sunt frugum: nubes diutinas sedere. Causa non solum quia animam terrae euanescentem exhalationem includit: & coprimunt: retroque agunt in uires frugum atq: radicestueque & liquorem sensim praebet: purum praeterea leuissimu: quando nix aquarum caelestium spuma est. Ergo humor ex iis non uniuersus: ingurgitans diluensq: sed quomodo sititur distillans uelut exubere alit omnia: quae non inu- dat. Tellus quoque illo modo ferme fecit: & succi plena: ac lactescetibus satis no effecta cu tepus aperit: tepidis aridet horis. Ita maxie frumenta pinguescunt: pterq: ubi calidus semp aer est: ut in aegypto. Continuatio enim & ipsa consuetudo idem quod modus alibi efficit. Plurimuq: pro- det: ubiq: non esse quod noceat. In maiore parte orbis cum praecoces excurrere germinatio- nes euocatae indulgentia caeli secutis frigonibus exurunt. Qua de causa ferotinae hyemes noxiae siluestribus quoque: quae magis etiam dolent urgente umbra sua: nec adiuuante medicina. Quo- niam uestire teneras intorto stramento in siluestribus no est. Ergo tepestiu ags hybernis primu imbribus: deinde germinatione antecedentibus. Tertiu tps est cu educat poma: nec prius: sed iam ualido foetu. Quae fructus suos diutius continent: longioreq: desiderant cibos: iis & ferotinae aquae utiles: ut uiti: oleae: punicis. Haec iam pluuiae generis cuiusq: arboribus diuerso modo desiderantur: aliis alio tempore maturantibus. Quapropter iisdem imbribus quaedam laedi ut

ad a dicto

A

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'ad a dicto' and various annotations.

deas: alia iuvari. Et in eodem genere sicut in pyris: alio die hyberna quærent pluuias: alio uero præcocia. Vt pariter quidē omnia desiderent. Hybernū tempus est ante germinationē quæ aquilonem austro utiliore facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert (sunt. n. plerunq; frigidiora) & montosa planis: & nocturnos imbres diurnis. Magis fruunt aquis sata: non statim auferete eas sole. Cōnexa & situs uinearū arborūq; rō est: quas in oras debeant spectare. Virgilius ad occasus feri damnauit. Aliqui sic maluerūt q̄ in exortu. A plumbus meridiem probari aduerto. Nec arbitror ppetuū quicq; in hoc præcipi posse. Ad soli naturā: ad loci ingenium: ad cæli cuiusque mores dirigēda solertia est. In africa meridiem uineas spectare & si uiti inutile: colono salubre est: quoniam ipsa meridiana subiacet plagæ. Quapropter ibi qui in occasum aut septentriones conseret: optime miscabit solū cælo: cum Virgilius occasus improbet. Nec de septentrione reliqui dubitatio uidetur. Atqui in cisalpina italia magna ex parte uineis ita positis cōpertū ē nullas esse fertiles. Multum rationis obtinent uenti. In narbonensi prouincia atque liguria: & parte ethruriae contra circū ferere imperitia existimatur. Eundemque obliquum accipere prouidentia. Is enim ibi æstatem temperat: sed tanta plerūque uolentia ut auferat tecta.

De societate cæli & terræ ad arbores.

CA. III.



Vidam cælum terræ parere cogunt: ut quæ in siccis feruntur orientē: ac septentriones spectent. Quæ in humidis meridiem. Necnon ex ipsis uitibus causas mutuuntur: in frigidis præcoces ferendo: ut maturitas antecedit algorē. Quæ poma uitesque rores oderint cōtra ortus: ut statim auferat sol. Quæ ament ad occasus: uel etiam ad septentriones: ut diutius eo fruunt. Ceteri uero fere rationē naturæ secuti in aquilonem obseruare uites: & arbores ponti suaferre. Odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat.

uel obuerfare

De qualitate regionum.

CA. IIII.



Aquilonis situm uentorumque reliquorum diximus secūdo uolumine. Dicemusque proximo plura cælestia. Interim manifestū uidet salubritatis argumētum: qm̄ in meridie etiam spectantiū semper ante decidūt folia: Similis & in maritimis causa. Quibusdam locis afflatus maris noxi: in plurimis idem utiles. Quibusdam satis e longinquo aspiciere maria iucundum. Propius adiuuere salis halitū inutile. Similis & fluminū stagnorumque rō. Nebulis adurunt: aut æstuantia refrigerant opacitate: atque et rigore gaudent: quæ diximus. Quare experimentis optime credit. A cælo proximū est terræ dixisse rationē haud faciliore tractata. Quippe non eadem arboribus cōuenit & frugibus: plerūque nec pulla qualem habet campā: ubique optima uitibus. Aut quæ tenues exalat nebulas. Nec rubrica multis laudata. Cretam in albensiu pompeianorumq; agro: & argillam cunctis ad uineam generibus anteponunt: q̄ præpingues quod excipitur in eo genere inuicem sabulum albū. In ticiniēsi multisq; in locis nigrum. Itemque rubrum etiam pingui terræ permixtum infecundū est. Argumēta quoque iudicantium sæpe fallunt. Non utiq; solū lætū est: in quo proceræ arbores nitent: præterq̄ illis arboribus. Quid enim abiete procerius? Aut quæ uixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuria pabula pinguis soli semper indicium habent. Nam quid laudatus germaniæ pabulis: & tamē statim subest harena: tenuissimo cespitū corio. Nec semper aquosa est terra: cui proceritas herbarum. Non hercule magis q̄ pinguis adherēs digitis: Quod in argillis arguitur. Scrobes quidem regeſta in eos nulla complet: ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit: ferroque omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuor iusto deprehenditur pondere. Quod enim terræ pondus iustum intelligi potest? Nec fluminibus aggeſta semper laudabilis: quando senescant sata quædam aqua. Sed neque illa quæ laudatur: diu præterq̄ salici utilis sentitur. Inter argumenta stipulæ crassitudo est tanta alioquin in laborino campaniæ nobili campo: ut ligni uice utant. Sed idem solum ubicunque arduum opere: difficile cultu: bonis suis acris pene q̄ uitis pascit. Affligit agricolam & carbunculus: quæ terra ita uocatur. Emendari uitem ac terrā putatur. Natorus scaber natura friabilis experitur quoque ab auctoribus. Virgilius & quæ silicem ferat: nō improbat uitibus. Salæque terræ multa melius credunt: tutiora uitis innaſentium animaliu. Nec colles opere nudantur: si quis perite fodiat. Nec campi omnes minus soles atque perflatus q̄ opus sit: accipiunt. Et quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus uites. Omnium rerum sunt q̄dam in alto secreta: & suo cuique corde præuidenda. Quid q̄ mutatur sæpe iudicata quoque ac diu comprehēſa? In theſſalia circa larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est. Oleæ defierūt quæ prius fuerant. Item uites aduri: quod non antea thracia sensit amoto hebro. Et circa philippopolis cultura siccata regio mutauit cæli habitū. At in ſyracusanō agro aduena cultor: elapidato

aliū ho

quædam quædam

quædam quædam

Iuto sole p̄didit fruges: donec regeſſit lapides. In ſyria leuē tenui fulco imprimunt uomereꝝ ꝓ ſubell ſaxum exurgens æſtate ſemina. Iam in quibusdam locis ſimiles æſtus: imodici & frigoris effectus. Eſt fertilis thracia frugum rigore: & æſtibus africa: & ægyptus. In chalcibia rodiog: in illa locus quidā eſt in t̄m̄ fecundus: ut ſuo tempore ſatum demetant hordeum: ſublatumꝓ ꝓtinus ferant: & cum aliis frugibus metant. Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in uenaſrano: quoḡiſſimum in betica. Punica uina in ſaxo coquuntur. Cecubæ uites in p̄tinis paludibus maieſ. Tanta eſt argumentorum & ſoli uarietas: ac differentia. Cæſar Vopifcus cum cauſam apud cenſores ageret campos roſiæ dixit italiæ ſumem eſſe: in quibus particas pridie relictas gramen operiret. Sed non niſi ad pabulum probantur. Non tamē indociles natura nos eſſe uoluit: & uita cōfeſſa fecit etiam ubi bona certa non fecerat. Quamobrem prius dicamus crimina.

uel pucina
uel roſæ

Genera terrarum.

CA. V.

Terram amaram ſiue amacram ſi quis probare uelit. Demōſtrant eam atræ degeneresꝓ herbæ. Frigidam aut̄ retorride nata. Itē ulgiſoſam triſtia. Rubricā oculi. Argilloſā quæ operi diſſicillima: quæꝓ raſtros ac uomeres ingentibus glebis onerati: q̄q̄ alioſ non quod operi: hoc & fructui ſit aduerſum. Itē e contrario cineracea: & ſabulū albū. Nam ſterilis denſa callo facile deprehēditur: uel uno icu cuſpidis. Cato breuiter atqꝓ ex ſuo more uita determinat. Terram carioſam caue: ne ue pluſtro ne ue pecore impellas. Quāꝓ putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari: ut pene ueſtigis quocꝓ interdicitur. Redeamus ad ligni cariem: & inueniemus illa: quæ in tantum abhominantur uita: aridæ: fiſtuloſæ: ſcabræ: caneſcentis: exelæ pumicoſæ. Plus dixit una ſignificatione: q̄ poſſit ulla copia ſermōis enarrari. Eſt enim interpretatione uitiorum quadā non ætate: quæ nulla in ea intelligi poſſit: ſed: natura ſua anos terra. Et ideo infœcunda omnia: atqꝓ etiam imbecilla. Idem agrū optimū iudicat ad radicē montium: planicie in meridie, excurrēte: quæ eſt totius italiæ ſitus. Terrā uero teneram quæ uocetur pulla. Erit igitur hæc optima & operi ſatiua. Intelligere modo libeat diſtam mira ſignificatione teneram: & quicquid optari debet: in eo uocabulo inuenies. Illa tēperatæ ubertatis. Illa mobilis: facilisꝓ cultura: nec madida: nec ſituens. Illa poſt uomereꝝ nitelſcens: qualem ſons ingenioꝓ Homerus in armis ab eo cælatam dixit: ad diditꝓ miraculū nigreſcentis: quibus fieret in auro. Illa quā recentē exquirūt ſprobræ alites uomereꝝ comitantes: coruicꝓ aratoris ueſtigia. Ipſa rodētes. Reddat hoc in loco luxuriæ quocꝓ ſentētia & aliqua impropoſitum. Certe Cicero lux doctrinarum altera Meliora inquit unguenta ſunt quæ terram: q̄ quæ crocum ſapiunt. Hoc enim malu ſe diſſe: q̄ redolent. Ita eſt proſecto. Illa enim erit optima: quæ unguenta ſapiet. Quod ſi admōnendi ſumus: qualis ſit terræ odor ille: q̄ q̄ritur: contingit ſæpe et̄ quieſcente ea ſub occaſu ſolis in quo loco arcus cæleſtis detecerit capita ſua. Et cū a ſiccitate continua immauerit imbreꝝ nūc emittit illum ſuum halitū diuinū ex ſole conceptū: cui compari ſua uitas nulla poſſit. Iſ eſt odor in commota debet: repetuſque neminem faller: ac de terræ odore optime iudicabit. Talis ſere eſt in noualibus cæſa uetere ſilua: quæ conſenſu laudatur. Et in frugibus quidem ſcendis eadem terra utilior intelligitur: quociens intermiſſa cultura quieuit: quod in uineis non ſit. Eoque diligentius eligenda eſt: ne uera exiſtat opinio eorum: qui iam italiæ terram exiſtimauerē laſſam. Operis quidē facultas in aliis generibus conſtat e cælo: nec poſſet arari poſt imbres aliqua ubertatis uitio lenteſcens. Contra in bizantio africa illum centena & quinquagena fruge fertilem cāpum: nullis cum ſiccus eſt arabilem tauris: poſt imbres uili aſello: & a parte altera iugi anu uomereꝝ trahente uidimus ſcindi. Terram enim terra emendari (ut aliqui præcipiunt) ſuper uinum pingui inſecta aut gracili: bibulaꝓ ſuper humidam ac præpinguem: demētia: operari eſt. Quid enim poſſet ſperare: qui talem colit.

Terram amaram
Lignum
uel fatia
Crocum
Crocum
Crocum

De terra: quam britania & gallia amat.

CA. VI.

Lta eſt ratio: quam britania & gallia inuenere alendi eam: ipſa quod genus uocant margam. Spiſſior ubertas in ea intelligitur. Eſt autem quidā terræ adeps: ac uelut glādia in corporibus ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo.

De græcorum doctrina.

CA. VII.

On omiſere & hoc græci: quid enim intentatum illis. Leucargyllion uocant candidā argyllā: qua in megarico agro utunt. Sed tantū i hūida frigidāꝓ terra. Illas gallias britanniaꝓ lo cupleſtantis: cum cura dici conuenit. Duo grā fuerant. Plura nuper exerciti cepta proficiētibus ingeniis. Eſt enim alba: ruſſa: columbina: argyllicea: tofacea: hæreacea. Natura duplex: aſpera aut pinguis. Experimenta utriuſque in manus: uſuſqꝓ genuis:

aut ut fruges tantum alant: aut eadem & pabulum. Fruges alit tofacea alba: quæ si fit inter fontes reperta: est ad infinitum fertilis: uerum aspera tractatur: & si minima iniecta est: exurit solum. Proxima est ruffa: quæ uocatur capnumargos intermixto lapide terræ minutæ harenosæ. Lapis conunditur in ipso campo: primisque annis stipula difficulter caditur propter lapides. Impendio tamen minimo leuitate dimidto minoris quæ cæteræ inuehitur. Inspergitur rara: sale eam misceri putant. Vtriusque hoc genus semel iniectum in. l. annos ualet: & frugum: & pabuli ubertate.

De terrarum generibus.

CA. VIII



Quæ pingues esse sentiuntur: ex his præcipue alba. Plura eius genera. Mordacissimum: quod supra diximus. Alterum genus albæ cretæ argentaria est. Petitur ex alto in centenos pedes actis plerunque puteis ore angustatis intus ut in metallis spaciante uena. Hac maxime britanonia utitur. Durant annis. lxxx. Neque est exemplum ullius: qui bis in uita hanc eidem iniecerit. Tertium genus candidæ gliochromargon uocant. Est autem creta fullonia mixta pingui terra: pabuli quæ frugum fertilior: ita ut messe sublata ante seementem alteram lætissimum fecetur. Dum in fruge est: nullum aliud gramen emittit. Durat. xxx. annis densior iusto. Cymini modo strangulat solum. Columbinam gallia suo nomine glauco: pelam appel lat: glebis excitatur lapidum modo. Sola gelatione ita soluitur: ut tenuissimas bratteas faciat. Hac ex æquo fertilis. Harenacea utuntur si alia non sit in uliginosis uerticibus: & si alia sit: ubi hos genitium solos nouimus: qui fertilissimum agrum colentes: quacumque terra infra tres pedes effossa & pedali crassitudine iniecta lætificent. Sed ea non diutius annis. x. prodest. Hedui & pictones calore uberrimos fecere agros: quæ sine & oleis & uitibus utilissima reperitur. Omnis autem margæ aratro iniicienda est: ut medicamentum rapiatur: & sibi desiderat aliquantulum. Quæ primo plus aspera: & quæ in herbas non effunditur: alioquin nouitate quæcumque fuerit: solum lædet. Neque qui dem primo anno fertilis. Interest & quali solo quærat. Sicca enim humido melior: arido pinguis. Temperato alterutra creta uel columbina conuenit.

uel græco

uel harena

De cineris usu: & de fimo: & quæ sata uberiorè terræ faciât: & quæ urât. CA. IX.



Ranpadanis cineris usus adeo placet: ut anteponant fimo iumentorum: quod quia leuissimum est: ob id exurunt. Vtriusque tamen pariter non utuntur in eodem aruo: nec in arbutis cinere: nec quasdam ad fruges ut diximus. Sicut qui puluere quoque uuas alii iudicent: pubescentesque puluerent: & uitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est narbonensi provincie & uindemias ætius sic eo coquit: quia plus puluis ibi quæ sol cõfert. Fimi plures differentie. Ipsa res antiqua. Iam apud Homerum regius senex agrum ita suis manibus lætificans reperitur. Augeas rex in græcia excogitasse traditur. Diuulgasse uero Hercules in italia: quæ regi suo Stercutio Fauni filio ob hoc inuentum immortalitatem tribuit. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auariis. Quod etiam pabulo bouum suumque magnificat. Neque alio cibo celerius pinguescere asseuerat. De nostris moribus bene sperare est: si tanta apud maiores fuisse auaria: ut ex iis agri stercorarentur. Proximum Columella calumbarum: mox gallinarum facit: natantium alitum damnato. Cæteri auctores cõsensu humanas dapes ad hoc in primis aduocant. Alii ex iis præferunt hominum potus in coriorum officinis pilo madefacto. Alii per sese aqua iterum largiusque est quæ cum bibitur admixta. Quippe plus iam ibi male domandum est: cum ad utrum illud uini homo accesserit. Hæc sunt certamina quibus inuicem ad tellurem quoque alendam uruntur homines. Proxime spurcitas suam laudat. Columella solus damnat. Alii cuiuscumque quadrupedis exitiosum. Aliqui columbarum præferunt. Proximum deinde caprarum est. Ab hoc ouium. Deinde bouum. Nouissimum iumentorum. Hæc fuisse apud priocos differentie. Si multaque præcepta ut inuenio re tali utendi: quando & hic uetustas utilior: uisumque iam est apud quosdam provincialium in tantum abundante geniali copia pecudum farinæ uice cribris superiniici. fortore aspectusque temporis uiribus in quadam etiam gratiam mutato. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere & calcariis fornacibus. Varro præceptis adicit equino: quod fit leuissimum segetes alendas. Prata uero grauiore: & quod ex hordeo fiat: multaque gignit herbas. Quidam et bubulo sumentorum præferunt: ouillumque caprino. Omnibus uero asininum: quoniam lentissime mandant. E contrario usus aduersus utrumque pronunciat. Inter omnes autem constat: nihil esse utilius lupini segete: priusque siliquetur aratro: uel bidentibus uersa: manipulisque circa radices arborum uel uitium obrutur. Etiam ubi non sit pecus culmo ipso uel etiam filice stercoreare arbitrat. Cato: stercus unde fiat: stramenta: lupinum: paleas: fabalia: ac frondes iligneas: quærnasque & segete euellito. Ebulum: cicutam: & circum salicula herbam auctan: uluamque ea susternito ouibus

q ii

frondemq; putridam. Vineæ si macuerit: sarmenta sua comburito: & istidem inarato. Itemq; ubi faturus eris frumentum: oues ibi delectato. Nec non & satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. Segetem stercoreant: fruges: lupinum: faba: uicia. Sicut e contrario cicer: quia uellitur: & quia falsum est: hordeum: foenugræcum: eruum. Hæc omnia segetem exurunt: & omnia quæ uelluntur. Nucleos in segetem ne indideris. Virgilius & lino segetem exuri: & auenæ & papauere arboris. Si meta sub diuo cencauo loco & qui humorem colligat: stramento interta ne in sole arefiant. Paulo e robore depacto fieri iubet. Ita fore ne innascantur eis serpentes. Fimura miscere, terra: plurimum refert fauoniu flante ac luna sitiente. Id pleriq; prae intelligunt a fauonii ortu faciendum: ac februario mense tantum: cum id plerag; sata aliis postulent mensibus. Quocumq; tempore fiat: curadū ut ab occasu æquinoctiali flate uento fiat: luna decrecente: ac sicca. Mirum in modū augetur ubertas affectuq; eius obseruatione tall.

De satione arborum: & quæ auulsione nascuntur arbores. CA. X.

ABunde prædicta ratione cæli ac terræ. Nunc de his arboribus dicemus: quæ cura hominum atq; arte proueniunt. Nec pauciora prope sunt generata: benignæ naturæ gratiam rettulimus. Aut enim semine proueniunt: aut plantis radicis: aut propagine: aut auulsione: aut surculo: aut infuso & confecto arboris trunco. Nam folia palmae apud babilonios seriatq; ita arboris prouenire. Trogū credidisse demiror. Quaedam pluribus generibus seruntur: quaedam omnibus. At pleraque ex his natura ipsa docuit: & in primis semen ferere cum decidens exceptumque terra uiuificeret. Sed quaedam non aliter proueniunt: ut castaneæ: iuglandes: cædis duntaxat exceptis. Ex semine autem quamq; dissimili ea quoque quæ & aliis modis seruntur: ut uites & mala atque pyra. Nanque his pro semine nucleus: non ut supradicti fructus ipse. Et mespila semine nasci possunt. Omnia hæc tarda prouentu ac degenerantia & infuso restituenda. Interdum etiam castaneæ. Quibusdam natura contra omnino non degenerandi quoquo modo seruntur: ut cupressis: palmis: lauris. Nanque & lauris pluribus modis seruntur. Genera eius diximus. Ex his augusta & bacalis & pinus simili modo seruntur. Bacca mense ianuario aquilonis afflatu siccante leguntur: expandunturque raræ: ne calefiant aceruo. Postea quædam fimo ad ferendum paratas urina madefaciunt. Alii in qualo pedibus in profuente decalcant donec auferatur cutis. Alioquin uligo infestat: nec paritur nasci. In sulco repastinato palmi alitidine uicena fere aceruatim mense martio. Eadem & propagine seruntur. Triumphalique talea tantum. Myrti genera omnia in campania bacca seruntur. Romæ ppagine tarantina. Democritus & alio modo feri docet: grandissimis baccarum tuis leuiter ne grana frangantur: eaque intrita recte circumligari: atque ita feri: parietem fore densitatis: ex quo uirgulæ differantur. Sic & spinas sapiis causa ferunt tomice moris spinarū circumlita. Pilas autem laurus & myrti inopia a trimatu tempestiuum est transferre. Inter ea: quæ semine seruntur. Mago in nucibus operosus est. Amygdalæ in argilla molli meridtem spectanti feri iubentur. Gaudere eas in dura calidaque terra. In pingui & humida mori ac sterilefcere. Serendas q; maxime falcatas & nouella: fimoque diluto maceratas per triduum: aut pridie q; serantur aqua mulla. Mucrone defigi aciem lateris. In aquilonē spectare: ternas simul serendas: trianguli ratione: palmo inter se distantes: denis diebus adequati donec grandescant. Iuglandes nuce porrectæ seruntur commissuris iacētibus. Pinea nucleus septenis fere in ollas perforatas additis: aut ut laurus quæ baccis seritur. Citrea grano & propagine. Sorba semine & a radice planta & auulsione proueniunt. Sed illa in calidis. Sorba & in frigidis & humidis. Natura & plantaria demonstrat: multarum radicibus pululante sobole densa & pariente matre quas enecet. Eius quippe umbra turba indigesta premitur: ut in lauris: ponticis: platans: cerasis: prunis. Paucorum in hoc genere rami parcent soboli: ut ulmorum palmarūque. Nullis uero tales pulluli proueniunt: nisi quarum radices amore solis atque imbris in sua telure spaciuntur. Omnia ea non statim moris est in sua locari: sed prius nutrice dari: atque in semina adolescere: iterumque migrare. Qui transitus mirum immodum mitigat etiam siluestres: siue arborum quoque ut hominum natura nouitatis: ac peregrinationis auide est: sua discedentes uitros reliquit: mansuecuntque tractata ceu fere dum radici auellitur plāta. Et aliud genus simile natura præmonstrat. Auulsique arboribus stollones uixere. Quo in genere & cum parui sunt: auelluntur: partemq; aliquam e matris quoque corpore auferunt secum simbriato corpore. Hoc modo plantatur punice: coryli: mali: sorbi: mespili: fraxini: fici. In primisque uites. Cotoneum ita satum degenerat. Ex eodem uentu est: surculos absctos ferere hoc primo sapiis causa factū sambucis: cotoneo: & rubis de pactis. Mox & cultura: ut populis: alnis: quæ uel in

uerso furculo feritur. iam eae ibi disponuntur: ubi libeat esse eas. Quamobrem seminari curam ante conuenit dici: quae transeat in alia genera. Namque & huic principio eligi solum refert: quoniam nutricem indulgentiorem esse: quam matrem saepe conuenit. Sic ergo siccum succosumque bipalio subactum: aduenit hospitale: & quam simillimum terrae in quam transferendum sit. Ante omnia elapidatum munitumque ad incursum etiam gallinacei generis. Quamminime rimosum: ne penetrans sol exurat fibras. Intervallo sexquipedum feri ne se inter se contingant: & noceant. Praeter alia uicia etiam uermiosa fiunt: ideo sarrici conuenit saepius: herbasque auelli. Praeter terra semina ipsa fruticantia supputare: ac falcem pati consuescere. Cato & furcis crates imponi iubet altitudine hominis ad solem recipiendum atque integri culmo ad frigora arcenda. Sic pyrorum malorumque semina nutrir. Sic pineas nuce. Sic cupressos semine fatas & ipsas. Minimis id granis constat: ut uix perspici quaedam possint. Non omittendum naturae miraculum. Ex tam paruo gigni arbores: tanto maiore tritici & hordei grano: ne quis fabam reputer. Quid simile ortiginis suae habent malorum pyrorumque semina: his principis respicietem secures materiam nasci indomitam poderibus immenses praeter arbores uelis turribus: murisque impellendis arietes. Haec est natura eius. Haec potentia. Super omnia erit e lachryma nasci aliquid: ut suo loco dicemus. Ergo e cupressu foemina (mas enim ut diximus non gignit) pilulae collectae: quibus docui mensibus ficantur sole: ruptaque emittunt semen formicos mire expositum: ampliato etiam miraculo tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. Serit mense aprili area aequata cylindris: aut uolgolis densum: terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non ualet: reorque turque sub terra. Ob hoc parcutur uestigiis. Leniter rigatur a solis occasu in trinis diebus: ut aequaliter bibat: donec erumpant. Differuntur post annum dodranta si silo: custodita temperie: ut uiridi caelo serantur ac sine aura. Mirumque dictu periculum tantum eo die est: si torauerit quantumlibet imbrem: aut si afflauerit. De reliquo tutae sunt perpetua securitate. Aquasque postea odere. Et zizipha grano feruntur mense aprili. Tuberes melius insunt in pruno siluestri & malo cotoneo. Et in calabria ea est spina siluestris: quaecumque optime & myxas recipit: utiliter & sorbos.

De transferendis seminariis: & ulmis ferendis & scrobibus. CA. XI.

Plantae ex seminario transferre in aliud prius quam suo loco ponantur: operose praecipit arbitror: licet translatione folia latiora fieri spondeat. Ulmorum prius quam folio uestiantur. Samara colligenda est circa martias Kalen. cum flauescere incipit. Deinde biduo in umbra siccata ferenda densa in refracta terra super minutatim cribrata crassitudine quae e cupressis. Pluuiae si non adiuuent: rigandam. Deferendae ex arearum uenis post annum in ulmaria intervallo pedali in unamquamque partem. Maritas ulmos autumnis ferere utilius: quae carent semine. Nam eae e plantis feruntur. In arbutum quinquennes sub urbe transferuntur: aut (ut quibusdam placet) quae uicenum pedum esse coeperunt. Sulco qui nouenarius dicitur: altitudine pedum trium: pari latitudine: & eo amplius circa positas pedes terni undique e solido adaggerantur. Arulas id uocant in campania. Intervals ex loci natura sumuntur. Aridiores serendas in capellibus conuenit. Populos & fraxinos quae festinantius germinant: disponi quoque maturius conuenit. Hoc est ab idibus febr. plantis & ipsas nascentes. In disponendis arboribus arbutisque ac uineis quincuncialis ordinum ratio uulgata & necessaria: non perflatu modo utilis: ueque & aspectu grata quocumque modo intueare in ordinem se porrigente uersu. Populis eadem ratio semine qua ulmos ferendi: transferendi quoque e seminariis eadem & siluis. Ante omnia igitur in similem transferri terram aut meliorem oportet. Nec e tepidis: aut praecocibus in frigidis: aut serotinis situs: ut neque ex iis in illos. Praefodere scrobes ante (si fieri possit) tanto: donec pingui ce spite obducantur. Mago ante annum fieri iubet: ut solem pluuiaque cobibant: aut si conditio largita non sit: ignes in medio fieri ante menses duos: nec nisi post imbres in his feri. Altitudinem earum in argilloso: aut duro solo trium cubitorum esse in quaque partem. In prunis palmo amplius: & ubique caminata fossura ore compressiore sint. Nigra uero terra duo cubita & palmum quadratis angulis. Eadem mensura graeci auctores consentiunt: non altiores quino semipede esse debere: nec latiores duobus pedibus. Nisi uero sesquipede minus altos: quoniam in humido solo ad uicina aquae perueniat. Cato si locus aquosus sit inquit: latas pedes ternos. In faucibus insitque palmum & pedem: altitudinem quattuor pedum: eas lapide consterni: aut si non sit perticis salignis uiridibus. Si neque eae sint: sarmentis: ita ut in altitudinem semipede trahantur. Nobis adiuuendum uidetur ex praedicta arborum natura: ut alius dimittantur eae: quae summa tellure gau-

dent: tanq̄ fraxinus: olea. Hæc & similia quaternos pedes oportet demitti. Cæteris sat est: si altitudinis pedes ternos effecerint. Excide inquit radicem istam Papyrius cursor imperator ad terrorem prenestinorū prætoris. Destringi securius se teste: innoxium abradi partes: quæ se riant terra. Aliqui lapides rotundos subici malunt: qui & contineant humorem: & transmittant. Non item planos facere: & a terreno arcere radicem existimantes. Glarea substrata inter utraq̄ sententiam fuerit. Arborem nec minorem bima nec maiorem trima transferri quidam præcipiunt. Alii cum annum impleat. Cato crassiorē quinq̄ digitis non omisit. Idē ait attinere: meridianā cæli partem signare in cortice: ut translata iisdem & assuetis statueretur oris: sine aquiloniæ meridianis oppositæ solibus finderent: & algerent meridianæ aquilonibus. Quod e diuerso affectat etiam quidam in uite ficorū permutantes in contrarium. Deniora enim folia ita fieri: magisque protegere fructum & minus amittere: ficorū sic etiam scanilem fieri. Pleriq̄ id demum cauent: ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet: ignari fissuris nitrii uaporis opponi. Id quidē in horam diei quintam uel octauā spectare maluerim. Aequè later non negligendū: ne radices mora inharescant: ne ue a septentrionibus: aut ab ea parte cæli usq̄ ad exortū brumalē uento flante effodiantur arbores: aut certe non aduersa iis uentis radices p̄beantur. Propter quod emoriant ignari cause agricolis. Cato oēs uentos & imbrem quoq̄ in tota translatione damnat. Et hoc proderit q̄ plurimū terræ in qua uixerint radicibus coherere: ac tota cespite circūligari. Cū ob id Cato in corribus transferri iubeat. Proculdubio utilissime quidē summā terram adhibendam esse subdi. Quidam puniceis malis substrato lapide non rumpi pomū in arboribus tradunt. Radices inflexas poni melius. Arborem ita locari: ut media sit totius scrobis necessarium. Ficus si in scylla: bulborum hoc genus est: feritur: ocissime ferre traditur pomum: neq̄ uermicularioni obnoxium. Quo uitio non carent reliqua poma similiter sata. Radicum ejus magnam adhibendam curam ut exēptas appareat: non auulsi: quis dubitet. Qua ratione & reliquis confessa omittimus. Sicuti terram circa radices festucato spissandam. Quod cato primum in ea re esse censet. Plagā quoq̄ a trunco obliqui fimo: & foliis præligari præcipiens.

De interuallis plantandæ arborū: & umbris: & stillicidiis: & ubi plantari debeant. CA. XII.

Vius loci pars est ad interualla pertinens. Quidam puniceas: & myrtos: & lauros de siores feri iusserunt. In pedibus tamen nouenis. Malos amplius paulo: uel magis etiam pyros: magisq̄ amygdalas: & ficus. Quod optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio: locorumq̄: & umbræ cuiusq̄ arboris: quoniam has quoque obseruari oportet. Breues sunt quamuis magnarum arborū: q̄ in orbem ramos circūnent: ut in malis pyrisq̄. Eadē enormes cerasis: lauris. Iam quædam umbrarum proprietates. Iuglandiū grauis & noxia: etiam capiti humano: omnibusq̄ iuxta satis. Necat germina & pinus: sed uentis utraq̄ resistit: quoniam & protecta uinearum ratione egēt. Stillicidia pinus: quercus: ilicis ponderosissima. Nullum cupressi: umbra minima: & in se circumuoluta. Ficorū leuis: quamuis sparsa: ideoq̄ inter uineas feri nō uetantur. Ulmorum leuis: etiam nutrens quæcūq̄ opacat. Sed Attico hæc quoq̄ uidetur e grauiissimis: nec dubito si emittantur in ramos. Constrictæ quidem ulmi noxiam esse non arbitror. Lucunda & platani quæquam crassa. Licet gramini credere non soli: haud alia lætius operiēte toros. Populo nulla ludentibus foliis. Piguis alno: sed pascens sata. Vitis sibi sufficit: mobili folio: factatūq̄ crebro solem umbra temperans. Eodem graui protegens in imbre. Omnium fere leuis umbra: quoq̄ pediculi longi. Non fastidienda hæc quoq̄ scientia: atq̄ non in ultimis ponenda: quando quibusq̄ satis umbra: aut nutrix aut nouerca est. Iuglandium quidem pinorumque & picearum: & abietis quæcūq̄ attingere: non dubie uenenum est. Stillicidium breuis diffinitio est. Omnium: quæ proiectu frondis ita diffundunt: ut per ipsas non desuuant imbres: stilla sæua est. Ergo plurimum intererit hæc in quæstione terra in qua seremus: in quātor arbores quasq̄ alat. Iam per se colles minora quærun interualla. Ventosis locis crebriores feri cōducit. Olea tñ maximo interuallo: de qua Catonis in italia sententia est. In .xxv. pedibus minimum: plurimum .xxx. feri. Sed hoc uariatur locorum natura. Non alia maior in betica arbor. In africa uero fides penes auctores ferit. Miliarias uocari multas narrat a pondere olei quod ferant annuo protenta. Ideo. lxxv. pedes Mago interuallo dedit undiq̄: etiam in macro solo: ac duro: atq̄ uentoso. Cum minimum. .xlv. Betica quidem uber: imas messes inter oleas metit. Illam inscitiam pudendam esse conueniet: & adultas inter sese iuctari iusto plus: & in senectam præcipitare: aut plerūq̄ ipsi: qui posuere coarguentibus imperitiam suam totas excidere. Nihil est foedius agricolis: quam gestæ rei poenitentia: multo iam ut præstet laxitate delinquere.

Quæ arbores tarde crescunt: & quæ celeriter: & de fabrica. CA. XIII.

Vædam autem natura tarde crescunt: & in primis semine tantum nascuntia: & longo
 æuo durantia. At quæ cito occidunt: uelocia sunt: ut ficus: punica: prunus: malus: py-
 rus: myrtus: salix: & tamen antecedunt diutinis. In trimatu enim fere incipiunt ostē-
 dentes & ante. Ex iis lentissima. Ocissima omnium cypirus & pseudocypirus frutex
 Protinus enim floret: semensq; profert. Omnia uero celerius adolefcunt stolonibus ablatis: unā
 q; in stipem redactis alimentis. Eadem natura & propagines docuit: Rubi namq; curuati gracillē
 & simul proceritate nimia defigunt rursus in terram capita. Iterumq; nascuntur: ex se se replen-
 tari omnia: nisi resistat cultura: profus ut possint uideri homines terræ causâ geniti: ita pessima at
 q; execranda res propaginem tamē docuit: atq; radicem acquiri uiridem. Eadem autem natura
 est hederis. Cato propagari præter uitam tradit ficum: oleam: punicam: malorum genera omnia.
 Laurum: prunos: myrtus: nuces auellanas: & prenestinas: platanum. Propagationum duo genera:
 in ipsa arbore sollicitando traiectis per uasâ fictilia: uel qualos ramis terraq; circumpactis: atque
 hoc blandimento impetratis radicibus: inter potia ipsa & cacumina: in summa enim cacumina
 hoc modo petuntur audaci ingenio: arborē aliâ longe a tellure faciēdi. Eodē quo supra biennii
 spacio abscissa propagat: & cum qualis illis sata. Sabina herba propagine feritur & auulsione. Tra-
 dunt fere uini aut e parietibus latere tuso mire ali. Idem modis rosmarinum ferūt: & ramo: quo
 niam neutri semen. Rododendron propagine & semine.

De latitudo arboræ & insititio: & quo inuenta sit tenera inferendi ipsa ratio. CA. XIII.

Emine quoq; inferere natura docuit raptim autē fame deuorato: solidosq; & alui te-
 pore madido cum focundo simi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis:
 & uentis sæpe translato in aliquas corticum rimas. Vnde uidimus cerasum in salice
 platanum in lauro: laurum in ceraso: & baccas simul discoloras. Tradunt & monedu-
 lam condentem semina in thesauros cauernarq; eiusdem rei præbere causas. Hic nata inoculatio
 sutorie simili fistula aperiendi in arbore oculū cortice exciso: semensq; includendi eadem fistu-
 la sublatum ex alia. In ficis autem & malis hæc fuit inoculatio antiqua. Virgiliana quærit sinum
 in nodo germine expulsi corticis: gemmâq; ex alia arbore includit. Et hæc tenus natura ipsa do-
 cuit. Insitionem autem casus magister alius: & pene numerosior ad hunc modum. Agricola sedū
 lus casam sepiis munimēto cingēs: quō minus putrescerēt sudes: limē subdidit ex hedera. At illæ
 utuacti motu apprehensæ suam ex alieno fecere uitam: apparuitq; truncum esse pro terra. Au-
 fertur ergo terra æqualiter superficies: & uigatur falce truncus. Ratio postea duplex. Et prima in-
 ter corticem lignumq; inferendi. Timebant præsci truncum findere. Mox inforare ausi medio:
 lpiq; medullæ calamus imprimebant unū inferentes. Neq; enim plures cupiebant medulla sub-
 tior. Postea ratio uel senos adiecit mortalitati eorū ex numero succurrere per uasâ per media
 trico leniter fissis: cuneoq; tenui fissuram custodiente: donec cuspidatim decius descendat in
 rimam calamus. Multa in hoc seruāda. Primum omnium quæ patiatur coitum talem arbor: & cu-
 tus arboris calamus. Variæ quoq; & non iisdem partibus. Subest omnibus succus. Vitibus sicisq;
 media sicioras: & e summa parte cōceptus: ideo illinc furculi petuntur. Oleis circa medias succus
 inde & furculi. Cacumina sitiunt. Facillime coalescunt: Quibus eadem corticis natura: quæq; pa-
 riter florentia eiusdem horæ gignationem succorumq; societatem habent. Lenta enim res quo-
 riens humidis repugnant sicca: mollibus corticum duri. Reliqua obseruatio ne fissura in nodo
 fiat. Repadiat quippe aduēam inhospitalis duricia: ut in parte nitidissima & longior multo tri-
 bus digitis ne obliqua: ne translucens. Virgilius ex cacumine inferi uetat. Certumq; est ab hū-
 ris arboræ orientem æstiuum spectantibus furculos petendos: & e feracibus: & e germine noue-
 lo: nisi uetustæ arbori inferantur. si enim robustiores esse debent. Præterea ut prægnantes: hoc ē
 germinatione turgentes: & qui parere illo sperauerint anno. Bimi utiq; nec tenuiores digito mi-
 nimo. Inferuntur autē & inuersi: cum id agitur: ut minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante
 oia gem̄tes nitere cōueniet: nihil usq; ulcerosum esse aut retortidum. Spei fauet medulla calāi
 commissuræ: si in matre ligni corticisq; iungatur. Id enim satius q; foris cortici æquari. Calami
 excutio medullam ne nudet. Tenui tamē fistula detegat: ut fastigatio leui descendat cuneo tri-
 bus non amplior digitis. Quod facillime contingit tinctum aqua radentibus: ne excutiat in

uento: ne cortex a ligno decidat alterutri. Calamus ad corticem usq; suum deprimatur. Ne laxetur dū deprimatur: ne ue cortex replicetur in rugas. Ideo lachrymantes calamos inferi non oportet. Nō hercule magis q̄ aridos: q̄ illo modo labat hūore nimio cortex. Hoc vitali defectu non humescit neq; concorporat. Id etiam religionis seruant: ut luna crescente calamus utraq; deprimat manu. Et alioquin in hoc opere duæ simul manus minus nituntur necessario temperamento. Validius enim demissi tardius ferunt: fortius durant. Contrarium ex diuerso: ne hiscat nimium rima: laxeq; capiat: aut ne parum exprimat: aut compressum necet. Hoc maxime præcauendum: ut præualide accipientis trunco in media fissura reliquatur. Quidam uestigio fissuræ salice in truncis facto salice præligant marginem ipsam. Postea cuneos figunt continente uinculo si bertatem dehiscenti. Quædam in plâtorio inhiata eodem die transferuntur. Si crassior truncus inferatur: inter corticem & lignum inferi melius cuneo optime: osseo: ne cortice romparur laxato. Cerasi libro dempto finduntur. Hæ solæ & post brumam inferuntur: dempto libro habet ne luti lanugine: q̄ si comprehendit insitum: putrefacit. In columi cuneo: adactum utilissime astrigitur. Inferere aptissimum q̄ proximum terræ patiatur nodorum: truciq; ratio. Emingere calami sex digitorum longitudine non amplius debent. Cato argillæ uel cretæ harenam firmumq; bubulum admisceri: atq; ita usq; ad lentorem subigi iubet: idq; interponi & circūlini. Ex his que commentatus est: facile apparet illa ætate inter lignum & corticem: nec alio modo inferere solitos: aut ultra latitudinem duum digitorum calamos demittere. Inferi autē præcipit pyra ac mala per uer: & post solstitium diebus. I. post uindemiam. Oleas autem & ficos per uer tantum luna frigente: hoc est sicca. Præterea post meridiem: ac sine uento austro. Mirum q̄ non contentus insitum munisse: ut dictum est: & cespite ab imbre: frigoribusq; protexisse: ac mollibus bifidorum uimium fascibus: lingua bubula (herbæ id genus est) in super obtegi iubetramq; illigari operiti stramentis. Nunc autem abunde arbitretur paleato luto libro farcare duos digitos insito extante. Verno inferentes tempus urget: incitibus se gemmis: præter q̄ in olea: cuius diutissime oculi parturiunt: minimumq; succi habent sub cortice: qui nimis insitis nocet. Punicam uero & ficum q̄q; alias sicca sint recrastinare minime utile. Pyrum uel florentem inferere licet: & in maium quoque mensum protendere inscriptionem. Quod si longius afferantur pomorum calami: ripo infixos optime cultodire succum arbitrantur. Seruarique inter duos ibices iuxta riuos uel piscinas utrinque terra obstructos. De uite inferenda. CA. XV.

Vitium uero in scrobibus ficis stramento operto: ac deinde terra obruto: ut cacamine existant. Cato uitem tribus modis inserit. Præsertim sicut iubet per medullam: in eam furculos excavatos ut dictum est addi: medullas fungi. Altero si sese uites contingant: utriusq; in obliquū latere cōtrario ad raso functis medullis colligari. Tertiu genus est: terebrare uitē in obliquum ad medullā: calamosq; addere longos pedes binos: atq; ita ligatum insitum intritacq; illitum operire terra calamis subrectis. Nostra ætas correxit ut gallica uiteretur terebra: quæ excavat: nec urit: quantam aduſtio omnis hebetat: atque ut gemmalcere incipiens ligetur calamus. Nec plus q̄ binis ab insito emineat oculis ulmeo uimine alligatus: binæque circumdaretur acie a duabus partibus: ut inde potius distillet humor: qui maxime uites infestat. Deinde cum eualuissent flagella pedes binos: uinculum insiti incidere tur ubertati crassitudine permilla. Vitibus inferendis tempus de dere ab æquinoctio autumnō ab germinationis initia. Satiuæ plantæ siluestrium radicibus inferuntur natura siccoribus. Si enim satiuæ siluestribus inferantur: degenerant in feritatem. Reliqua cælo constāt. Apuſsima insitis siccatas. Huius enim remediū appoſitis ficulibus uasis modicus hūor p̄ cinerē distillat. Inoculatio rores amat leues. De emplastratione. CA. XVI.

Emplaſtri ratio & ipsa ex inoculatione nata uideri potest. Crasso autem maxime cortici conuenit sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis ne succum auocet. Nitidissima in parte quaque præcipua cernatur hylaritas: exempta scutula ita ne descendat ultra fertum cortici imprimitur: ex alia cortex par cum sui germinis māmā: sic compage densata ut cicatrici locus non sit: & statim unitas fiat: non humorem nō afflatum recipies: nihilominus tamen & luto munire & uinculo melius. Hoc genus non pridem repertum uolūt qui nouis moribus fauent. Sed id etiam apud ueteres græcos inuenitur: & apud Catonem: qui oleam ficumque sic inferi iussit mensura etiam præfinita secundum reliquam diligentiam suam. Cortices scalpro excidi quattuor digitorum longitudine: & trium latitudie. Atque ita coagmētari & illa sua strita oblini. Eadem ratione & in malo. Quidam huic generi miscuere fissuram in

Handwritten notes:
 In d. h. u.
 In d. h. u.
 In d. h. u.
 In d. h. u.
 In d. h. u.

uitibus exempta cortice theffella surculo a latere plano adigendo. Tot modis insitam arborem. Vidimus iuxta tybartes tyliam omni genere pomorum honuitam alio ramo nucibus: alio bacis: alio de uite: ficis: pyræ: punicis: malorumque generibus. Sed huic fuit breuis uita. Nec tam omnem experimentis assequi naturam possumus. Quædam enim nasci nisi sponte nullo modo queunt. Eaque in arboribus & desertis tantum locis proueniunt. Capacissima insitorum omnium dicitur platanus: postea robur. Verum utraque sâpores corrumpunt. Quædam omni genere inseruntur: ut ficus & punicæ. Vitis nō recipit emplastra: nec quibus tenuis ac caducus rimo: si que cortex. Neque inoculationem sicæ aut humoris exigui fertilissima omnium inoculatio: postea emplastratio. Sed utraque infirmissima: & quæ cortice nituntur tantum: uel leui aura oculissime deplantantur: in ferere firmissimum & fecundius q̄ ferere.

Exemplum huius rei.

Non est omittenda raritas unius exēpli. Corelius eques romanus. Atteste genitus inseruit castaneam suometipsam surculo in neapolitano agro. Sic facta est castanea quæ ab ipso nomen accepit inter laudatas. Postea hæres eiusdem libertus corelianam iterum inseruit. Hæc est inter eas differentia: illa copiosior. Hæc coreliana melior. Res que genera casus ingenio suo excogitauit: ac defraçtos ferere ramos docuit: cum pali defixi ramos dices coepissent. Multa sic feruntur. In primis que ficus: omnibus quidem aliis modis nascere: præterq̄ talea. Optime quidem si uastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte exiguo super terrâ relicto capite: eoque ipso harena cooperto. Ramo feruntur & punicæ: pali laxato prius meatus item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum: crassitudine minus brachiali. Cortice diligenter seruato: trunco exacuto. Myrtus & talis feritur. Morus talea tantum: quoniam in ulmo eam inseri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum sâtu nunc dicendum est. Seruandum in eo ante omnia: ut talea ex feracibus fiant arboribus: ne curuæ: ne scabræ: aut bifurcæ: ne tenuiores q̄ ut manum implent: ne inuiores pedibus: ut illibato cortice: atque ut sectura inferior ponat semper: & quod erit ab radice: accumuleturque germinatio terræ: donec robur planta capiat.

De cultura talearum: & quibus temporibus insitio fiat. CA. XVIII.

Væ custodienda i talearum cultura. Caro iudicauerit: ipsius uerbis optie precipiemus. Taleas oleaginas: q̄s in scrobe saturas enistripedaneas facito. Diligenterque tractato: ne liber laboret: eū dolabis: aut secabis. Quas in seminario saturas eris pedales facito. Eas sic inserto: locus bipalio subactus sit: beneque glutus. Cū talea demittis pede taleam opprimito. Si page descēdat: maleo aut mateola adigito: caneroq̄ ne libge scindas. Cū adigis: palo prius locū feceris quo talea demittas. Ita melius uiuet talea. Et ubi trimæ sunt: rû denique curæ sint: ubi liber se uertet. Si in scrobibus aut in sulcis seras: terinas taleas ponito. Eas diuicato sup terrâ: ne plus q̄ quatuor digitos transversos emineat: uel oculos ferito. Diligenter eximere olea oportet: & radices q̄ plerimas eū terra ferre. Vbi radices bñ operueris: calcare bñ: ne qd noceat. Si q̄ quærat quod rps oleæ serēdæ sit: agro sicco p̄ sementiæ: agro lato p̄ uer. Oliuetū diebus. xy. añ æquinoctiū uernū scipito putat. Ex eo die dies. xl. recte putabis. Id hoc nō purato. Qua locus recte ferax erit: q̄ arida erūt: & si qd uetus interfecerit ea oia eximito. Qua locus ferax nō erit: id plus cōcidito: aratoq̄ bñ: eno datoque. Stripes læues facito: circum oleas autūno ablaqueato: & sterco aduicito. Qui oliuetū sæptissime & altissime misceritis: tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibūt: crassiores fiēt: & eo in radices uires oleæ abibūt. Quæ gñā olearum uel i quo gñe terræ uiuere & feri debeāt: spectarique oliueta: diximus in rōe olei. Mago in colle & sic cis: & argilla: & inter autumnum: & brumâ feri iussit. In crasso aut humido aut subriguo a messe ad brumâ. Quod precepisse eū africa intelligit. Italia qdē nūc uere maxie ferit. Sed & autūno si libeat. Post æquinoctiū. xl. diebus ad uergiliæ occasum. xliii. soli dies sunt: quibus feri noceat. Africæ peculiare quidē in oleastro est inserere. Quadā ætate cōsenserūt: p̄xime adoptōe uirga emissa: atque ita alia arbore ex eadē iuuenescere: iterūque & quoties opus sit: ut eius eadē oliueta cōstet. Inserit aut oleaster calamo & foculatōe. Olea ubi quercus effossa sit male ponit: qm̄ uermes: q̄ rauæ uocant: in radice quercus nascunt & transeūt. Nō inhumare taleas aut siccare: prius q̄ ferant: utilius cōpertū. Vetus oliuetū ab æquinoctio uerno intra uergiliæ exortū inter radi alternis annis melius inuentū. Item multū circumdare radici. Circunfodi aut omnibus annis a solstitio duū cubitoq̄ scrobe pedali altitudie. Stercorari tertio anno. Mago idē amygdalas ad occasu arcturi ad brumâ feri iubet. Pyra nō eadē tpe: qm̄ si æque oia floreat. Eadē obligata aut

uel ramo

uel ide oia
ca
uel adigito

uel proxia
adoptioni

rotunda ab occasu uergiliarum ad brumam. Reliqua genera media hyeme ab occasu sagittae sub-
 solanum aut septentrionem spectantia. Laurum ab occasu aquilae ad occasum sagittae. Confecta
 enim de tempore ferendi atque ratio est uere & autumnu. Id ex magna parte fieri decreuere. Est &
 alia hora circa canis ortus paucioribus nota: quoniam non omnibus locis utilis pariter intelli-
 gitur. Sed haud omittenda nobis: non tractus alicuius rationem: uerum naturae potius indagatibus.
 In cyrenaisa regione sub etestiarum statu conferunt. Nec non & in graecia oleam: maxime in Iaco-
 nia. Co in insula & uites tunc ferit. Caeteri apud graecos inoculare & inferere non dubitant. Sed ar-
 borem non ferunt. Plurimumque in eo locorum natura pollet. Nancj in aegypto omni ferunt me-
 se: & ubicumque imbrēs aestiui non sunt: ut in india & aethiopia. Necessario post haec autumnu ferunt
 arbores. Ergo tria tempora eadem germinationis uer & canis arcturij ortus. Neque enim aialiu
 tantum est ad coitum auiditas: sed multo maior est terrae ac satorum omnium libido. Qua tempe-
 state uti plurimum interest coceptus. Peculiare utique in insitis: cum sit mutua cupiditas utriusque
 coeundi. Qui uer probant: ab aequinoctio statim admittunt: praedicantes germina parturire: non
 faciles corticem esse amplexus. Qui praeterunt autumnu: ab arcturi exortu: quoniam statim radi-
 cem quandam capiunt: & ad uer parata uentant: atque non protinus germinatio auferat uires. Quae
 dam tamen statutum tempus anni habent ubique: ut cerasi & amygdalae circa brumam ferendi: uel
 inferendi. De pluribus locorum situs optime iudicabit. Frigida & aquosa uerno coferri oportet. Sic
 ca & calida autumnu. Cois quidem italiae ratio tempora ad hunc modum distribuit. Mora ab idu-
 bus february in aequinoctium: pyra in autumnu: ita ut brumam. xv. ne minus diebus antecedat.
 Malis aestiui & cotoneis. Item forbis: prunis post media hyeme in idus february. Silique
 graecae & persici ante brumam per autumnu. Nucibus iuglandi & piniae & auellanae graecae atque
 castaneae a Calen. martii ad idus eadem. Salicij: gerantur circa martias Calen. Hanc in ficis semine
 illam in humidis uirga ferit diximus.

Quae arbores societate gaudeat: & de disciplina ablaqueandi: & accumulandi. CA. XIX.

St etiam nunc noua inferendi ratione quid sciens quidem praeterea: quod uisquam inue-
 nerim a Columella excogitata: ut affirmat ipse. Quae uel diuersae infociabilesque natu-
 rae arborum copulentur: ut sic: atque oleae. Iuxta hanc ferit ficu iubet: non ampliore in-
 teruallo quam ut contingi large possit: ramo oleae quam maxime sequaci: atque obediuro. Eum
 quae omni interim tempore edomari meditatione: curuandi. Postea fico adepta uires: quod euen-
 ire trimae: atque utique quinquenni solet: detricata superficie ipsaque deputata: ut dictum est adra-
 cumine de figi in cruce: sic custodit uinculis: ne curuatura fugiat. Ita quodam propaginum illi
 torumque temperamento triennio communi inter duas matres coalescere. Quarto anno abscissum
 totum ad optantis esse monendum uulgata ratione haud mihi certe satis comperta. Caeterum ead-
 dem illa de calidis frigidisque & humidis & ficis supradicta ratio & scrobes fodere monstrauit.
 In aquosis enim neque altos neque amplos facere conuenit. Altos aestiuo solo & sicco: ut quam maxime
 accipiant aquam: contineatque. Haec & apud ueteres arbores colendi ratio est. Feruentibus enim
 locis accumulatae aestate radices: operiuntque: ne solis ardor adurat. Aliubi ablaqueat: perfratusque
 admittunt. Iidem hyeme cumulis a gelu uindictant. Contra illi hyeme aperiunt: humoremque si-
 tentibus quaerunt. Ubiqueque circumfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem ternos: ne-
 que id in pratis: quando amore solis humorisque in summa tellure oberant. Et de arboribus haec
 quidem fructus gratia ferendis inferendisque in uniuersum sint dicta.

De salicis & harundineti: & caeteris caeduis ad perticas: palos. CA. XX.

In rellat rarum ratio: quae propter alias ferunt: uineas maxime: caeduo ligno. Princi-
 palium in his optinent salices: quarum ratio sit loco madido tamen refosso duos pedes
 & semipedem: talea sesquipedalium: uel pertica: quae utilior quo plenior. Interuallo est pe-
 des senos trimae pedibus binis a terra: putatione coercentur: ut sic se in latitudinem
 fundant: ac sine scalis tondant. Salix enim foecundior est quo terrae propior. Has quoque oibus
 annis cofodi iubet mense aprili. Haec est uiminalium cultura. Perticalis & uirga: & talea ferit fossi-
 ra eadem. Perticas ex ea iustum est caedi quarto fere anno. Et eae autem senescentium propagine facilius locum.
 Pertica imerta ac post annum recisa. Salicis uiminalis iugera singula sufficiunt. xxv. uineae iugera
 bus. Eiusdem rei cae populus alba ferit. bipedaneo pastinatu: talea sesquipedalium biduo siccata palmi-
 pede interuallo: terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine. Harundo etiam nunc diluore
 quam haec solo gaudet. Serit bulbo radicis: quae alii oculum appellant dodrentali scrobe: interuallo duum
 pedum & semipedis: reficiturque ex sese uetere harundineti: extirpato: quae utilius repertum quam calzare

sicut antea. Nāq; inter se radices serpunt: mutuōq; discursu necantur. Tempus inferendi prius q̄ oculi harundinum intumescant ante Kalen. martias. Crescit ad beamsam usq; definitq; cum du rescere incipit. Hoc signum quod tempestiuū habet cæsurā. Et hanc aut̄ quoriēs & uinea fodiē. dum putant. Seritur & transuersa non altera condita. Erumpantq; singulis oculis totidem plan ta. Seritur & deplantata pedali sulco binis obrutis gemmis: ut tertius nodus terrā attingat pro no cacumine: ne rores concipiat. Cæditur & decrefcere luna. Vineis anno siccata utilior q̄ utri dis. Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus: perdurandi pernicacia: reger minatione cædua uel salice lætior. Quærit solum facile: necnō harenosum: maximeq; sabulum humidum aut carbunculum: uel tosi etiam farinam quālibet opaco septentrionaliq; & præfrigi do situ: uel etiam decliui. Recusat eadem gallicam rubricam: cretam: omnemq; terrā fecunditatem: seri nuce diximus: sed nisi ex maximis non puenit: nec nisi quinis acruatim satis. Perfrin gi solum debet supra ex nouembri mense in februarium: quo solutæ sponte cadunt ex arbore: atq; subnascuntur. Interualla sint pedalia undiq; sulco dodrātali. Ex hoc seminario transferun tur in aliud bipedali interuallo plus biennio. Sunt & propagines nulli quidem faciles. Nuda ta enim radice: tota in sulco prosteritur. Tunc ex cacumine super terram relicto renascitur & alia ab radice. Sed transata nescit hospitari: pauetq; nouitatem. Biennio fere postea profilit. Ideo nuctibus potiusq; radice plantaria cædua implētur. Cultura non alia q̄ supradictis fodiēdis sup putandisq; per biennium sequens. De cætero ipsa se colit umbra stolones superuacuos enecan te. Ceditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamenta iugeri unius uicenis uinearum iugeri bus: quando etiam ea bifida stirpe fiunt: durantq; ultra alteram siluæ suæ cæsuram. Aesculus si militer proenit cæsurā: triennio senior: minus morosa nasci. In quacūq; terra seritur: nascitur e balano sed non nisi æsculi: scrobe dodrātali: interuallis duorum pedum seritur leuiter quater anno. Hoc pedamentum minime putrefcit: æsumq; maxime fructat. Præter hæc sunt cædua quæ diximus: fraxinus: laurus: per sica corylus: malus: sed tardius nascuntur. Terram defixa uix tolerant: non modo humorem. Sambucus cōtra firmissima ad palum: taleis seritur ut populus. Nam de cupressō satis diximus.

De culturis & disciplina excolendarum uinearum.

CA. XXI.

FT prædictis uelut armamentis uinearum: restat ipsarum natura præcipua tradēda cu ra. Vitium furculi & quarundam arborum: quibus fungosior intus natura est: genico latis ramorum nodis intersepiūt medullam. Ferulæ ipsæ breues: & ad summa breuilo res articulis utriq; duobus internodia includunt. Medulla siue illa uitalis aīa est ante se tendit longitudinem impellens quādiu nodi peruia patet fistula. Cum uero concreti ademe re trāsitus: repercussa erumpit: ab ima sui parte: iuxta priorem nodum alternis laterū semper in guinibus: ut dictum est in harundine: ac ferula: quorum dextrum ab imo intelligitur articulo: leuum in proximo: atque ita peruices. Hæc uocatur in uite gemma: cum sibi cespitem facit. Ante uero quā faciat in concauo oculos: & in cacumine ipso germen. Sic palmites: nepotes: uua: fo lia: pampini: gignuntur. Mirumque firmiora esse in dextra parte genita. Hos ergo in furculis nodos cum seruntur: medios secare oportet: ita ne profluat medulla: & in fico quidem dodrā tales paxilli solo patefacto seruntur: sic ut descendant: quæ proxima arbori fuerint. Duo oculi extra terram emineant: Oculi autem in arborum furculis propriæ uocantur: unde germinant. Hac de causā & in plantariis aliquando eodem anno serunt quos fuere laturi fructus in arbo re: cum tempestiue sari prægnantes inchoatos conceptus aliubi pariunt. Ita sates ficos tercio an no transferre facile. Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori: ut citissime proueniat. Vitium numerosior satus. Primum omnium nihil seritur ex iis nisi inutile & deputatum in firmo. Opputatur autem quicquid proximo tulit fructum. Solebat capitulatus utrinque e duro furculus seri: eoque argumento malleolus etiam uocatur nunc. Postea auelli cum sus cal ce coepit: ut in fico: neque aliud est uisūctus. Tertium genus adiectum etiam expeditius sine calce: quod sagittæ uocantur: cum intorti pangūtur. Id. n. cū decisi nec intorti trigēmes. Pla tes aut̄ ex codē furculo hoc mō fiūt. Serere e pāpinariis sagittas sterile est: nō nisi fecundas oportet. Quæ raras habent nodos: infœcundæ iudicantur. At densitas gemmæ: fertilitatis indicium ē. Quidam seri uetāt nisi eos: qui floruerint furculos. Sagittas serere minus utile: qm̄ in transferē do facile rumpit quod intortū fuit. Serunt pedali nō breuiores lōgitudine quinq; sex ue nodo rum. Pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri eodem die quo putant: uulsiūmā. Si multo postea necesse sit serere custoditos uti præcipimus oportet cauere usq; ne

uel uinea,
dice

uel amygdalus

extra terram positi sole inarescunt: uetore aut frigore hebetentur: qui diutius in sicco fuerint priusquam serantur in aqua pluribus diebus reuiuiscant. Solum apricum & quod amplissimum in seminario siue in uinea bidente pastinari debet ternos pedes bipaleo alte in area reici quaternorum pedum fermento: ita ut in pedes binos fossa procedat. Fossarum purgari & extendi ne crudum relinquatur. Verum & exigi mensura. Male pastinatum deprehendit scana inaequalia. Metienda est & ea pars quae iteriacet puluinis. Surculi feruntur & in scrobe: & in sulco longiore: si per quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra: nisi substrato pinguiore. Nec minus quam duos integri oportet: & proximam attigi terram: & eodem paxilo deprimi & spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter bina femina in latitudinem: in longitudinem semisses. Ita factos malleolos. xxxiii. mese recidere ad inum articulum: nisi ipsi parcatur. Oculorum inde materia emicat cum aqua. xxxvi. mese uiuira dix transferri. Est & luxuriosa ratio uites serendi: ut quattuor malleoli uehementi uinculo colligentur in parte luxuriosa: atque ita uel per ossa bubuli cruris uel per colla fistilia trafecti obruantur: binis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo: recisus palmitem emittunt. Postea fistula fracta radix libere capit uires: uamque fert: & omnium corporum suorum acinos. In alio genere inuentu nouitio finditur malleolus: medulla erasa in se colliguntur ipsi caules: ita ut gemmis parcatur omnimodo. Tum malleolo in terram fixo mixta seritur: & cum spargere coeperit caules: deciditur: foditurque sapius. Talis uix acinos nihil intus ligni habituros Columella promittit: cum uiuere femina ipsa per quam mirum sit: & medulla adempta nasci. Surculus etiam quibusdam sit articulatio arboris non omitendum uidetur. Nax buxi tenuissimis gnis senisue colligatis depacti proueniunt. Quondam in obseruatione erat ut defringerentur ex imputata buxo: aliter uiuere non crediti. Detrahere haec experimenta seminarii curaque. Sequitur uinearum ratio. Quinque generum haec. Sparis per terram palmitibus aut per se uite subrecta: uel cum amminiculo siue iugo. Aut pedata simplici iugo. Aut compluuiata quadruplici. Quae pedatae ratio erit: eadem intelligitur eius quoque: in qua sine amminiculo uitis per se stabit. Id enim non fit nisi pedamenti inopia. Simpliciter iugo constat porrectio ordinis: quem canterium appellant. Meliorque ea uino: quando sibi ipsa non obumbrat: assiduusque sole coquitur: & afflatum magis sentit: & celerius rorem dimittit. Pampinationi quoque & occasionis omnique operi facilius. Super caetera deflorescit utilius. Iugum sit pertica aut harundine aut crine funiculoue: ut in hispania: brundisioque. Compluuiata copiosior uino est: dicta a cauis aedium compluuiis. Diuiditur in quaternas partes totidem iugis. Huius serendi ratio dicitur: eadem ualitura in omni genere: hoc uero numerosior tamen. His uero tribus seritur modis. Optime in pastinato: proxime in sulco: nouissime in scrobe. De pastinatione dictum est.

De sulco & uinearum putatione.

CA. XXII.

Sulco latitudo palae satis est. Scrobibus ternorum pedum in quacunque partem. Altitudo in quocunque genere tripedalis: ideo nec uitis minor transferri debet. Extatura etiam duabus gemmis. Emoliri terram minutis in scrobe ima sulcis simoque misceri necessarium. Cluosa altiores possunt scrobes. Praeterea puluinatis a deuitate labris. Quae ex iis longiores sient: ut uites binas accipiant. E diuerso aliae locabuntur. Esse uitis radicem in media scrobe oportet. Sed ipsam innixam solido in orientem aequinoctialem spectare. Adminicula prima e calamo accipere. Vineas limitari decumano. xviii. pedum latitudinis ad contrarios uehiculorum transitus: aliiisque conuersis limitibus. Denique pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit: rotunde pedum cardine quot decumano limitari. Semp uero quantum tanis semitari: hoc est in quanto quoque palo singulae iugo paginae includant. Solo spisso non nisi repastinato: nec nisi uiuira dicere feri. Tenero & soluto uel malleolum sulco uel scrobe. In colles sulcos agere trauesos: melius quam pastinare ut desuuiia palis eoque contineat. Aquoso caelo uel sicco solo malleolos serere autumno: nisi si tractus ratio mutauerit. Siccus. n. & calidus autumno possit serri: humidus frigidusque et ueris exitu. In arido solo uiuira dix quoque frustra serit. Male & i fassis malleolus: nisi post imbrem. Aut in riguis: uel frondens uitis: & usque ad solstitium recte: usque ad uer ut in Hispania. Quiescere uento stationis die utilissimum. Plerique austros optant. Cato abdicat. Interesse medio temperamento inter binas uites oportet pedes quinos. Minimum autem lato solo pedes quaternos. Tenui plurimum octonos. Umbri & marsi ad uicenos intermittunt arationis gratia in iis: quae uocant porculeta. Pluuio & caliginoso tractu rariores pontificio deflores cogruit. Subtilitas pimoniae copedia iuenit. Cum uinea in pastinato serat: obiter seminatiui faciendi ut uiuira dix loco suo: & malleolus qui transferatur inter uites ordine seratur. Quae ratio in iugero cici-

ter. xvi. Millia vitis radices donat. intra biennium autem fructus quo tardius in satō puenit q̄ in translato. Vitis radix posita in vinea post annum refecatur usq; ad terram: ut unus tantum emineat oculus amminiculo iuxta affixo & fimo addito. Simili modo & secundo anno reciditur: vitis q; concipit: & intra se pascit suffecturas oneritias festinatione pariedi gracilescat: ac emucidani (cohibeatur) castigatiōe tali in foetum exeat tota. Nihil avidius nascitur: ac nisi ad pariedū vires ferentur: tota fit foetus. Pedamēta optima quæ diximus: aut radice: robur: oleag: aut si nō sint: pali iunipero: cupressō: alburno: sambuco. Reliquoꝝ generum fides omnibus annis reciditur. Saluberrima in iugo harundo connexa fasciculis durat quinīs annis. Cum breuiōres palmites sarmento iunguntur inter se funium modo: ex hoc arcus funeta dicuntur. Tertius vineæ annus palmitem uelocē robustumq; emittit in quem faciat ætas vitem. Hic in iugum insilit. Quidam tunc excæcant eum supina falce auferendo oculos: ut noxia iniuria longius euocent. Vtilior. n: consuetudo pariedi: fatiusq; pampinos adiudicatæ detergere: usq; quo placeat roborari eam. Sunt qui uetant tangi proximo anno: quo translata sit: neque ante. lx. mensem falce curari. Tunc autem ad tres gemmas recidi. Alii proximo quidem anno recidunt. Sed ut ternos quaternosq; singulis annis adiciant articulos: quarto demum perducant ad iugum: Ideo utriusq; fructū tardum. Præterea retortidum & nodosum puluinosumq; reddit incrementō. Optimum autem matrem esse firmam: postea foetum audacem. Nec tutum est: quod cicatricosum: magno imperitiæ errore. Quicquid est tale: plagis nascitur: non e matre. Totas enim habet illa vires dum roboratur: & annuos accipit tota foetus: cū permissum fuerit nasci. Nil natura portionibus parit. Quæ cū excreuerit: satis firma protinus in iugo collocari debet. Sin etiam nū iūrmior erit: sub ipso iugo hospitari recisa: uiribus non ætate decernitur. Temerarium est ante crassitudinem pollicem uiti imperare. Sequenti anno palmites salutetur pro uiribus matris: singuli aut gemini. lidē & secundo si cogit infirmitas: nutriant. Tertioq; demū ano duo adiciantur. Nec sunt plures quaternis unq; permittendi. Breuiterq; non indulgēdū est: & semp inhibenda fecunditas. In ea ē. n: natura: ut pere malit q̄ uisere. Quicqd materiæ admisit: fructus accedit. Illa semina maualt q̄ fructū gigni: quoniam fructus caduca res est. Sic perniciose luxuria: nec ampliat se sed egerit. Dabit consilium & soli natura. In macro etiam si vires habebit: recisa intra iugum moretur: ne omnis foetura sub eo exeat. Minimū id esse debet interuallū: ut attingat iugū: superetq; si teneat: adeo non recūbat in eo: nec delicate se spargat. Ita temperetur hic modus: ut crescere etiam malit q̄ parere. Palmes duas tres ue gemmas sub iugo habere debet ex materiis quibus materia nascatur. Tunc per iugum mergi alligariq; ut sustineatur iugo non pēdeat. Vinculo mox astrictus a tertia gemma alligari: quoniam & sic coercetur impetus materiæ. Densioresq; citra pampini exultant: cacumen religari uetant. Natura hæc est delecta pars aut præligata fructum dat: pampinūq; ipsa curuatura. Quod citra est materiam mittit: offensante credo spiritu & illa quam diximus medulla. Quæ ita emicuerit materia: fructum dabit anno sequente. Sic duo genera palmitum. Quod a duro exit materiamq; in proximum annū pmittit: pampinariū uocatur. Aut ubi supra cicatricem est: fructuarium. Alterum ex amminiculo palmitē semperq; fructuarium relinquitur sub iugo. Et qui uocatur custos. Hic est nouellus palmes nō longior reibus gemmis: proximo anno materiam daturus: si uitis luxuria se consumpserit. Et alius iuxta eum uerucæ magni tudine: qui furunculus appellatur. Si forte custos fallat. Vitis anteq̄ septimum annum compleat a surculo euocata ad fructum ei iuuenescit ac moritur. Nec ueterem placet palmitem in longū & ad quartum usq; pedamentum emitti: quod alii dracones: alii iuniculos: ut faciāt quæ masculata appellant. Cū indurore uitis: pessimū in vinea traducere. Quinto anno & ipi palmites intorquentur: singulæque e singulis materiæ emittuntur: ac deinde e proximis prioresq; amputantur. Semper custodem relinquit melius. Sed is proximus uiti esse debet: nec longior q̄ dictum est. Et si luxuriauerint: palmites intorqueri ut quattuor materas uel duas si unūga erit vineæ: emittat. Si per se uitis ordinabitur sine pedamento: quæcunq; tamen initio amminiculum desiderabit: dum stare condiscat: & recta surgere. Cætera primordea eadem. Diuidi autem putatione pollicis inæquali examine undique ne prægrauet fructus parte aliqua: obiter idem deprimens prohibebit in excelsum emicare. Huic vineæ trium pedum altitudo excelior natar: cæteris a quinto: dum excedat hominis longitudinem iustam. Iis quoq; quæ sparguntur in terra breuis ad inuicendū caueas circumdant: scrobibus per ambitū actis: ne uagi palmites inter se pugnet occurrantes. Maiorq; pars terrarum ita supinam in tellure uindemiam merit. Si quidem & in africa & in ægypto syriacæ: ac tota asia & multis locis europæ: hic mos pualet. lib

ergo iuxta terram comprimi debet uitis. Eodem modo & tempore nutrita radice: quo inigra-
 ta uinea: ut semper tantum pollices relinquatur fertili solo cum tribus gemmis: graciliore qui-
 nis. Præstatque multos esse quàm longos. Quæ de natura foli diximus: tanto potentiora sentien-
 tur: quanto proprior fuerit uua terræ. Genera separari ac singulis cõferri tractibus: utilissimum.
 Mixture enim generum etiam in uino non modo in musto discors. Aut si miscantur non alia
 quàm pariter maturefcentia iungi necessarium. Iuga altiora quo lætior ager & quo planior. Item
 scido: nebuloso: minusque uentoso conueniunt. Contra humiliora gracili: & arido: astuofore
 risque exposito. Iuga ad pedamentum quàm arctissimo nodo uinciri oportet: uitem leui cõtineri.
 Quæ genera uitium & in quali solo cæloque essent cõferenda: cum enumeraremus. naturas et-
 rum & uinorum: notauimus. De reliquo cultu uehementer ambigitur. Plerique aestate. tota post
 singulos rores confodi iubent uineam. Alii uetant gemanem: decuti enim oculos tactuque intra
 tium deteri. Et ob id arcendum procul omne quidem pecus: sed maxime lanarum: quoniam fa-
 cillime auferat gemmas. Inimicos & pubescente uua rastros. Satisque esse uineam. ter anno con-
 fodi: ab æquinoctio uerno ad uergiliarum exortum: & canis exortum: & nigrescente acino. Qui-
 dam ira determinant. Veterem semel a uindemia ante brumam: cùm alii ablaqueare & stercoreare
 tis putent. Iterum ab idibus aprilis: ante quàm concipiat: hoc est in .vi. idus maii. Deinde prius quàm flo-
 rere incipiat: & cum defloruerit: & uariante se uua. Peritiores asserunt si iusto sæpius fodiantur:
 in tantum tenere scere acinos: ut rumpantur. Quæ fodiuntur: ante feruentis horas. diei fodi: n-
 das conuenit. Sicuti latum neque arate neque fodere. Fossione puluerem excitatum. contra fu-
 les nebulaque prodesse. Pampinatio uerna in confesso est ab idibus maii: intra dies. x. utique
 te quàm florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri. De sequente uariante sententiæ. Cum deflo-
 ruerit: aliqui pampinandum putant. Alii sub ipsa maturitate. Sed de his Cato nis præcepta deer-
 nent. Næque & putationum tradenda ratio est. Protinus hanc a uindemia ubi cæli tepor indul-
 get adoriuntur. Sed hoc fieri nunquam debet ratione naturæ ante aquilæ exortum: ut in syderum
 causis docebimus proximo uolumine. Immo uero fauonio: quoniam anceps culpa sit præpro-
 peræ festinationis. Si faucias recenti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio: certum est
 gemmas earum frigore hebetari: plagasque findi. Et cæli uitio exuri oculos lachryma di-
 stillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarum ista computatio est. In latifundis non le-
 gitima naturæ festinatio: quo maturius putantur aptis diebus: eo plus materis fundunt: quo se-
 rius: eo fructum uberiorem. Quare macras prius conuenit putare: ualidas nouissime. Plagæ om-
 nem obliquam fieri: ut facile decidant imbres: & ad terram uerti quàm leuissima cicatrice acie falce
 exacta: plagaque conuelata. Recidi autem semper inter duas gemmas: ne sit uulnus oculis in re-
 cida parte. Nigram esse eam existimant: & donec ad sinceram ueniatur recidendam: quoniam e-
 uitiosa materie utilis non exeat. Si macra uitis idoneos palmites non habeat: ad terram recidi eam
 nouosque elici utilissimum. In pampinatione non hos detrahere pampinos qui cum uua sint. Id
 enim uuas supplantat: præterquam in nouella uinea. Inutiles iudicantur in latere nati non ab oculo.
 Quippe etiam uua quæ nascatur e duro rigescente: ut nisi ferro detrahi non possit. Pedamentum
 quidam inter duas uites utilius putant statui: & facilius ablaqueantur ita: meliusque est unitogæ
 oinez: si tamen & ipsi iugo sint uires: nec statui infesta regio. In quadripertita quàm proximum one-
 ri amminiculum esse debet: ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio cubito abesse non am-
 plius. Ablaqueari autem priusquam potari iubet. Cato de omni cultura uitium ita præcipit. Quam
 altissimam uineam facito: alligatoque recte dum ne nimium constringas: hocque modo eam
 curato. Capita uitium putata circūfodito. Arare incipito. Ultra citraque sulcos perpetuos duci-
 to. Vites teneras quàm primum propagato. Veteres quàm minimum castrato. Potius si opus fuerit deu-
 cito: biennioque post præcidito. Vitem nouellam refecari tum erit tempus: ubi ualebit. Si uinea
 ab uite caluata erit: sulcos interponito: ibique uiuiradicem serito. Vmbram a sulcis remoueto:
 crebroque fodito. In uinea ueteri serito ocynum. Si macra erit: quod granum capit ne serito. Et
 circum capita addito sterco: paleas uinaceas: aliquid horuæ. Vbi uinea frondere coeperit: pamp-
 pinato. Vineas nouellas alligato crebro: ne caulis præfringat. Et quàm iã ipticã ibit: eius pampinos tene-
 ros alligato leuiter: porrigito. Quæ ubi recte steterit: ubi uua uaria fieri coepit: uites subligato.
 Vitis in fitio una est puer: altera cum uua floret: ea optima est. Vineam ueterem si in aliū locū trans-
 ferre uoles: dūtaxat brachium crassum primū deputato. Binas gemmas nec amplius relinqto. Ex
 radicibus bene effodito. Et caue radices ne faucies. Ita uti fuerit: ponito in scrobe: aut in sulco:
 operito: & bene occultato. Eodemque modo uineam statuminato: alligato: laxatoque uti

*Ingrata uinea: ut semper tantum pollices relinquatur fertili solo cum tribus gemmis: graciliore qui-
 nis.*

Pampinatio uerna in confesso est ab idibus maii: intra dies. x. utique

te quàm florere incipiat: & eam infra iugum debere fieri.

Quippe etiam uua quæ nascatur e duro rigescente: ut nisi ferro detrahi non possit.

Quam altissimam uineam facito: alligatoque recte dum ne nimium constringas: hocque modo eam

fuerat: crebroque fodito. Ocynum quod in uinea feri iubet: antiqui appellabant pabulum uinea patiens quod celerrime proueniat.

Ratio arborum.

CA. XXIII.

Sequitur arborum ratio mirum in modum data a Sarsenna patre filioque celebrata Scrofa: uetustissimis post Catonem peritissimisque ac ne a Scrofa quidem nisi in Italia concesso: cum tam longo iudicetur aeo. Nobilia uinea non nisi in arboribus gigni: & in iis quoque laudatiora summis: sicut uberiora imis: adeo excellentia proficitur. Hac ratione & arbores eliguntur. Prima omnium ulmus: excepta propter nimiam frondem acinia. Deinde populus nigra eadem de causa minus densa folio. Non spernunt plerique & fraxinum ficumque: & etiam olea: si non sit umbrosa ramis. Haec satis cultusque abunde tractatus est. Ante tricesimum sextum mensum attingi falce uetant. Alterna seruant brachia. Alternis putantur annis. Sexto anno maritatur. Trispadana Italia propter supradicta: cornu: populo: tilia: acere: cornu: carpino: quercu arborum stat agros. Venetia falce propter uliginem soli. Et ulmus detrucata a media inter ramorum scana barba ne obumbrent. Interuallum iustum arborum si arerit solum: quadragenis pedes in terga frontem: in latera uiceni. Si non arat: hoc in omnes partes. Singulis denas saepe adnutriunt uites: data agricolis cola minus tenuis. Maritate nisi ualidas inimicum: enecate ueloci uitiu scemeto. Serere tripodica serobe necessarium: distantes inter sese arborumque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pascinatione. Nulla fodiendi impendia: utpote cum arborum ratio hac peculiari dote praesentet: quod in eodem solo feri fruges & uitiuibus prodest. Superque quod uindicans se altitudo: non ut in uinea ad arcendas animalium iniurias a pariete uel saepe: uel fossarum utique impendio muniri se cogat in arborum. Haec praedicta est sola uitiu radice ratio. Item propaginum: & haec gemina ut diximus. Quorum in ipso tabulato maxime probata: quoniam a pecore tutissima est. Altera deflexa uite uel palmitum iuxta suam arborem aut circa proximam caelibem. Quod supra terram est matre radi iubetur: ne fructet. In terra non pauciores gemmae quattuor obruuntur ad radicem capiendam. Extra in capite binae relinquuntur. Vitis in arborum quattuor pedes in longo constat: omni sulco tres lato: alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam: ut paulatim radicibus assuescat suis. Caulis a capite ad duas gemmas reciditur. Tertio torus mergus absciditur: reponiturque altius in terram: ne ex reciso frondeat. Tolle uitiu radix a uindemia protinus debet. Nuper repertum draconem ferere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum pluribusque induratum annis. Hunc praecisum quod maxima amplitudine tribus partibus longitudinis deaso cortice quatenus obruatur: unde & rasilem uocant: deprimere sulco: reliqua parte ad arborem erecta: occisissimum in uite. Si gracilis sit uitis aut terra: usitatum est quod proxime solum decidi: donec firmetur radix: sicut neque rosicidam feri: neque septentrionis flatu. Vites aquilonem spectare debent ipsae palmitum autem earundem ad meridiem. Non est festinandum ad putationem nouellae: sed primo in circulis materies colligenda: nec nisi ualidae putatio admouenda. Seriora fere anno ad fructum arborum: quod uitis iugata. Sunt qui omnino putari uetant: priusque arborum longitudinem aequauerit. Prima falce sex pedes a terra: recidatur: flagello infra relicto & nasci coacto in curuatione materiae. Tres ei gemmae non amplius deputato superint. Exque iis emissi palmitum proximo anno imis inferantur scanis: ac per singulos annos ad superiora scandant: relicto semper duramento in singulis tabulatis: & emissario uno: qui subeat usque quo placuerit. De caetero putatione omni: flagella quae proxime tulerint: recidantur. Noua circuncisis undique capreolis aspergantur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos uitiu crinibus circuefficit arborem: crineque ipsos uitis. Gallica in traduces porrigitur. Aemylicae uitis in ricas atiniarum ambitu frondem earum fugiens. Est quorundam imperitia sub ramo uitem uinculo suspendendi suffocantium iniuria: quando contineri debet uimine non ardari. Quinimo etiam quibus salices super sunt: molliore hoc uinculo facere malunt: herbaque quam siculi uocant ampelodesimo. Graecia uero uniuersa iugo: cypero: ulua. Libera quoque uinculo per aliquot dies uagari: & incudita spargi: atque in terra quam per rotam anulum spectauerit: recubere. Nam ut ueterina a iugo: & canes a cursu uolutatio iuuat: ita tum & uitiu porrigi iustos. Arbor quoque ipsa gaudet assiduo leuata onere filis respiciant. Nihil est in ope naturae: quod non exemplo dierum noctiumque alios uices ferage uelit: ob id primum a uindemia putari: & lassas etiam fructu edito improbat: aut putare rursus alligentur alio loco.

uel citra

Nāq; orbita vineculi sentif uexatōe nō dubia, Traduces gallicae cultura binis utriq; lateribus: si quadragesimo distet spatio: quaternis. Viceno inter se obuui miscentur: alliganturq; uno conciliati uirgultorum comitatu obiter ligati qua deficiant: Aut si breuitas non patiatu ipsos: adalligato protenduntur in uiduam arborem iunco. Traducem bimum praecidere solebant. Oneras enim uerustate melius donare tempus ut tranfile faciant: si largiatur crassitudo. Alias utile toros futuri draconis pasci. Vnum etiam nū genus est medium inter haec & propagine. Totas supplantandi in terram uites: cuneisq; findendi: & in sulcos plures simul ex una propagandi gracilitate singulae firmata circūligatis hastilibus: nec recitis qui a lateribus excurrunt: pampinis. Nouariē sis agricolā traducū turba nō cōtentus: nec copia ramoz: impositis etiānū patibulis palmites cū cūuoluit. Itaq; p̄ter soli uiria cultura quoq; torua fiunt uina. Alia culpa iuxta urbem uaracini: q; alternis putant annis: nō quāid uiti cōducatur: sed qā uilitate redituū ipedia exuperent. Mediū temperamentū in carfulano sequunt: cariofasq; tm̄ uitis partes incipientes marcescere deputādo: ce teris ad uiam relictis detracto onere superuacuo p̄ nutrimēto oī est raritas uulneris. Sed nisi p̄gni solo talis cultura degenerat in labruscā. Arbusla arari q̄ altissime desiderant: & si tm̄ frumēti rō nō exigit. Pāpinari ea nō est moris: & hoc cōpendiū operā. Deputant cū uite pariter interlucata densitate ramoz: qui sint superuacui: & absument alimenta. Plagas ad septentrionē aut ad meridie spectare ueruimus. Melius si neq; in occasus solis: Diu enim dolent talia quoq; ulcera & difficile sanescunt algendo nimis aestuandoue. Non eadem in uite quā in arbusitis libertas: qm̄ certa latera & facilius abscondere: q̄ detorquere quo uelis. Plagas in arboze tonsura supinare uelur calices faciēdi: ne cōsistat hūor. Viti adminicula addēda q̄ scādat apprehensa si maiores sint.

De seruandis uuis & morbis arborum.

CA. XXXIII.



Itium generosarum pergulas quinquatribus putandas: & quarum seruare uuas libet decrecente luna: tradunt. Quae uero interlunio sint putatae: nullis animalium obnoxias esse. Alia rōne plena luna noctu tendendas: cum sit ea in leone: scorpionē: sagittario: tauro: arq; in totum serendas plena: aut crescente utiq; censent. Sufficiunt in italia cultores deni in centena iugera uinearum. At abunde de situ cultoque arborum tractato: quoniam de palmis ac cytiso peregrinis arboribus astatim diximus: ne quid desit: indicanda reliqua natura sit: magnopere pertinens ad omnia ea. In festatur nanque & arboris morbis. Quid n. gentum caret his malis: Et si uelutrium quidem perniciosos negant esse: uexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque seruore aut flatu frigidiorē praeposito die q̄ suo. Frigora etiam profunt: ut diximus. Quid ergo: nōne & uites algore intereunt? Hoc qdē est quo deprehendatur soli uitium: quoniam non euenit nisi in frigido. itaque per hyemes caeli rigorem probamus. Non enim solum infirmisimae arbores gelu periclitantur: sed maximae: uexatisq; ita prima cacumina inarescunt: qm̄ praestrictus gelu nō potuit eo peruenire hūmor. Arboze quidā communes morbi: quidam priuari generum. Cōmunis uermiculatio est. Sideratio: & dolor membrorum: unde partium adhibita societate nōminum quoque cum hominum miseris trunca dicimus certe corpora: & oculos germinum exustos: ac multa simili sorte. itaque laborant & fame & cruditate: quae finat hūmoris quantitate. Aliquae uero & obesitate: ut omnia quae ferunt res nam: nimia pinguedine in tædam mutantur: & cum radices quoque pinguescere coeperit: intereunt. Ut animalia nimio adipe: quando & pestilentia per genera: sicut iter homines: nūc seruitas nunc plebs urbana uel rustica. Vermiculantur magis minusue quaedam: omnes tamen fere. idq; aere caui corticis sono experiūtur. iam quidē & in hoc luxuria esse coepit: praegrandēsq; robore delicatiorē uti in cibo. Cossos uocant. Atque etiam in farina saginati. li quoq; alites fiunt. Maxime autem arborum haec sentiunt pyri: mali: fici. Minusque quae amare sunt & odoratae. Eae qui in fici existunt: alii nascuntur ex illis: altos parit qui uocatur cerasites. Omnes tamen in terra stem figurantur: sonumque edunt paruuli stridoris. Et sorbus arbor infestatur uermiculis rufis pilosis: atque ita emoritur. Mespila quoque in senecta obnoxia ei morbo est. Sideratio tota e caelo constat. Quapropter & grandis in his causis intelligi debet: & carbūculatio: quod pruinae iniuria euenit. Haec enim uerno tepore inuitatis & erūpere audentibus sitis mollibus insidens adurit lactescentes germinū oculos: quod in flore carbūculum uocant. Pruinae perniciosior natura: quoniam lapsa perfidet: gelatq; ac ne aura quidem ulla depellit: quia non fit nisi immoto aere & sereno. Proprium tamen siderationis est sub ortu canis siccitatum uapor: cum insita ac nouellae arbores moriuntur: praecipue ficus & uites. Olea praeter uermiculationem: quam aequae ac ficus sentit: Clauum etiā patitur: siue fungum placet dici uel patellam. Haec est solis exustio.

Noceat tradit Cato & rubrum muscum. Noceat plerumq; uitibus atq; oleis & nimia fertilitas. Scabies communis omnium est. Impetigo & quæ adnasci solent cochleæ peculiaria ficorum uitia. Nec ubiq; Sûnt enim quædam ægritudines & locorum. Verum ut homini neruorum cruciatus: sic & arbori: ac duobus æque modis. Aut enim in pedes hoc est radices erumpit uis morbi: aut in articulos: hoc est cacuminum digitos: qui longissime a toto corpore exeunt. Inarescunt ergo & sunt apud græcos sua nomina utriq; uitio. Vndiq; primo dolor: mox & macies earum partium fragilis: postremo tabes morbusq; non intrante succo: aut non perueniente: maximeq; id fieri sentiunt. Caprificus omnibus immunis est: quæ adhuc diximus. Scabies gignitur rotibus lentis post uergilias. Nam si rariore fuerit perfundunt arborem: non scalpūt scabie. Cæterum si cadūt: siue imbris nimii fuerit. Alio modo ficus laborat radicibus madidis. Vitibus præter uermiculationem & siderationem morbus peculiaris articulatione tribus de causis. Vna ut tempestatum germinibus ablatis. Altera ut notauit Theophrastus in supinū excisis. Tertia cultura imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur. Siderationis genus est in his deflorescentibus rotatio. Aut cū acini priuſq; crescant: decoquuntur in callum. Aegrotant & cum alere: læsis uredine attonſarum oculis. Ex calore hoc euenit intempestiuo: quoniam omnia modo constant: certiq; temperamento fiunt. Et culpa uinitorum colentium: cum præstringuntur ut dictū est. Aut circūſoſor iniurioſo iſtu uerberauit. Vel etiam ſubarator imprudēs laxauit radices: cor pulſe deſquammat. Est & quædam contuſio falcis hebetioris. Quibus omnibus cauſis difficilius tolerant frigora aut æſtus: quoniã in ulcus penetrat omnis a foris iniuria. Infirmiſſima uero malus maximeq; quæ dulcis est. Quibusdam debilitas ſterilitatem non necem aſſert: ut ſi quis pino cacumen auferat uel palmæ. Sterileſcunt enim nec moriuntur. Aegrotant aliquando & poma ipſa per ſe ſine arbore: ſi neceſſariis temporibus imbres aut tepores uel aſſatus deſuere: aut contrario abundauere. Decidunt enim aut deteriora fiunt. Peſſimum eſt inter omnia cum deſlorefcentem uitam & oleam percutit imber: quoniam ſimul deſluit fructus. Sunt eadem cauſa naſcentes & eruca dirū animal: eroduntq; frondem: aliæ florem. Oliuarum quoq; ut in miletotac depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Naſcitur hoc malum tempore humido & lento. Fit aliud ex eodem ſi ſol acrior inſecutus inuſſerit ipſum uitium: ideoq; mutauerit. Eſt etiamnum peculiare oliuis & uitibus: quod araneum uocant: cum ueluti telæ inuoluunt fructum & abſumunt. Adurunt & ſtatis quidam eas maxime: ſed & alios fructus. Nam uermiculationem & poma ipſa per ſe quibusdam annis ſentiunt: mala: pira: meſpila: punica. In oliua anticipiti euetū quādo ſubeunt nati fructum adimunt. Augent ſi in ipſo nucleo fuerit erodentes eum. Gigni illos prohibent pluuiæ quæ ſiunt poſt arturum. Eadem ſi auſtrinae fuerit: generat. In drupis quoq; quæ matureſcentes tunc ſunt præcipue caduca: id riguis magis euenit: etiam ſi non ceciderint: ſaſtidiendis. Sunt & culicum genera aliquibus moleſta: ut glandibus fico qui uidetur ex humore naſci tunc dulci ſubdito corticibus. Et ægrotatio quidem ſere in his eſt. Quædam tempore cauſæ aut locorum non proprie dicuntur morbi: quoniam protinus necant: ſicut tabes cum inuaſerit arborem: aut uredo. Vel ſtatis alicuius regionis proprius: ut eſt in apulia atabulus: in euboea olympias. Hic enim ſi flauerit circa brumam: exurit frigore arefaciēs: ut nullis ſolibus poſtea reſtari poſſint. Hoc genere conualles & appoſita fluminibus laborant: præcipueq; uitis: olea ficus. Quod cum euenit: detegitur ſtatim in germinatione. In oliuis tardius. Sed in omnibus ſignū eſt reuiuſcentiſi: ſi folia amiſere: alioquin quas putes præuoluiſſe: moriuntur. Nonnūquam inareſcunt folia: ea demq; reuiuſcunt. Aliæ in ſeptentrionalibus: ut in ponto phrygia frigore aut gelu laborant: ſi poſt brumam continuauere. xl. diebus. Ibi autem & in reliquis partibus: ſi protinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt: etiam paucis diebus necat. Quæ iniuria hominum conſtant: ſecundas habent cauſas. Pix: oleum: adeps inimica præcipue nouellis. Cortice in orbe detractō necantur: excepto ſubere: quod ſic etiam iuuatur: craſſeſcens enim præſtringit & ſtrigulat. Nec adrachne offenditur: ſi non ſimul incidatur & corpus. Alloquin & cerasus & tilia & uitis corticem mitunt: ſed non uitalem: nec proximum corpori: uerum eum qui ſubnaſcente alio expellitur. Quædam natura rimo ſus cortex: ut platanis. Tilia renaſcitur paulominus q̄ totus. Ergo iis quarum cicatricem trahit: medentur luto ſimoq; & aliquando profunt: ſi non uehemētor frigorū uel calorū uis ſecata eſt. Quædam tardius ita moriuntur: ut robora & quercus. Refert & tempus anni. Abieti enim & pino ſiquis detraxerit ſole taurum uel geminos tranſeunte cum germinant ſtatim moriuntur. Eandem iniuriam hyeme paſſæ diutius tolerat. Similiter flex & robur & quercus. Quod ſi anguſta decorticatione fuerit: nil nocet ſupradictis. Infirmiores

uel luxavit

quidem: & in solo gracili uel ab una tantum parte detractus interimit. Similem & decamina-
tio rationem habet cupressi: piceæ: cædri. Eæ enim detracto cacumine aut ignibus adusto: in-
reunt. Similem & de partio animalium. Oleam quidem etiam si lambat capra sterilecere auctore
est Varro ut diximus. Quædam hac iniuria moriuntur. Aliqua deteriora fiunt: ut amygdalæ:
dulcius enim transfigurantur in amaras. Aliqua uero etiam utiliora: ut apud chios pyrus quam
phocida appellant. Nam detractio dicitur quibus prodesset. Intereunt pleræque: excisa stirpe:
exceptis uite: malo: fico: punica. Quædam uel ab ulcere. Ficus hanc iniuriam spernit: & omnia q̄
resinam gignunt. Radicibus amputatis mori minime mirū est. Pleræque tamen non omnibus: sed
maximis: aut quæ sunt iter illas uitales: abscissis moriuntur. Necat inuicem inter se umbra. Vel
densitate atq; alimenti rapina. Necat & hedera uinciens. Nec uiscum prodest: & cytiscus: nec aureo
quod halimō græci uocant. Quorūdam natura non necat quidem: sed lædit odore: aut succi
mixture: ut raphanus & laurus uitem. Olfactrix enim intelligitur: & tangi eam odore mihi in
modum. Ideoq; cum iuxta sit: auerti & recedere: saporemq; inimicum fugere. Hinc sumptit An-
dronicus medicinam contra ebrietates raphanū mādi præcipiens. Odit & caulē & omne olus.
Odit & corylum: nisi procul absint tristis atq; ægra. Nitrum quidem & alumen marina aqua ca-
lida & fabæ putamina uel crui ultima uenena sunt inter uitia arborum.

De prodigijs ex mutatione.

CA. XXV.

St & prodigijs locus. Inuenimus enim sine folijs natas uitem: ficum: & malum poni-
cum stirpe fructum tulisse: non palmitē aut ramis: uitem uuas sine folijs: oleas quoq;
amississe folia baccis hæretibus. Sunt & miracula fortuita. Nam & oliua in totum am-
busta reuixit. Et in boetia derosæ a locustis ficus iterum germinauerunt. Mutantur ar-
bores & colore. Fiuntque ex nigris candidæ: non semper prodigiosa: & maxime quæ ex semina
scuntur: ut populus alba in nigram transit. Quidam & sorbum si in calidiora loca uenerit: sterile
scere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus acerba poma: aut dulcia ex acerbis. E caprifico
fici & contra. Graui ostento cū in deteriora mutantur: ex olea in oleastrum: Ex candida uua &
fico in nigras: ut laodiceæ Xerxis aduētū platano in oleam mutata. Qualibus ostentis aristandri
apud græcos uolumen scateat: ne in infinitum habeamus. Apud nos uero. C. Epidii commētarij:
in quibus arbores locutæ reperiantur. Subsedit in cumano arbor graui ostento: pauloante Pom-
peii magni bella ciuilia: paucis ramis eminentibus. Inuentum sybillinis libris: inter nitionem ho-
minum fore: tantōq; eam maiorem quanto propius ab urbe postea facta esset. Sunt prodigia &
cum alienis locis nascuntur: ut in capitibus statuarum: uel aris: & cum in arboribus ipsis alant.
Ficus in lauro nata est cyzici ante obsidionē. Simili modo trallibus palma in basi Cæsaris dicta-
toris circa bella ciuilia eius. Nec non & Romæ in capitolio in capite bis bello per se enata palma
uictoriam triumphosq; portendit: ac tēpestatibus prostrata: eodem loco ficus enata est. M. Mel-
falæ. C. Cassij censorum lustro. A quo tempore pudicitiam subuersam Piso grauis auctor prodii-
dit. Super omnia quæ unquam audita sunt: etiam prodigium in nostro æuo Neronis principis
ruina factum in agro marrucino. Vectis Marcelli e primis equestris ordinis oliueto uniuerso ui-
am publicā transgresso: aruisq; inde e contrario in locum oliuetti profectis.

De remedijs morborum arborum.

CA. XXVI

Nunc expositis arborum morbis: consentaneū est dicere & remedia. Ex iis quædā sunt
communia omnium: quædam propria quarundam. Cōmunia: ablaqueatio: accumu-
latio: affari radices: aut cooperiri: riguis dato potu. uel ablato simi succo: ifectus. Pura-
tione leuatis onere. Item succo emisso quibusdam ueluti detractio sanguinis: circums-
rasi corticis: uitium extenuatio: & domitura palmitum. Gemmarum: si frigus retortidas hirsq;
federit: repunicatio & quædam politura. Arborum iis aliæ magis: aliæ minus gaudent: ueluti cu
pressus: & aquam aspernatur & simum: & circumfossuram: amputationemq; & omnia remedia
odit. Quinetiam necatur. Riguis & uitæ & punicæ præcipue aluntur. Ficus ipsa arbor riguis ali-
tur. Pomum uero eius inarescit. Amygdalæ si colantur: fossione florem amittunt. Nec infans cir-
cū fodere oportet: priusquā ualidæ ferre cœperint poma. Plurimæ autem amputari sibi uolunt
oneroforæ: ac superuacua: sicut nos unguē & capillum. Reciduntur ueteres totæ: ac rursus a stolce
aliquo resurgunt: sed non omnes: nec nisi quarum naturam pati diximus. Rigua æstiuis uaporibus
utilia: hyeme inimica: autumnō uaria. Et hoc est ex natura soli. Quippe cum uindemator
hispaniarum stagnante solo uuas demetat. Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuis: aut om-
ni aqua sciti: & arari non conuenit. Circa canis ortum rigua maxime profunt: ac ne tunc quidem

nimia: quoniam inebriatis radicibus nocent. Et aetas modum temperat. Notellae enim minus fiunt. Desiderant autem maxime rigari: quae assuere. Contra ficis locis genita non expetunt humorem: nisi necessarium. Asperiora uina rigari utiq; cupiunt. In sulmonensi italica agro pago fabiano: ubi & arua rigantur: mirum q; herbae aqua illa necantur: fruges aluntur: & riguis proficulo est. In eodem agro bruma: tanto magis si nives scateant gelent ue: ne frigus uites adurat: circumfundunt riguis: quod ibi tepidare uocant: memorabili natura in amsne solo. Sed eadem in aestate uix tolerandi rigoris.

De caprificatione & stercoreatione.

CA. XXVII.



Arbunculi ac rubiginum remedia demonstrabimus uolumine proximo. Interim est & caprificatio quaedam in remediis. Cum macie corticis ex aegritudine astringente se: iusto plus uitalia arborum comprimente exactam falcis aciem utraq; manu imprimētes perpetuis incisuris deducunt: ac ueluti cutem laxant. Salutare id fuisse argumento sunt dilatatae cicatrices: & internato corpore expletæ. Magnaq; ex parte similis hominum medicina & arborum est: quando earum quoq; terebrantur ossa. Amygdalæ ex amaris dulces sunt si circumfollo stipite: & ab ima parte circumforato defluens pituita astringatur. Et ulmis detrahatur succus inutilis supra terram foratis usq; ad medullam in senectâ: aut cum alimento nimio abundare sentiunt: ur. Idem & ficorum turgido cortice incisuris in obliquum leuibus emittitur. Ita sic ne decidant fructus. Pomiferis: quæ germinant: nec serunt fructum: si illa radice inditur lapis fertilesq; sunt. Hoc idem & amygdalis e robore cuneo adactò. In pyris: fortisq; e tæda: ac cinere: & terra cooperto etiam radices circūcidisse prodest. Vitium luxuriantiu: ficorumq; & circumcisis cinerem addidisse. Fici serotinae fiunt: si primæ grossi cum sabæ magnitudinem excessere: detrahantur. Subnascuntur enim quæ serius maturescunt. Eadem cum frondere incipiunt: si cacumina rami cuiusq; detrahantur: firmiores fertilioreq; sunt. Nam caprificatione maturata in ea culices nasci & grossis manifestum est: quoniam cum euolauere non inueniuntur intus grana: quæ in eos uersa apparet. Exeundi tanta est auditas: ut pleriq; aut pede relicto aut penna pariter erupant. Est & aliud genus culicum: quos uocant centrias facis apum similes ignavia: maliciaq; cum pernicie uerorum & utilium. Interimont enim illos atq; ipsi moriuntur. Vexant & tineæ semina ficorum. Contra quas remedium in eadem serobe defodere italicam lentiscū inuersa parte: quæ fuerit a cacumine. Vberimas autem ficus rubrica amurca dilata: & cum fimo inuisa radicibus frondere incipientium facit. Caprificorum laudatur maxime nigra: & in petrosis: quoniam frumenta plurima habeat caprificatio ipsa post inibrem. In primis autem cauendum: ne ex remediis uitia fiant. Quod euenit nimia aut intempestiua medicina. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Vitis tantum tonsuram annuam querit: aliam myrtus: punica: oleæ: quia celeriter fruticescunt. Cæteræ rarius tondentur. Nulla autem. Ac ne raduntur quidē nisi uere putatione. Plagæ ad uitalia sunt oia: quæcumq; non superuacua. Similis stercoreatio. Gaudent ea: Sed cauendū est: ne in seruore solis admoueat: ne imaturius: ne ualidius q; opus sit. Vrit uineas suillum: nisi quinquennio interposito: præterq; si riguis diluatur. Et e coriariorum fordibus: nisi admixta aqua. Item largius. Iustum existimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem soli natura decernit. Columbino ac sullo plagis quoq; arborum medentur. Si mala punica acida nascantur: ablaqueatis radicibus. fimum suillum adhibet: eo an no inuolenta: proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater an no: singulis amphoris: aut cacumina spargi uino laere diluto. Si findantur in arbore: pediculum froqueti. Ficus utiq; amurcam ad fundi. Cæteris arboribus ægris fecem uini: aut lupinum. circa radices earum seri. Aqua quoq; lupini decocti circumfusa pomis prodest. Fici cum vulcanalibus tonuerit: cadent. Remedium est: ut ante stipula hordeacea areæ stringantur. Cerasos præcoces facit: cogitque maturescere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma interuelli melius est: ut quæ relicta sunt grandescant.

De diuersis medicamentis arborum contra uenenata animalia: & contra formicas: & contra noxia animalia.

CA. XXVIII.



Vaedam poena emendantur: aut morsu excitantur: ut palmæ & lentisci. Salis enim aquis aluntur. Salis uim & cinis sed leniorem habet. Ideo ficis asperguntur: ruracq; ne fiant uermio sæ: neue radices putrescant. Quin & uitium radicibus aquam saliam iu-bent affundi: si sint lachrymosa. Si uero fructus earum decidant: cinerem aceto aspergunt: illini: aut sandaraca si putrescat uua. Si uero fertiles non sunt: aceto acri subactò cinere

Parti quidem usus multa post saecula coeptus est. Nec ante poenorum arma: quae primum hispaniae intulerunt. Herba & haec sponte nascens: & quae nō queat seriuunculy proprie aridi soli uni terrae dato uitio. Naq; id malum telluris est: nec aliud sibi ferri: aut nasci potest. In africa exiguum: & inutile gignitur: carthaginēsis hispaniae citerioris portio. Nec haec tota: sed quatenus parit montes quoq; sparto operit. Hinc strata rusticis eorum hinc ignes fascesq;. Hinc calceamina: & pastoz uestis: animalibus noxium: praeterq; cacuminum tenentate. Ad reliquos usus laboriose euellit. Ocreatis cruribus: manibusq; tectis manicis coou lutum ossis ligneis ue conamētis. Nunc iam in hyemem uix: Facillime tamen ab idibus matris in iunias: hoc maturitatis tempus. Vullsum fascibus in acervo adunatū biduo tertio resolutum Spargitur in sole siccaturq;: & rursus in fascibus redit sub tecta. Postea maceratur aqua marina optime: sed & dulci si marina desit. Siccaturq; sole iterum rigatur: si repete urgeat: desiderium perfusum calida in folio: ac siccatum stans compendium operae fatetur. Hoc autem tōditur: ut fiat utile praecipue in aquis: marisq; inuictum. In secco praefertur e canabi funes. Et spartum alitur etiam demessum: ueluti natalū sit impensa. Est quidem eius natura interpolis. Rurūsq; q; libeat uetustum nouo miscetur. Verū tamen complectetur aio: qui uolet miraculū aestimare: quo sit i usū oibus terris nauium armamentis: machinis aedificationū: aliisq; desiderii uitae. Ad hos omnes usus quae sufficiant: minus. xxx. M. passuum in latitudinem. A littore carthaginis noue

uel folio

in usq; in longitudine esse reperientur. Longius enim uehi impendia prohibent. Iuncto graecos ad fines usq; nomini credamus οχονοσ quo herba ea appellant. Posica Palmag. foliis Phyllis manifestum est. Et inde translatus a poenis spartum usum per q̄ simile est ueri. Theophrastus ait hoc esse bulbi genus circa ripas amniū nascens: cuius inter summū corticem: eamq; partē qua uescuntur esse laneam naturam: ex qua mapalia: uelutiq; quōdam conficiebant. Sed neq; regionem in qua id fiat: neq; quicq; diligentius: praeterq; eriophoron id appellari in exemplaribus: quae equidem in uenerim: tradit cuncta cura magna persecutus. cccxc. annis aē nos: ut alio iam loco diximus. Quo apparet post id temporis spatium in usum uenisse spartum. Et qm̄ a miraculis rerum coepimus: sequemur eorum ordinem: in quibus uel maximum est aliquid nasciant uel uere sine ulla radice. Tubera uocantur haec undiq; terra circūdata: nulliq; fibris nixa aut saltem capillamentis: nec utiq; extuberante loco in quo gignuntur: aut rimam agente. Neq; ipsa terrae cohaerent. Cortice etiam includuntur: ut plane nec terram esse possimus dicere: neq; aliud q̄ terrae colum. Siccis haec fere: & fabulosi locis: fruterosiq; nascuntur. Excedunt saepe magnitudinē mali cotonei: etiā librasi pondere. Duo eorum genera: harenosa dentibus inimica: & altera sine ra. Distinguntur & colore raso nigroq;: & intus candido. Laudatissima quae africae crescunt. An ne uitium id terrae: Neq; enim altud intelligi potest: malum ne id ea protinus globetur magnitudine qua futurum est: Et uiuat necan non: haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enī ratio cōmanis est tis cum ligno. Lartio licinio praetorio uiro iura reddente in hispania carthagini pacis his annis scimus accidisse: mordenti tuber: ut deprehensus inde denarius primos dentes in se dederet. Quo manifestum erit terrae naturam in se globari: Quod certum est ex iis quae nascuntur & feri non possunt.

De mīly: & tuberibus de fungis pezicis: laserpitio: & magyderi: & rubia: & radícula. CA. III. **S**imile est quod in cyrenaica puincia uocant mīly: praecipuū suauitate: odore: ac sapore: sed carnosius. Et quod in thracia ceraunium. De tuberibus haec traduntur peculiari ter. Cum fuerint imbres autumnales: ac tonitrua crebra: tunc nasci: & maxime e tonitribus: nec ultra annum durare: teneerrima autem uerno esse. Quibusdam locis accipiantur riguis & seruntur sicut mytilenis. Negant nasci nisi exundatione fluminum in uento semine ab Tiaris. Est autem his locus in quo plurima nascuntur. Asia nobilissima circa lāpīacum: & alopecome sum: graeciae uero circa elinbunt & in figorum genere a graecis dicti pezicā: qui sine radice aut pediculo nascuntur. Ab his proximū dicitur auctoritate clarissimum laserpitium: quod graeci silphion uocant: in cyrenaica prouincia repertum: cuius succum uocant laser: magnificum in usu: medicamentisq;: & ad pondus argenti denarii pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur: quoniam publicani qui pasua conducunt: maius ita lucrum sentientes depopulantur pecorum pabulo. Vnus autem caulis nostra repertus memoria Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis: hoc deprehēditur signo: oue cum comederit dormiente protinus: capra sternutante. Diuque iam non aliud ad nos inuehitur: q̄ quod in perside: aut media: & armenia nascitur laser: multo infra cyrenaicum. Id quoq; adulteratur gummi: aut facopenio: aut faba fracta. Quo minus omittendum uidetur. C. Valerio. M. Herennio coss. cyrenis aduecta romam publice laserpitii pōdo. xxx. Caesarem uero dictatorem initio belli ciuili in ter aurum argentumq; protulisse ex aëratio laserpitii pōdo. cxi. Id apud auctores graeciae euidētissimos inuenimus. Natum imbre pieeo repente madefacta tellure circa hesperidum hortos syrtinq; maiorem. vii. annis ante oppidum cyrenarum: quod cōditum est urbis nostrae anno. cxliiii. Vim autem illam per quattuor stadiorum spatium in africa ualuisse. In ea laserpitium gigni solitum rem feram: ac contumacem: & si coleretur: in deserta fugientem. Radice multa crassa: caule ferulaceo: haud simili crassitudine. Huius folia maspetum uocabant: apio maxime similia. Semen erat foliaceum. Foliū ipsum uero deciduum. Vesci pecora solita: primoq; purgari: mox pi gustere: carne mirabilem in modum iucunda. Post folia amissa caule ipso & homines uescēbatur decocto: aslo: elixioq;. Eorum quoq; corpora al. primis diebus purgante a uittis. Ex tis omnibus succus duobus modis capiebatur: e radice: atque caule. Et haec duo erant nomina thizias: atque caulias. Viltor ille: ac putrescens radice: cortex niger: & ad mercis adulteria. Succum ipsum in uasa coactū admixto farfare subinde concutiendo ad maturitatem perducebant: ni ita fecissent putrescentē. Argumentum erat maturitatis color: siccitasq;: sudore sinito. Alii tradūt laserpitii radicē fuisse maiorē cubitali: tuberque in ea super terram. Hoc in ciso profuere solitum succum ceu lactis supernato caule: quē magydarin uocant. Folia aurei coloris pro semine fuis-

uel th c litoribus
uel ueltesq;
quardam
conficiant

Culicid
K. 1000
ut in
m. 1000
m. 1000
m. 1000

id q; bo
m. 1000
m. 1000
uel farina

m. 1000
m. 1000

se: cadentia a caulis ortu: auctro flante. Ex his laserpitium nasci solum annuo spatio: & radice & caule consumentibus sese. Hoc & circufodi solitum prodidere. Nec purgari pecora: sed agra lana ri: aut protinus mori: quod in paucis accidere. Perfico Silphio prior opinio congruit. Alteri genus est quod magydans uocatur tenerius & minus uehemens: sine succo. Quod circa syriam nascitur: non proueniens in cyrenaica regione. Gignitur & in pernafo monte copiosius: quibusdam laserpitium uocantibus: perq; oia adulteratur rei saluberrimae utilissimaeq; auctoritas. Probatio sinceri prima in colore modice rufo: & cu frangitur: candido intus. Mox traslucete: gutta aquae saluag liquefit. Vfus in multis medicaminibus. Sunt etiam duo genera non nisi fordido nota uulgo: cum quaeftu nullo polleant. In primis rubia tinguedis lanis & coriis necessaria. Laudatissima italica: & maxime suburbana: & omnes pene provinciae scitent ea. Sponte prouenit: seriturq; similitudine eruiliae. Verum spinosus ei caulis & geniculatus hic e quinis circa articulos in orbe foliis. Semen eius rubrum est. Quot in medicina usus habeat suo dicemus loco. At quae uocatur radícula lauandis demum lanis succu habet: mirum quantum conferens candorem: molliciaq;. Aequae nascitur satia ubique sed spote pcipua in asia: syriacq; saxosis & asperis locis. Trans euphratem tamen laudatissima caule ferulaceo: tenui: & ipsis cibis indigenarum expetito: & tingenti quicquid sit: cum quo decoquatur: folio oleae. Struthion graeci uocant: floret astate: grata aspectu: uerum sine odore: spinosa: & caule lanuginoso. Semen ei nullum: radix magna: q; coci djtur ad quem dictum est usum.

De hortoꝝ cura: & digestio terrae nascetur: pter fruges: & frutices. CA. III.

A his superest reuerti ad hortoꝝ curam: & suapte natura memoranda. Et quoniam antiquitas nihil prius mirata est: q; hesperidum hortos: ac regu Adonis: & Alcinoi. Itemque pensiles: siue illos Semitamis: siue assyriae rex Cyrus fecerit: de quorum ope alio uolumine dicemus. Romani quide reges ipsi coluere. Quippe et Superbus Tarquinus nucum illum seuum atque sanguinatum: silio remisit ex horto. In. xii. tabulis legum nostrarum: nusq; nosatur uilla: semper in significatione ea ortus. In horti uero haedum. Quae re comitata est & religio quaedam: hortoꝝ & fores tantum contra inuidetium fascinoꝝ dicari uideamus. In remedio saturnica signa quaeq; hortos tutelae Veneris assignante Plauto. lam q; dem hortoꝝ nomine in ipsa urbe delicias: agros: uillasq; possident. Primus hoc instituit athenis Epicurus hortoꝝ magister. Vsq; ad eu moris non fuerat in oppidis haberi rara. Romae quidem per se hortoꝝ: ager pauperis erat. Ex horto plebei macellu: q; ro innocetiore uictu. Meri enim credo in profunda satius est: & ostrearum genera naufragio exquiri. Aues ultra phasidem amne peti: & fabuloso quidem terrore tutas: immo sic preciosiores. Alias in humidis atq; aethyopia in sepulchris aucupari: aut pugnari cum feris mandi ab eo cupiente: qd mandat alius. At her cuculem q; uilia haec q; parata uoluptati satietatiq; nisi eadem quae ubiq; indignata occurreret. Ferendum sane fuerit exquisita nasci poma: alia sapore. alia magnitudine: alia monstro: pauperibus interdicta. Inueterari uina: facisq; castrari. Nec cuiq; adeo longam esse uitam: ut non ante se genita poret. E frugibus quoq; quoddam alimentum excogitasse luxuriam: ac medullam tantu earum: superque pistrinaru operibus & calaturis uiuere alios pane procre: alios uulgi: tot generibus usque ad infimam plebem descendente anima. Et iam ne in herbis discrimen inuentum est: Oluque differentiam facere in cibo: etiam uno esse uenali: Et in his aliqua quoq; sibi nasci tribus negant. Caule in tantum signato: ut pauperis mensa non capiat. Siluestres fecerat natura horridos: ut quisq; demeterer passim. Ecce alcules spectantur asparagi. Et rauena temis libris re pendit. Heu prodigia uentris: mirum esset non licere carduis pecori uesci: no licer plebei. Aquae quoq; separantur. Et ipsa naturae elementa u; pecuniae discreta sunt. Hi nives: illi glaciem porit: poenasiq; montium in uoluptatem gulae uertut. Seruatur algor aestibus: excogitaturq; ut alienis mensibus nix algeat. Decoquant alias quas mox & illas hyemant. Nihil itaque homini sic quomodo rerum naturae placet: Etiam ne herba aliqua diuitiis tantum nascitur? Nemo sacros aentinosque montes: & iratae plebis secessus circumsperxit. Mors enim certe aequabit: quos pecunia sepeauerit. Itaque hercule nullum macelli uedigal maius fuit roma: clamore plebis incusantis apud omnes principes: donec remissum est portorium mercis huius: compertumque non aliter quae tuosius censum haberi: aut tutius: ac minore fortunae iure: cum credatur pefio ea paupe. Is in solo sponsor est: & sub die redditus: superficiesque caelo quocunq; gaudens. Hortoꝝ Cato praedicat caules. Hinc primum agricolae existimabantur prisci: & sic statim faciebant iudicium nunquae eet in domo mater familias. Et enim haec cura foeminae dicebat: ubi intelliges eet hortoꝝ

alio dicitur
quod dicitur
in horto
uel in horto
uel Satyri
ca

uel in horto
uel Satyri
ca

uel plebi
uel mox
uel nequa
esse mrem

rus. Quippe e carriario: aut macello uiuendum est. Nec caules ut nunc maxime probant: damnantes pulmentaria: quæ egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere. Nam carnis deficiat etiam erant in exprobratione. Horti maxime placebant: quia non egerent igni parcerentque ligno. Expediata res & parata semper: unde & acetaria appellabatur. Facilia concoqui: nec oneratura sensum cibo: & quæ minime accenderent ad desiderium panis. Pars eorum ad cõdinamenta pertinet: fateretur domi uersuram fieri solitam. Atque non indicum piper quesitum: quæque tras maria petimus. Iam quoque in fenestris sui plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura præbeant: antequam præfigi prospectus omnis coegit multitudinis innumera: sæua latrocinatio. Quamobrem sit aliquis & his honores: ne ue auctoritatem rebus uilitas adimat. Cum præsertim etiam cognomina procege inde nata uideamus. Lactucinosque in ualeria familia non potuisse appellari: & contingat aliqua gratia operi: curaque nostræ: Virgilio quoque confessio quæ sit difficile uerbos: honorè tam paruis peribere. Hortos uillæ iungendos non est dubium: riuosque maxime habendos: si cõtingat: profuuo amne. Si minus: puteo pertica organis ue pneumaticis tollendo: non haustu rigando. Solu proficindèdum a fauonio: in autum præparandū est post. xliii. dies: inter adque ante brumam. Octo iugæ: opis palari iustū est. Finū tres pedes alte cū terra misceri. Areis distinguit: easque resupinis puluinosque toris ambitu singulis tramitū sulcis: qua def accessus hoi: scate brisque decursus. In hortis nascuntur alia bulbo cõmèdã: alia capite: alia caule: alia folio: alia utroque: alia semine: alia cortice: alia cute: aut chartilagine: alia carne: alia punicis carnosis. Alios fructus in terra est: aliosque & extra: aliosque non nisi extra. Quædam iacēt: crescuntque: ut cucurbitæ: & cucumis. Eadè & pendent: quæ grauiora multo etiã iis: quæ in arboribus gignunt. Sed cucumis chartilagine. Cortex huic uni maturitate transit in lignum. Terra cõdunt raphani: napique: & rapa: atque alio modo inulæ: cicer: pastinacæ. Quædam uocauimus ferulacæ ut anetū: maluas. Næque tradunt auctores in arabia maluas septimo mēse arborefcere: bacularum usum præbere extripio. Sed & arbor est maluas in mauritania liti oppidi astuario: ubi hesperidū horti fuisse p̄duntur. c. passibus ab oceano iuxta delubrum Herculis antiquitus gaditano ut ferunt. Ipsa altitudinis pedes. xx. cassitudinis quæ circūplecti nemo possit. In simili genere habebitur & canabis. Necnon & carnosia aliqua appellabimus: ut spongas in humore pratorum enascentes.

Natura & genera: & historia nascentium in hortis rege. CA. V.



Vngorum enim callum in ligni arborumque natura diximus: & alio genere tubæ pau loante: Chartilaginei generis extraque terra est: cucumis: mira uoluptate. Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die cõgigit ei: p̄siles eorum hortos pmouentibus in soles rotis olitoribus. Rursusque hybernis diebus intra specularium nunquideta reuocantibus. Qui & lacte mulso semine eorum biduo macerato: apud antiquos græciæ auctores scriptū est feri oportere: ut dulciores fiant. Crescunt qua coguntur forma. In italia uirides & quæ minimi. In prouinciis quæ maxima & citrini aut nigri. Placēt copiosissimi africa: grandissimi Moesia. At cū magnitudine excessere: pepones uocant. Viuunt hausti in stomacho in postere die: nec perfici queunt. In ci bis non in salubres: nisi plurimum natant. Oleum odere mire. Nec minus aquas diligunt. Defecti quoque ad eas modice distantes adrepunt. Contra oleum refugiant. Aut si quid obstet: uel si pendent: curuantur. Idque uel una nocte deprehenditur. Si uas cum aqua subiciatur a quattuor digitorum interuallo descendētibz ante postere die. At si oleum eodè modo sit in hamos curuatis. lidem in fistula flore dimisso mira longitudine crescunt. Ecce cum maxime noua forma eorum in campania prouenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox semine ex illo genus fidum: melopeponas uocant. Non pendent hæc: sed humi rotundantur. Mirum in his præter figuram: colorēque: & odorem: quæ maturitatem adepti quæ non pendentes: statim a pediculo recedunt. Columella tradit suum commentum: ut toto anno contingant. Fruticem tubi quæ ualissimum in apricum locum transferre: & recidere daum digitorum relicta stirpe circa æquinoctium uermū. Ita in modula rubi semine cucumeris insito terra minuta simoque circūaggeratas resistere frugum radices. cucumeris uti græci tria genera fecere. Laonicum: scitalicum: boæticum. Ex iis tantum laonicum aqua gaudere. Sunt qui herba: quæ uocatur culix nomine trita semen eorum maceratum feri iubeant: ut sine semine nascantur. Similis & cucurbitis natura duntaxat in nascendo. Aequè hyemem odere. Amant rigua: ac simum. derontur ambo semine in terra sequepedali: fossa inter æquinoctium uernum & solstitium. Parilibz tñ aptissime. Aliqui malunt ex Calend. martii cucurbitas: & nonis cucumeres: & per quinquatros ferere simili modo repantibus flagellis scandentes parietum aspera in rectum usque natura sublimitatis audia. Vires sine adminicu

lo standi non sunt: uelocitas pernix: leui umbra cameras: ac pergulas operietes. Inde hæc duo pri
 ma genera. Camerarium & plebeiū: quod humi creditur. In priore mire tenui pediculo librif
 pondus immobile auræ. Cucurbita quoque oī mō fastigat: uaginis maxime uilibus: cōiecta in
 eas postq̄ defloruit: crefcit qua cogitur forma. Plerūque & draconis intorti figura. Libertate ue
 ro pensili cōcessa: iam uisā est nouem pedū lōgitudinis. Particulatim cucumis flores: sibi ipse su
 perflorescēs: & sicciore locos patif: candida lanugine obductus: magisque cū crefcit. Cucurbita
 rū numerosior usus. Et primus caulis in cibo. Atque ex eo in totū natura diuersa. Nup̄ in balnea
 rū usum uenere urceoz̄ uice. iā pridē uero ēt cadoḡ ad uina condēda. Cortex uiridi tener. De
 radif nihilominus cibus. Cibos salubres ac leues pluribus modis existimāt: q̄ perfici humano p̄
 tre nō queāt: sed nō intumescāt. Semina q̄ pxima collo fuerint: proceras pariunt. Itē ab imis sed
 nō cōparandas supradictis: q̄ in medio rotundas: q̄ lateribus crassas: breuioreſque. Siccat̄ i um
 bra: & cū libeat ferere: i aqua macerant̄. Cibus lōgioreſ tenuioreſque: eo gratioreſ. Et ob id sa
 lubrioreſ: quæ p̄dendo creuere: minimūque seminis tales hnt: duricia eius in cibus gram termi
 nante. Eas quæ semini seruant̄: ante hyemē præcidi nō est mos. Postea fumo siccantur cōdendis
 hortēsioḡ seminibus rusticæ suppellectili. Inuēta est ratio: qua cibus quoque seruarent. Eodē
 mō cucumis usq̄ ad alios pene prouentus: & id quidē Muria fit. Sed & serobe opaco in loco ha
 rena substrato scenoḡ sicco optos: ac deide terra: uirides seruari tradūt. sūt & siluestres i urroz̄
 genere & oibus fere hortēsiibus. Sed & his medica tantū natura est. Quāobrē differēt in sua
 lumina. Reliqua chartilagīnū naturæ terra occultant̄ oīa. In quibus de rapis abunde dixisse po
 teramus uideri: nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda. Latiora uero & concava se
 mini: præstātiora suauitate: & ad condiendū faciliora: quæ sæpius sata transeūt in marem. Idem
 naporū quinq̄ ḡra fecere: Corinthēū cleonæum: liothasiūm boeoticū: & qd̄ per se uiride dicit̄
 runt. Ex iis in amplitudinē adolefcit corinthiū nuda fere radice. Solum. n. hoc genus sup̄ne ten
 dit: non ut cætera in terram. Liothasiū quidam thraciū appellāt: frigoꝝ patientissimū. Ab eo
 boeoticū dulce est: rotunditate ēt breui notabile. Neq̄ ut cleonæum prælongū in totū quidē.
 Quoꝝ tenuiora folia: ipsi quoꝝ dulciores. Quoꝝ scabra & angulosa & horrida amarioreſ. Est
 p̄terea genus siluestre: cuius folia sunt erucae similia. Palma romæ amiterminis datur: de nuriū
 tertia nostratibus. Cætera de sato eoz̄ in rapis dicta sunt. Cortice & chartilagine cōstāt rapha
 ni. Multisq̄ eoz̄ cortex crassior ēt q̄ quibusdā arborz̄. Amaritudo plurima illi est: & pro cras
 situdine corticis. Cætera quoque aliq̄n lignosa. Et uis mira colligēdi spūm laxandique ructum.
 Ob id cibus illiberalis utique si pxime olus mandaf. Si uero cū oliuis drupis rarior uisus fit:
 minūque scetibus. Aegypto mire celebrat̄ pp̄ olei fertilitatē: qd̄ de semine eius faciūt. Hoc ma
 xime cupiunt ferere: si liceat: qm̄ & quæstus plus q̄ e frumento & minus tributū est: nullūque cō
 pioſius oleum. Genera raphani græci fecere tria folioꝝ differētia: crispū: atque lenis: & tertium
 siluestre: Atque huic læuia quidē folia: sed breuiora: ac rotūda: copiosaq̄: atque fruticosa. Sapor
 autem asper: & medicamētū instar ad eliciēdas aluos. Et i prioribus tñ dīa seminis ēt: qm̄ aliquis
 admodū exigūū ferūt. Hæc uicia nō cadunt nisi in crispa folia. Noſtri alia fecere genera: Algidē
 se a loco longum atq̄ translucidū. Altez̄ rapi figura: qd̄ uocat̄ syriacū: suauissimū fere ac tener
 rimum: hyemifq̄ patiens. Præcipuū tñ est: qd̄ e syria nō pridē aduectū apparet: qm̄ apud aucto
 res nō reperit. Id at̄ tota hyeme durat. Etiamnū unū siluestre græci cheriā uocat̄: pōtici armorū:
 alii leucē: noſtri armoratiā fronde copioſius q̄ corpore. In oibus autē probandis maxime spectā
 tur caules: in initio enim rotūdioreſ crassioreſque: ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora: & angu
 lis horrida. feri uult raphanus terra soluta: humida. Fimum odit: palea cōtentus. Frigore adeo
 gaudet: ut in germania infantū pueroz̄ magnitudinē æquet. Seritur post idus febru. ut uentus
 sit. iterūque circa uulcanalia: quæ satio melior. Multi & martio: & aprili ferūt & septēbri. Incipiē
 te incremento cōfert alterna folia circūobruere: ipsos uero accumulāre. Nā qui extra terrā emer
 serit durus fit atque fungosus. Aristomachus detrahi folia per hyemem iubet: & ne lacunz̄ sta
 gnent accumulāre. Ita in æstate grandescere. Qui dā prodidere: si palo adactō. cauerna palea in
 sterna: in sex digitoz̄ altitudine: deinde semen simūque: & terra congeratur ad magnitudinem
 scrobis creſcere. Præcipue tamen salis aluntur. Itaque etiā talibus aquis irrigant̄. Et in ægypto
 nitro sparguntur: ubi sunt suauitate præcipui. In totum quoque salſugine amaritudo eorum
 eximitur: siuntque coctis similes. Nanque & cocti dulcescūt: & in naporz̄ uicem transeunt. Cru
 dos medici suadent: ac colligenda acria uisceꝝ: dandos cum sale ieiunis efficiatque ita uomitio
 nibus præparant meatum. Tradunt & præcordiis necessarium hunc succum: quando phthilin

Inuēta est ratio: qua cibus quoque seruarent.

*Maximū
quinq̄ ḡra fecere:*

ut cōdēdū
uel liotha
lasiūm

iboz̄ ibz̄

uel deflexa
uel demere

cordi intus inhaerentē nō alio potuisse depelli cōpertum sit: in aegypto: regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos insecantibus. Atq; ut est graeca uanitas: fertur in templo Apollinis delphis adeo ceteris cibus praelatus raphanus: ut ex auro dicere raphanus: beta ex argento: rapum e plumbo. Scires non ibi genitum Manniū Curium imperatōre: quem in hospitio ligatis aurum repudiatio afferentibus: rapum torrentē in foco inuentū: annales nostri pdidere. Scriptū & Morchion graecus de raphano unum uolumē. Vtilissimi in cibus hyberno tpe existimantur. lidemq; dentibus semper inimici: quoniā atterant. Eborā certe poliūt. Odium iis cum uite maximum: refugitq; iuxta fatos. Lignosiora sunt reliqua i chartilaginū genere a nobis posita. Mirūq; oibus uehementiā saporis inesse. Ex iis pastinacā unū genus agresse sponte puenit: staphylinos graece dicitur. Alteq; feritur radice uel semine primo uere uel autūno. Vt Hygino placet: februario: augusto: septēbri: octobri: solo q̄ altissime rososio. Annicula utilis esse incipit: beta utilior: gracios autumnno: patinisq; maxime. Et sic quoq; uirus illi intractabilē ē. Hibiscum a pastinaca gracilitate distat: Dānatum cibus: sed medicinae utile. Est & quartū genus in eadem similitudine pastinacae: quā nostri gallicā uocant: graeci uero daucon. Cuius genera etiā quattuor fecere: inter medica dicendum. Sifer & ipsum Tyberius princeps nobilitauit: flagitans oibus annis a germania. Gelduba appellatur castellū rheno impolitū: ubi generositas p̄cipua. Ex quo apparet frigidis locis cōuenire. Inest longitudine neruus: qui in decoctis extrahitur: amaritudinis tñ magna parte relicta: quae multo in cibus temperata ē in gratiam uertitur. Neruus idem: & pastinacae maioris dūtaxat anniculae. Sifer his feritur mensibus: februario: martio: aprili: augusto: septēbri: octobri. Breuior his est: sed torosior: amariorq; inula per se stomacho inimicissima. Eadē dulcibus mixtis saluberrima. Plurimis modis austeritate uicta gratiam inuenit. Naq; & in pollinem tundit arida: liq; docq; dulci tēperatur: & decocta postea aut asseruata: uel macerata pluribus modis: & tunc mixta defruto: aut subacta melle: uuiq; passis: aut pinguibus cariotis. Alio rursus modo cotoneis: malis: uel sorbis: aut prunis. Aliq; sipere aut thymo uariata defectus p̄cipue stomachi excitat. Illustrata maxie Iuliae Augustae quotidiano cibo. Supuacū eius semē: qm̄ oculis ex radice excisis: ut harūdo serif. Et haec aut serif: & sifer: & pastinaca: utroq; tpe uere & autūno magnis seminū interuallis. Nulla ue minus quaternog; pedum: qm̄ spatiose fruticat. Sifer ac trasserre melius. Proxima his bulboꝝ natura: quos Cato in primis serendos praecipit: celebrans megaricos. Verum nobilissima est scylla: q̄q; medicamini nata acetog; exacuendo. Nec ulli amplitudo maior: sicut nec uis asperior. Duo genera medicae: masculus albis foliis. foemina nigris. Et tertium genus est cibus gratum. Epimenidium uocatur: angustius folio: ac minus aspero. Seminis plurimū omnibus. Celerius tamen pueniunt sata bulbis circa latera natis. Et ut crescant: folia quae sunt in his ampla: deflexa circa obruuntur. Ita succū omnem in se trahunt capita. Spōte nascūtur copiosissime in balariibus ebusq; insulis: ac per hispanias. Vnum de iis uolumē cōdit Pythagoras philosophus: colligens medicas uires: quas pximo reddemus libro. Reliqua bulborum genera differuat colore: magnitudine: sua uitate. Quippe cum quidā crudi mandantur: ut in cherroneso taurica. Post hos i africa nati maxime laudant. Mox apuli: Gñā graeci haec fecere Bulbinen: sitaniō: pithyon: acrocotion: aeglops: isorynchiō. In hoc mirum: imas eius radices crescere hyeme. Verno autem cū apparuerit uiola: minui: ac contrahitur: deinde bulbū pingue. scere. Est inter genera quod in aegypto aron uocant: scylla proximum amplitudine: foliis lapaticae: caule recto: dum cubitorū baculi crassitudine: radice mollioris naturae: quae edatur & cruda: Effodiuntur bulbi ante uer. At deteriores illico sunt: si fundūt. Signum maturitatis: folia ina rescentia ab imo. Vetusiores improbant. Item paruos & longos. Contra rubicundis rotundioribusq; laus & grandissimis. Amaritudo plerisq; in uertice est. Media eorum dulcia. Bulbos nō nasci nisi ex semine priores tradiderunt. Sed & in praenestinis campis sponte nascuntur: ac sine modo: etiam in remorum aruis.

De hortensiu herbae radicebus: foliis: floribus: coloribus. CA. VI.



Ortēsbibus oibus fere singulae radices: ut raphano: beta: apio: maluae. Amplissima ac lapato: ut q̄ descēdat ad tria cubita. Siluestri minores: tumidae. Effossa quoq; diu uiuit. Quibusdā tñ capillatae: ut apio: maluae. Quibusdā surculosae: ut ocimo. Aliis canosae: ut beta: aut magis etiam nū troco. Aliquibus ex cortice: & carne cōstant: ut raphano & rapis. Quorū dā geniculatae sunt: ut graminis. Quae rectā nō hnt radicē: statim plurimis nituntur capillamentis: ut atriplex & blitū. Scylla autē: & bulbi: & cepe: & allii nō nisi i rectū radicanur. Sponte nascentiū quaedā numerosiora sunt radice q̄ folio: ut. Alpalax: perdicū: cro-

uel calax
ul' pdioctū

tum. Florent uero cum fraxino serpillum: ambrotonum: napi: raphanum: menta: ruta: & cetera q
 de deflorescunt cum coepere. Ocimum autem particulatum: & ab imo incipit. Qua de causa diuissime flo
 ret. Hoc & in heliotropio herba euenit. Flos alius candidus alius luteus: alius purpureus. Folia ca
 dunt a cacuminibus origano: inula: & aliqui ruta: iniuria laesa. Maxime cocca sunt cepegetio.
 Allium: cepaeque inter deos iureturado habet aegyptus. Cepe graecis apud graecos sarda: famothracia: haliode
 na: setania: hie schista: Aiscalonia ab oppido iudaea notata. Oibus est odor lachrymosus & praecipue
 cyprius: minime graecus. Oibus corpus tutum pinguidis eae chartilagine. E cunctis setania mini
 ma: excepta tusculana. sed dulcis schista autem: & aiscalonia condunt. Schista hyeme cum coma sua rel
 quunt. Vere folia detrahunt: & alia subnascunt iisdem diuisuris unde & nomen. Hoc exemplo reliqua
 quoque generibus detrahi iubentur in capita crescant: potiusque in semetipsa. Aiscaloniaque propria na
 tura. Etenim uelut steriles sunt ab radice: & ob id semine feri illas non deponi iussere graeci. Prae
 rea serius circa uerum cum germinant transferri. Ita crasse scire. Et tunc perare: proteriti tempore penititudo.
 Festinandum autem in his est: quoniam natura celeriter putrescunt si deponantur: & caule amittunt: & semine
 ipsae euanescent. Est & colorum differentia. Samo enim & sardibus candidissima: prouenit. Sit
 in honore & cretica: de quibus dubitatur an eadem sint: quae aiscalonia: quoniam satis capita cras
 scunt: depositis caules & semina. Distant sapore tantum dulci. Apud nos duo genera. Vnum
 condimentarium: quod illi getion: nostri pallacanum uocant. seritur mensibus martio: aprilima
 io. Alterum capitatum aequo ab aequinoctio autumnum uel fauonio. Genera eius austeritatis ordi
 ne: africana: gallica: tusculana: amiterina. Optima autem quae rotundissima. Item rustica acriter
 candida: sicca quae uiridis: & cruda quae cocta: sicca quae condita: seritur amiterina frigidis & humidis
 locis: & sola alii modo capite: reliquae semine. Proximaque aestate nullum semen emittunt: sed ca
 pit tantum: quod inarescit. Sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur. Caput ip
 sum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen cepe caula seritur. Separatim cepe sem
 nis: seruantur autem optime in paleis. Getium pene sine capite est: ceruicis tantum longae: & ideo
 totum in fronde: saepiusque ressecatur: ut porrum. Ideo & illud serunt: non deponunt. Caetero ce
 pas ter fosso solo feri iubent: extirpatis radicibus herbarum. In iugera denas libras. Intermissi
 satueriam: quoniam melius proueniat. Runcari praeterea: & sarriri: si non saepius: quater. Aiscalonia me
 se februario serunt nostri. Semen cepae nigrescere incipiens antequam marcescat metunt. Et de por
 ro in hanc cognationem dici conuenit: praesertim cum sectiuo nuper auctoritatem dederit pri
 ceptis Nero: uocis gratia ex oleo aestatis mensium omnibus diebus. Nihilque aliud ac ne pane quidem
 uescendo. Seritur semine ab aequinoctio autumnum si sectiuum facere libuerit densius. In eadem
 area secatur donec deficiat: stercoreaturque semper: si nutrit in capita antequam secescunt: increuerit in
 alia area transferat: summis foliis leniter recisis ante medullam & capitibus retractis tumis ut ex
 tremis: Antiqui silice uel tegula subiecta capita dilatabant. Hoc item de bulbis. Nunc sarcocolla leuiter
 conuelluntur radices: ut delumbatae alant: neque distrahant. Insigneque cum simo latoque solo gaudeat: ri
 gua odit: & tamen proprietate quadam soli constat. Laudatissimum in aegypto: mox orchideaeque ari
 rizae. Sectiuum duo genera. Hoc herbaceum folio incisuris eius euidentibus: quo utuntur medicamentarii.
 Alterque genus suauioris folii rotundiorisque: incisuris leuioribus. Fama est Melae equestri: ordinis
 reum ex percuratiode a Tiberio principe accersitum in summa desperatiode succo porri ad trium dena
 riorum argenteorum pondus austo: coeque expirasse sine cruciatu. Ampliore modum negat portum
 esse. Allium ad multa uariis praecipue medicamenta potest credi. Tenuissimum & quae separatim uestitur
 uersum uelatur membranis: mox pluribus coagmenta nucleis: & iis separatim uestitur. Asperi sape
 ris: & quo plures nucleis fuerit: hoc est asperius. Tedium huic quoque halitu: ut cepis: nullum in
 coctis. Generum differentia in tempore. Praecox maturescit. lx. diebus: tum in magnitudine. Vl
 picum quoque in hoc genere graeci appellauerunt allium cyprium: alii antiscordum: praecipue atri
 cae celebratum inter pulmentaria uariis grandius alio trito in oleo & aceto mirum quantum inere
 feat spuma. Quidam & allium ulpicum in plano feri uetant: castellarumque grumulis imponi di
 stantibus inter se pedes ternos. Inter grana quattuor digiti interesse debent: simul atque ma
 lia eruperint sarriri. Grandescunt quo saepius sarriuntur. Maturescitium caules depressi in terra
 obruantur ita cauetur ne in frondem luxurent. In frigidis utilius uere feri quae autumno. Caetero
 ut odore careant omnia haec iubentur feri: cum luna sub terra sit: colligi cum in coctu. Sine iis Me
 nander e graecis auctor est: allium edentibus: si radicem betae in pruna tostam superederint: odo
 rem extingui. Sunt qui & allium: & ulpicon inter compitalia ac saturnalia feri aptissime putent.
 Allium & semine prouenit sed tarde. Primo enim anno porri crassitudine capite efficitur: sequit

Handwritten marginal note in the top left corner.

Handwritten marginal note on the left side.

ul' calibus & semine

Handwritten marginal note on the left side.

Handwritten marginal note on the left side.

nel aphroscordon

Handwritten marginal note on the left side.

uel opalia

ni diuiditur: tertio cōsumatur. Pulchriusq; existimatur tale. A quibusdam in semē exte ueratur. Sed in ortu caulis satioris gratia: ut caput ualidius fiat. Quod si diucius aliū cepes in ueterari libeat: q̄ salia tepida capita intīgēda sunt. Ita diuturniora fient: melioraq; usur: sed i satū sterilia. Alii contēti sunt primo super prunas suspendisse: abunde q; ita profici arbitrantur: ne germinēt. Quod facere aliū cepamq; extra terrā quoq; certum est: & cauliculo acō euanescere. Aliqui & aliū palea optime seruari putant. Allium est & in aruis sponte nascens: aliū hoc uocant: quod aduersus i probitatem alitum depascentium semina: cōstitum: ne renasci possit: abicitur: statimq; quae deuorauerit aues stupentes manu capiuntur: & si paulum cōmorauerit resopita: Est & silue stre quod urfina uocant: odore molli: capite pretenus: folijs grādibus.

Quoto die quaeq; herbae nascuntur: & quo modo quaeq; formantur: uel digerantur: & quorum singula genera: & quorū plura.

CA. VII.



In orto: satōq; celerrime nascuntur ocimū: blitū: napus: eruca. tertio enim die erumpūt: anetū quarto: lactuca q̄nto: raphanus: sexto: cucumis & cucurbita septimo: prior cucumis: nasturtium ac sinapi q̄nto: beta: astate sexto: thyme decimo: atriplex octauo: cepe. xix. aut. xx. getium. x. aut. xii. Contumacius coriandrum. Cunila quidē & organū post. xxx. diem Omnium difficillime apium. lx. enim die cū celerrime. l. maiore ex parte emergit. Aliquid & feminū aetas cōfert: quoniam recētia maturius gignuntur. In portō: getio: cucumer: cucurbita. Ex uetere aut celerrius pueniunt apium: beta: cardamū: cunila: organum: coriadrū. Mitum in betae semine: nō enim tota eo anno gignitur: sed aliqd sequente: aliquid tertio. Itaq; ex copia feminis modice nascit. Quaedā anno tantū suo pariunt: quaedā sepius: sicut apium: porrū: getiū. Hęc. n. semel sata pluribus annis restibili fertilitate pueniunt. Semina plurimis rotunda: aliq̄bus oblonga: paucis foliacea & lata: ut atriplici. Quibusdā angusta: & canaliculata: ut cumino. Differūt & colore: nigro candidoq; itē duricie. Surculacea i folliculo sūt raphano: sinapi: rapo. Nudū semē apii: coriandri: aneti: foeniculi: cumini. Cortice obducta blitū: betae: atriplicis: ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil ocimo fecundius. Cum maledictis ac probris ferendū prācipitū letius puenit. Satū etiā pascitur terra adacta cuminū: & qui ferunt prācā: ne exeat. Quae i cortice sunt difficillime mature scunt: maximeq; ocinū: & gyt. Sicant oia ac sunt fecunda. Vtriq; meliora nascūt: aceruatim sato semine: q̄ sparso. Ita certe porrum & allium ferunt in laciniis colliatum. Apium etiā paxillo cauerna facta ac fimo ingesto. Nascunt aut oia aut semine aut auulsiōe. Quaedā semie & surculo: ut ruta: organū. Ocimū p̄cidūt. n. & hoc cū puenit ad palmæ altitudinē. Quaedā & radice & semine: ut cepa: aliū: bulbi: & si quoz; radice annuiferoz; relinquūt. Eorū uero quae a radice nascūtur: radix diuturna: & fruticosa ē: ut bulbi: getiū: scyllae. Frucāt alia & nō capite: ut apium: & beta. Caule reciso fere quidē oia regerminat: exceptis quae nō scabrum caule habent. Est in usu uero ocimū: raphanus: lactuca. Hanc etiam suauiore putant a regerminatione. Raphanus utiq; iucūdiōr detractis folijs anteq̄ decaulescat. Hoc & i rapis. Nā & eadē direptis folijs cooperta terra cresunt: duratq; in aestate. Singula genera sunt ocimo: lapato: blito: nasturtio: eruce. atriplici: coriandro aneto. Hęc. n. ubiq; eadem sunt: neq; aliud alio melius usq;. Rutam furtiuam tantū prouenire fertilius putant: sicut apes furtiuas pessime. Nascunt etiam nū sata: mentastrem: nepeta: intubū: pulegium. Contra plura genera sunt eorum quae diximus: dicemusq; in primis de apio.

uel pauif
ut iarefcūt

Natura & ḡna & historiae ad cōdimēta in orto satāq; rege. xxxvi.

CA. VIII.



Enim quod sponte in humidis nascitur: helioselelinū uocatur uno folio: nec hirsutū. Rursum in siccis h̄pposelelinū: pluribus folijs: simile heleselino. Tertium est ortoselelinū: cicurte folijs: radice tenui: semine aneti: minuiore tamen. Est autem sariius d̄ria in folio denso crispō: aut rariore & leuiore. Item caule tenuiore ac crassiore. Et caulis aliorum candidus est: aliorum purpureus: aliq; uariis. Lactuce gr̄ci tr̄a fecere genera. Vnum latū: caulis: adeo ut hostiola olitoria ex its factitari p̄diderint. Folium his paulo maius herbaceo & angustissimū: ut alibi consumpto incremento alteq; rotundi caulis. Tertium sessile: quod lacoion uocant. Alii coloris & temporis satus genera discreuerē. Esse enim nigras: quae semen mēse ianuario feratur: albas quarū martio: rubentes quarū aprili. At oium earum plātas post binos menses differri. Diligentiores plura genera faciunt: purpureas: crispas: cappadocas: gr̄cas. Longiora his folia caulesq; lati. Præterea longi & angusti intubis similes. Pessimum autem genus cū exprobratione amaritudinis appellauerit picrida. Est etiam nū alia distinctio atrae: q̄ meconis uocatur a copia lactis saporiferi: quāq; oēs somnū parere credant. Apud antiquos italica hoc solū

uel urceola

r. iiii

genus earum fuit: & ideo lactuca nomen adeptæ. Purpuream maxime radicis cecilianâ uocant. Rotundam uero ac minimæ radicis: latis foliis astyrida. Quidamq; eunuchion: quoniâ hæc maxime refragetur ueneri. Est quidem natura oibus refrigeratrix: & ideo æstate gratæ a stomacho fastidium auferunt. cibiq; appetentiam faciunt. Diuus certe Augustus lactuca cõseruatus in ægri tudine fertur prudentia Musæ medici: cû priores eam ob religionem minime cõmanducaret: in tantum recepta cõmendatione: ut seruari etiâ in alienos menses eas oxymelite repertum sit. Sanguinem quoq; augere creduntur. Est etiamnum q; uocat caprina lactuca: de qua dicemus inter medicas. Et ecce cum maxime coepit irrepere satius admodû probata: quæ cilicia uocatur: folio cappadocæ nisi crispum latiusq; esset. Nec ex eodem genere possunt dici: neq; ex alio intubi hyemis impatientiores: uirg; præferentes: sed caule non minus grati. Serunt uero plâ tæ eorum: ultimo uere transferuntur. Est & eraticû intubum: quod in ægypto cichoriû uocant. De quo plura alias. Inuentum omnes thyrifos uel folia lactucag; prorogare urceis conditos: ac recentes in patinis coquere. Seruntur lactucæ anno toto læris: & irriguis: stercoreatig; binis men sibus inter semê plantâq; & maturitatem. Legittimum trî a bruma semen iacere: plantâ in fauonio transferre. Aut semen fauonio: plantam æquinoctio uerno. Albæ maxime hyemê tolerant. Humore oia ortensia gaudent & stercore: præcipue lactucæ: & magis intubi. Seri etiam radices illitas simo interest: & repleti ablaqueatas humo. Quidâ & aliter amplitudinem augent: rectis cum ad semipedem excreuerint: simoq; suillo receti illitis. Candorê uero putant contingere: si dûtaxat: quæ sunt seminis albi: si harena de littore a primo incremento congeratur in medias atq; in crescentia folia cõtra ipsas religuntur. Beta hortensiorum sciuissima est. Eius quoq; a colo re duo genera graeci faciunt: nigrâ & candidâ: quâ præferunt: peissimî feminis: appellatq; scilicet candoris sane discrimine præferentes ut lactucâ. Nostri betæ genera faciunt uernunâ & autina lea: temporibus satius: quâq; & iunio seratur. Transferuntur autê in plâta hæ quoq; & obliqui si mo radices suas: lociq; similiter madidû amant. Vfus iis & cum lente ac faba. Idêq; qui oleris & præcipuus: ut lenitas: excites acrimonia sinapis. Medici innocentiore q; olus esse iudicauerunt. Quâ obrem appositas non nemini: degustare etiâ religio est: utq; ualidis potius in cibo sint. Gemina iis natura & oleris & capite ipso exiliëtis bulbi. Spês summa in latitudine. Ea cõtingit ut in lactu cis: cû coeperint colorê trahere imposito leui pondere. Neque alit hortensioq; latitudo maior. In binos pedes aliquando se pandunt: multum & soli natura cõferente eis. Et in circelensi agro anti plissime proueniunt. Sunt qui betas punico malo florente optime seri existiment: transferri autê cum quinque folioq; esse coeperint. Mira differentia: si uera est: candidis solui alio: modice ni gris inhiberi. Et cum brassica corumpatur in dolio uini sapor: odorê betæ foliis demeris resti tui. Olus caulesq;: quibus nunc principatus hortog; apud graecos in honore fuisse non repio. Sed Cato brassicæ miras canit laudes: quas i medendi loco redemus. Gria eius facit tria. Vnam extentis foliis: caule magno. Alteram crispo folio: quam apianâ uocat. Tertiam minutis caulibus lenem tenerâ minimeque probat. Brassica toto ânno seritur: qm̄ & toto secatur. Vtilissime tamê ab æquinoctio autumnû. Transferitur: cum quinque foliorum est. Cimas a prima sectione sicut proximo uere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus Apiti luxu ria. Et per eum Druso Cæsari fastiditus non sine castigatione Tiberii patris. Post cimam ex radê brassica cõtingit æstiu autûnaleq; que cauliculi: mox hyberni: iterumque cimæ: nullo aque gñe multifero donec sua fertilitate cõsumat. Tertiâ circa solsticiû: ex q; si humidior locus est: ætate: siccor autûno plâtaf. Humor simusq; si defuere: maior saporis gria ẽ. Si abudauerit: lætior fertili tas. Fimum asininû maxime cõuenit. Est hæc quoq; res inter opa ganeæ. Quapp nō pigebit ut bosius psequi. Præcipuus fit caulis sapore ac magnitudine: Primû oium si repastinato seras: dein si terrâ fugientes cauliculos secesta terraq; pceritate luxuriosa attollêtes se exaggerado aliâ accu molês ita: ne plus q; cacumê emineat. Tritianû hoc genus uocat: bis cõputabili spendio redioq;. Cætera gria cõplura sunt. Cumanû: sessile: folio capite patulû. Aricinû altitudine nō excellit: fo lio nûerosius q; tenuius. Hoc utilissimû existimat: qa sub oibus fere foliis fruticat cauliculis pe culiaribus. Põpeianû pcerius caule ab radice tenui intra folia crassescit. Rariora hæc: angustio raq; sed teneritas in dote fit. Frigora nō tollerat. Quibus ẽt alunt brutianû: pgrâdes foliis: caule tenues: sapore acuti. Sabellico usq; i admirationê crispa sunt folia: quoq; crassitudo caule ipsum extenuat: sed dulcissimi peribent ex oibus. Nupet subiere lacuturres ex cõualle aricina: ubi quõ dam fuit lacus turrisq;: quæ remanet: capite prægrandes: folio inumeri. Alii in ortem potrecti. Alii in latitudine torosi. Nec plus ullis capitis post tricianû: cui pedale aliquado cõspicit. Et ci

ma nullis ferior. Cuiusmodi autem generi pruinæ plurimum suscipit: Et nisi obliquo uulnere defendatur medulla plurimum nocet. Semini destinati non seccatur. Est etiam sua gratia nonnunquam plantæ habitu excellentibus. Halmyridia uocant: quoniam nisi in maritimis non pueniunt. Navigatione quoque longinqua uirides asseruantur: si statim dissecti: ita ne humum attingant: in cados olei quæ proxime siccatos: obturatosque condantur omni spiritu excludo. Sunt qui plantam in transferendo alga subdita pediculo nitro ut trito: quod tribus digitis capiatur: celestiores ad maturitatem fieri putent. Sunt qui semen trifolii nitroque sili tritum aspergant foliis. Nitrum est in coquendo uiriditatem custodit. Aut apiciana coctura oleo ac sale priusquam coquantur: maceratis. Est inter herbas genus inferendi præcisus germinibus caulibus: & in medullam semine ex aliis addito. Hoc & in cucumere siluestri. Necnon olus quoque siluestre est trium foliorum. Diu lulii carnibus præcipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe uerbis exprobrauere lapiana se uixisse apud dymrachium præmiorum parsimoniam cauillantes: Est autem id cima siluestris. Omnium hortensiorum laudatissima cura asparagis. De origine eorum in siluestribus curis habunde dictum: & quomodo eos iuberet Cato in harundinetis feri. Est & aliud genus incolitius: asparago mitius comuda passim etiam in montibus nascens: refertis superioris germaniæ campis: non in scito Tyberis. Cæsar is dicto: herbam ibi quandam nasci simillimam asparago. Nam quod in neside campaniæ insula sponte nascitur: longe optimum existimatur. Hortensium serit spongis. Est enim plurimæ radices: altissimeque germinat. Viret thyrso primū emicante. Qui caulem educens tempore ipso quo fastigatus est: in toros stringitur. Potest & semine feri. Nihil diligentius comprehendit Cato. Nouissimumque libri est: ut appareat repentinam ac nouitiam uiro curam fuisse. Locum subigi iubet humidum: aut crassum. Semipedali undique intervallo serit: ne calces. Præterea ad lineam grana bina aut tercia paxillo dimitti. Videlicet semine tum tantum ferebantur. Id fieri secundum æquinoctium uernum. Stercore satiari. Crebro purgari. Caueri ne cum herbis euellantur asparagi. Primo anno stramento ab hyeme protegi. Vere aperiri: sarriri: rancari. Tertio incendi uerno. Quo maturus incensus est: hoc melius prouenit. Itaque harundinetis maxime conuenit quæ festinant incendi. Sarriri iubet idem non antequam asparagus natus fuerit: ne in sarriendo radices uentur. Ex eo uel in asparagum ab radice. Nam si defringatur: stipes cæret: & intermori. Velli donec in semen eat. Id autem mature scete ad uerit: incendique: ac rursus cum apparuerint asparagi sarriri ac stercoreari. Ac post annos nouem cum iam uetus sit: digeri subacto solo stercoreatoque. Tum spongis serit singulorum pedum intervallo. Quin & ouillo fimo noiatum uti: quoniam aliud herbas cæret: nec quicquam postea tantum utilius apparuit: nisi quæ circa idus februarii defosso semine acruatis partuulis scrobibus ferunt: plurimumque maceratum fimo. Dein nexis inter se radicibus spongias factas post æquinoctium autumni disponunt pedalibus interuallis: fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius his solum quæ rauennatum. Hortogæ indicauimus corrudam. Hanc intelligimus siluestrem asparagum: quæ graeci oeminum: aut myacanthon uocant aliis uel nominibus. Inuenio nasci & arietis cornibus tuis atque defossis: Poterant uideri dicta omnia: quæ in precio sunt: nisi restaret res maximæ ætatis sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud chartaginem magnam cordubamque præcipue sestertia sena milia e paruis his reddere: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam uertimus. Etiam ea quæ refugiant quadrupedes conscia. Carduos ergo duobus modis ferunt autumno: planta & semine ante nonas martias. Plantæque quæ ex eo disponuntur ante idus nouembrii aut in locis frigidis circa fauoniam. Stercorantur etiam si diis placet: laetiusque proueniunt condunturque aceto melle diluto lasseriis addita radice & cumini: ne quis dies sine carduo sit: cætera in transcurso dici possunt. Ocimum parilibus optime serit ferunt. Quidam & autumno: uentem cum hyeme seratur: aceto semen perfundi. Eruca quoque & nasturtium: uel æstate uel hyeme facillime nascuntur. Eruca præcipue frigorum contemptrix diuersæ est quæ lactuca natura. Conciatrix ueneris. Idcirco iungitur illi fere in cibis: ut nimio frigori par feruor immixtus temperamentum æquet. Nasturtium nomen accepit a narium tormeto. Et inde uigoris significatio puerbio id uocabulum usurpauit: ueluti torporis excitatis. In arabia miræ amplitudis dicitur gigni. Ruta quoque serit fauonio & ab ægnoctio autumni: odit hyemem & huius ac simum. Apricis gaudet & ficcis: terra quæ maxime laterita. Ciere uult nutrir. Hic & semi miscet: ut careat erucis. Aucto ritas est peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio multum rutatum populo datu a Cornelio Cethego in cõsultu collega. Quæ Fla. comitis pactis. Amicitia est ei & cum fico in terris ut nusquam latior pueniat quæ sub hac arbore. Serit & surculo melius in perforata sabâ. Idemque succo nutrit comprehendendo surculum. Serit & a seipâ. Nancq; incuruato cacumine alicuius rami cum attingerit terram: statim radicitur. Ea

uel etiam
si displicet

uel ocimū

dē & in occino natura: nisi q̄ difficiliter crescit. Sed durata rucā: n̄ sine difficultate pueniētibz
 ulceribus: ni munitis manibus id fiat: oleoue defensis. Conciduntur autem & eius folia: seruan-
 turq; fasciculis. Ab æquinoctio uerno seritur apium: semē paulum ī pila pulsato. Crispus sic po-
 rat fieri: aut si satū calcetur cylindro: pedibusue. Propriū etiā: colorē mutat. Honos ipsi in actua
 coronare uictores sacri certaminis nemēz. Eodem tempore seritur menta planta: uel si nondum
 germiat: spōgia: minus hęc humidō gaudēt. Aestate uiret. Hyeme flauescit. Genus eius siluestre
 mentastrum est. Et hoc propagatur ut uitis: uel si inuersi rami serantur. Menræ nomen suauitas
 odoris apud græcos mutauit: cum alioquin mintha uocaretur. Vnde ueteres nostri nomen de-
 clinauerunt. Grato menta mensās odore percurrit: in rusticis dapibus. Semel facta diuina ætate
 durat. Congruit pulegio cuius natura in carnariis resfiorescens sapius dicta est. Hęc quoq; serua-
 tur simili genere: mentā dico pulegiumq; & nepitam. Condimentoz tñ omnīzq; fastidiis cymi-
 num amicissimū. Nascit̄ in summa tellure uix hærens: & in sublime tendens. In putribz & calidi-
 dis maxie locis: medio serendū uere. Altege eius gēus siluestre: quod rusticū uocāt: alii thebaicū:
 si tritum ex aquā potetur: in dolore stomachi prodest. In carpentania nostri orbis maxime lau-
 datur. Alioquin æthiopico africaq; palma est. Quidam huic ægyptium præferūt. Sed præcipue
 olusatrum miræ naturæ est. Hippoelinum græci uocāt: alii smyrium. E lachryma caudicis sui
 hit in aqua imposta ut bryenia: quare quidam hanc albam bryeniam uocant. Alia uero nigra ef
 ficacior in eodē usu cum melle & thure. Suppurationes incipientes discutit: ueteres maturat &
 purgat. Cir menses & urinam. Elegma ex ea fit suspitiosis: & contra lateris dolores uullis ruptis.
 Splenē ternis obolis pota. xxx. diebus consumit. Illinunt eadem cum fico & pterygis digitorū.
 Ex uino secundas foeminarum apposita trahit & pituitam drachma pota ex aqua mulsa. Succus
 radice colligi debet ante maturitatem seminis. Qui illitus per se & cum eruo lactiore quodam
 colore & cutis teneritate mangonizat corpora. Serpentes fugat. Tunditur ipsa radix cum pingui
 fico: erugatque corpus: si statim bina stadia ambulentur: alias urit: nisi frigida statim abluatur.
 lucundius hoc idem præstat nigra uitis: quoniam alba pruriturum affert. Est ergo & nigra: quam
 proprie etiam bryeniam uocant: alii chironiam: alii gynacāthen: aut aproniam: similem prioris:
 præterq; colore. Huius enim colorem nigrum esse diximus: cuius asparagos similes. Diocles pru
 lit ueris asparagis in cibo urinæ ciendæ: lyeniūq; minuendo. In fruteris & harundinetis maxie na
 scitur. **Radix** foris nigra: intus buxæ colore: ossa infracta efficacius extrahit q; supradicta. Cæte
 rum eidem peculiare est qd̄ iumentoz; ceruicibus unice medet. Aiunt si quis in uilla eā extruxe
 rit: fugere accipitres: tuta scq; fieri aues uillaticas. Aliter eadē i tumēto hoīez; flegma aut sanguinē
 qui scatur: talo circumligata sanat. Et hæcenus de uirium generibus. Multa differētia habet
 naturales has: q; sunt cācida aut nigra: aut iter utrūq; alia ex aliis: ex qbus uinū fiat: alia ex qbus

uel gingi
uarum

quidem frigida potus extemplo discutit. Meracis potibus per viginti dies ante canis ortum
 toxicisq; postea suadet Hesioidus uti. Merum quide remedio est contra cicutas: coriandrū: aconi-
 tui: scū: meconium: argentū uinum: apes: uespas: crabrones: phalangia: serpentum scorpionum:q;
 scilus: contraq; oīa quæ refrigerādo nocēt. Priuatim contra hemorrhoidas: presteras: fungos: tē
 contra inflationes rosionesq; præcordiō: & quoq; stomachus in uomitiones effunditur. Et si
 uenter aut interanea rheumatismū sentiant. Dysentericis: sudatoribus: in longa tussi: in epipho-
 ris meracum. At uero cardiacis in māma leua merum in spongia imponi prodest. Ad oīa autem
 maxime album inueterascens. Vtiliter et fouetur uino calido uirilias iumentis: quo etiam infu-
 so cornu lassitudinē auferri aiunt. Simias quadrupedesq; quibus digiti sunt: negāt crescere assue-
 tas meri potū. Nunc circa ægritudines sermo de uinis erit. Saluberrimū liberaliter genitis cam-
 paniz quodcūq; tenuissimum. Vulgo uero quod quemq; maxime iuuerit ualidū. Vtilissimum
 omnibus sacco uiribus fractis. Meminerimus succū esse: qui seruendo uires e musto sibi fecerit.
 Misceri plura genera omnibus inuile. Saluberrimū cui nihil in musto additum est: meliusq; si
 nec uasis pix affuit. Marmore enim & gypso: aut calce condita quis nō etiam ualidus expauerit?
 In primis igitur uinum marina aqua factum inuile est stomacho: neruis: uesciæ. Resina condita
 frigidis stomachis utilia existimantur. Non expedire uomitionibus: sicut neq; mustum: neq; sa-
 pu: neq; passum. Nouitium resinatū nulli conducit. Capitis dolorē & uertigines facit: ab hoc di-
 da crapula est. Tussientibus: & in rheumatismo nominata profunt. Itē cœliacis: & dysentericis:
 mulierum mensibus. In hoc genere rubrum nigriūe magis cōstringit: magisq; calefacit. Innocti-
 us pice sola conditum. Sed & picem meminisse debemus non aliud esse quā combustæ resinæ
 fluxum. Hoc genus uini excalfacit: cōcoquit: purgat: pectori: uentri utile. Item uoluaq; dolori si
 sine febre sint: ueteri rheumatismo: exulcerationi: ruptis: conuulsis: uomicis: neruō: in firmi-
 tati: inflationibus: tussi: anhelationibus: laxatis in succida lana impositum. Ad omnia hæc utilius id
 quod sponte naturæ suæ picē respicit: picatumq; appellatur. Heluenaco quoq; taroē nimio caput
 tantari conueniet. Quod ad febrū ualitudines attinet: certū est non dandum in febre: nisi ue-
 teribus ægris uinū: nec nisi declinante morbo. In acutis uero periculis nullis nisi qui manifestas
 remissiones habeant: & has noctu potius. Dimidia enim pars periculi: ē noctu: hoc est spe somni
 hibentibus: nec a partu abortiue: nec a libidine ægrotantibus: nec in capitis doloribus: nec quo-
 rum accessiones cum frigore extremitatum faciant: nec in febrī tussientibus: nec in tremore ner-
 uorū: doloribus: uel faucium: aut si uis morbi circa illa intelligatur: nec in duritia præcordio-
 rum: uenarum uehementia: neque in opisthotono: tetano: nec singultientibus: nec si cum febre
 dispnoea sit. Minime uero oculis rigentibus: & genis stantibus: aut defectis: grauibuscq; nec quo-
 rum cōnuentium per lucebunt oculi: neu palpebris non coeuntibus. Vel si dormientibus hoc
 idem eueniet. Aut si cruore suffunduntur oculi: uel si lachrymæ in oculis erunt. Minime lingua
 fungosa: nec graui: & subinde imperfecta loquentibus: nec si utina difficile reddetur. Neque ex-
 pascensibus repente. Nec spasticis: aut rurius torpentibus: nec si per somnos genitura effunde-
 tur. Cardiacorum morbo unam spem hanc in uino esse certum est. Sed id dandum quidam
 non nisi in accessione censent: alii in remissione. Illi ut sudorem coerceant. Hi quia tutius potat
 minuent se morbo: quam plurimum sententiam esse uideo. Dari utique nō nisi in cibo debet: nec
 a somno: nec præcedente alio potu: hoc est utique sitienti: nec nisi in desperatione summa: & ut-
 ro facilius q̄ formina: seni q̄ iuueni: iuueni q̄ puero: hyeme q̄ æstate: assuetis potius q̄ ex-
 tributis. Modus dandi pro uehementia uini: item mixtura. Atque uulgo satis putant unum uini cyathū
 duobus aquæ misceri. Si dissolutio sit stomachi dandum: & si eibus non defecdat. Inter uini ge-
 nera quæ singi docuimus: nec fieri iam arbitror. Est & superuacaneus eorum usus: cum ipsis re-
 bus ex quibus fingitur doceamus uti: & alias modum excesserat medicorum in his ostentatio:
 ueluti e napsi uinum utile esse ab armorum equitatus ue lassitudine præcipientium: atq; ut re-
 liqua omittamus: etiam in iunipero. Et si quis facius censet absinthite uino utendum potius
 q̄ absinthio ipso. In reliquis omittatur. Et palmeum capiti noxium uentrique tantum mol-
 lendo: & sanguinem excreantibus non inuile. Fictitium non potest uideri: quod bizon ap-
 pellauimus: cum sit in eo sola pro arte festinatio. Prodest stomacho dissoluto: aut eibus non per-
 ficientibus: prægnantibus: de fectis: paralyticis: tremulis: uertigini: torminibus: ischiadicis. In pe-
 silentia quoque: ac peregrinationibus uim magnam auxiliandi habere dicitur. Vini etiam
 utcumq; transit in remedia. Aceto summa uis est in refrigerando: non tamen minor in discutien-
 do. Ita sit ut infusum terræ spumat. Dicitum est sæpius: diciturq; quoties cū alis p̄sit. Per se hau-

stum fastidia discutit. Singultus cohibet. Sternutamenta olfactu. Vim in balneis æstus arceat si contineatur ore. Quin & cum aqua bibitur. Multorum stomacho utiliter gargarissatur. Cum eadem conualescentiū & a solis ardoribus. Oculis quoq; illo mō saluberrimū. Plurimū fotu medetur post uredines. Item lepris: furfuribus: ulceribus: manantibus: canis moribus: scorpionum ictibus: scolopendrarum muris araneiq;. Contra omniū aculeatorū uenena: & pruritus. Item contra multipedum morfum. Calidū in spongia appositum: aut adiecto sulphuris sextante sextantis tribus aceti: aut hyssopi fasciculo medetur sedis uitiis. In sanguinis fluxione post excisos calculos & oēs alias rosiones foris in spongiis impositum: intus potum cyathis binis q̄ acerrime. Cōglobatum utiq; sanguinem discutit. Cōtra lichenas: & bibitur & imponitur. Sistit aluos: & rheumatismos intertaneorū infusum. Item procidētia sedis: uuluaq;. Tussim ueterem inhihet: & gutturis rheumatismos. Orthopnoeam: dentiū labefactionē. Vesicæ nocet: neruog; infirmitatibus. Nesciere medici quantum contra aspidas polletet. Nuper ab aspide calcata percussus utrem aceti ferens: quotiens deposuisset sentiebat ictum: alias ille sō similis. Intellectum ibi remedium est: potuq; succursum. Neq; altero os colluunt uenena exugentes. In totum uomitrix uis hæc nō ciborum modo est: uerum & rerū plurimarum. Saxa rumpit infusum: quæ non rupe rit ignis antecedens. Cibos quidem & sapores non alius magis succus cōmendat: aut excitat. In quo usu mitigatur tosto pane aut uino. Vel accenditur pipere ac laesere utiq; sale cōpescitur. Non est prætereundum in eo exemplum ingens. Siquidem. M. Agrippa supremis suis annis cōflictatus graui morbo pedū cum dolorem eum perpeti nequiret: unius medicog; portentosa scientia: ignorante Diuo Augusto: tanti putauit usu pedum sensuq; omni carere: dūmodo & dolore illo careret demersis in acetū calidū cruribus in acerrimo impetu morbi euasit.

De aceto scyllino: & oxymelle: & sapa: & fæce uini: aceti: & sapa.

CA. II.

Acetum scyllinum inueteratū magis probatur. Prodestq; super ea quæ diximus: aciescentibus cibis. Gustatū enim discutit: pœ nam eam: & iis qui ieiuni uonunt. Callum enim faucium facit: ac stomachi: odorem oris tollit: gingiuas adstringit: dentes firmat: colorem meliorē præstat. Tarditatem quoq; aurium gargarissatione purgat: & transitū auditus aperit. Oculog; aciem obiter exacuit: comitialibus: melancolicis: uertiginosis: uuluarū strangulationibus: percussis: aut præcipitatis. Et ob id sanguine conglobato. Neruis infirmis: renum uitiis perquā utile. Cauendum exulceratis. Oxymel antiqui (ut Dieuces tradit) hoc modo temperabāt. Mellis minas. x. aceti ueteris heminas quinq;: salis marini pondos: thymbrae quadrātem: aquæ marinæ sextarios. y. pariter coquebant decies deferescēte cortina: atq; diffundebāt. Inueterabantq;. Sustulit totum id Asclepiades: coarguitq;. Nam etiam in febris dabant. Profuisse ramen fatentur contra serpentes: quos sepas uocāt: & contra meconium: ac uiscum: & anginas calidum: gargarissatum: & auribus: & oris: gutturisq; desiderijs: quæ nunc omnia oxymelae contingunt: id sale & aceto recente efficacius ē. Vino cognata res sapa est: multo decocto: donec tertia pars super sit. Ex albo hoc melius. Vfus contra cantharidas: buprestin: pinog; erucas: quas pityocampas uocant: salamandras: & contra mordentiā uenenata. Secundas: partuq; e mortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor est: uenenum eē siquis ieiunus a balneis id bibat. Cōsequēs horum ē fæx uini: sui cuiusque gn̄is. Ergo uini fæci tanta uis est: ut descendēs in cupas enecet. Experimentum demissa præbet lucerna quādiu extinguatur descensionis periculū denuncians. Illota miscetur medicamentis. Cum iridis uero pari pondere eruptionibus pituitæ illiniat. Et sicca uel madida contra phalangia: & testium: mamarumq; inflamationes: uel in quacūq; parte corporis. Item cum ordeacea farina: & thuris polline in uino decocta crematur: & siccat. In deq; experimentum ē legitima coctæ: ut refrigerata linguam tactu uideat urere. Celerrime examinatur non inclusa cōdita. Crematio ei multum uisum adiicit. Vtilissima ē ad cōpescēdas lichenas: furfuresque cum fico decocta. Sic & lepris: & ulceribus manantibus imponitur. Fungorum naturæ contraria est pota: sed magis cruda. Oculorū medicamentis cocta & lota miscetur. Medetur illita & testibus & genitalibus. In uino autem aduersus strangurias bibitur. Cum expirauerit quoque lauandis corporibus & uestibus utilis: tūcque usum acaciæ habet. Fæx aceti q̄ materia acrior sit necesse ē: multoq; magis exulceret. Resistit suppurationum incrementis: stomaichum: interanea: uētrē illita adiuuat. Sistit earum partiū rheumatismos: & mulierū mēses: panos discutit nondū exulceratos: & anginas. Sacros ignes cū cæra. Māmas lactis sui impatientes eadē extinguit. Vngues scabros aufert. E serpētibus contra cerastas ualidissima cum polenta. Cū melanthio autē contra crocodili morfus: & canis. Et hæc cremata ampliāt uires. Tunc addito lēti-

uel i cubas

*Quæ in libro
Asclepiades*

scino oleo illita una nocte ruffat capillum. Eadem ex aqua in linteolo apposita: uulvas purgat. Sapæ fæce ambusta sanantur. Melius ad dita lanugine arundinis. Eadem quoq; fæce decocta potaque tussis ueteres. Decoquitur in patinis cum sale & adipe: ad tumorem quoque maxillarum & ceruicium.

De oleis & foliis oleæ: & flore: & cinere: & de oliua alba: & nigra: & de amurca. CA. III.



Olearum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum uehementissime astringunt: purgant: sistunt. Itaque manducata imposita ulceribus medentur: & capitis doloribus illita cum oleo. Decoctum eorum cum melle iis quæ medici uiserint. Gingiuarum inflammationibus: paronychis sordidisque ulceribus excrementibus. Cum melle profusum sanguinis e neruosis partibus cohibet. Succus eorum carbunculantibus: excrementibus circa oculos ulceribus: & pustulis: procidetique pupillæ efficac: quapropter in collyria additur. Nam & ueteres lachrymationes sanat: & genarum erosiones. Exprimitur autem succus tuis: affuso uino ex aqua cælesti. Siccatusque in pastillos digeritur. Sistit menses in lana ad motus uulvæ. Vtilis & saniem emanantibus. Item condylomatibus: ignibus sacris: quæque serpunt ulcera: epinyctidi. Eosdem & flos earum habet effectus. Vrutur & cauliculi florescentes ut spodii uicem cinis præstet. Vinoque infuso iterum uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo: uel foliis tuis cum melle. Oculos uero cum polenta. Succus fructicis recentis accensi distillans sanat lichenas: furfures: manantia ulcera. Nam lachrymam: quæ ex arbore ipsa distillat æthiopicæ maxime oleæ: mirari satis non est. Reperti sunt qui dentium dolores illinendos censerent: uenenum esse prædicantes: atque etiam in oleastro querendam. E radice oleæ quæ tenerrimæ cortex derasus: in melle crebro gustatu medetur sanguinem reticientibus: & suppurata tussitibus. Ipsi oleæ cinis cum axugia tiores sanat: extrahitque fistulis uitia: & ipsas sanat. Oliuæ albæ stomacho utiliores: uetminus. Præclarum habent antequam condiantur usum: recentes per se cibi modo deuoratae. Medentur enim harenosæ urinæ: item dentibus: aut attritis: aut conuulsis. Nigra oliua stomacho inutilior: uentri facilior: capiti & oculis non conuenit. Vtraque ambustis prodest trita & illita. Sed nigra commanducatur: & protinus ex ore imposita pustulas gigni prohibet. Colymbades sordida ulcera purgat. Inutiles difficultatibus urinae. De amurca poteramus uideri satis dixisse Catonem fecuti: sed reddenda quoque medicinæ ratio est. Gingiuis & oris ulceribus dentium stabilitati efficacissime subuenit. Itæ ignibus sacris infusa: & iis quæ serpunt. perionibus: nigrae oliuæ amurca utilior: item infantibus fouedis. Albæ uero mulierum uulvæ in lana admoetur. Multo autem omnis amurcæ decocta efficacior. Coquitur in cupreo uase ad crassitudinem mellis. Vfus eius cum aceto: aut uino uetere: aut mulso: ut quæque causa exigat in curatione oris detrium: aurium: ulcerum: manantium: genitalium: rhagadam. Vulneribus in linteolis imponitur: luxatis in lana. Ingens hic usus: utique in ueterato medicamento. Tale enim fistulas sanat. Infunditur sedis: genitalium: uulvæ exulcerationi. Illinitur uero podagris incipientibus: item articularibus morbis. Si uero cum omphacio recoquatur ad mellis crassitudinem: casuros dentes extrahit. Item iumentorum scabiem cum decocto lupino: & chamæleote herba mire sanat. Cruca amurca podagras foueri utilissimum.

De foliis oleastri: & oenathino oleo: & cicino: & amygdalino: & laurio: & myrteo: chamæmyrsino: & cupressino: & citreo: & catyno. CA. IIII.



Oleastri foliorum eadem natura. Spodiumque e cauliculis uehementius inhihet rheumatismos. Sedat inflammationes oculorum. Purgat ulcera: alienata explet: excrementa leniter erodit. Siccatur: & ad cicatricem perducit: cætera ut in oleis. In hoc autè peculiare: quod folia decoquantur ex melle: danturque coclearibus contra sanguinis excreationes. Oleum tñ acrius: atque efficacius: & os quoque colluis illo. Ad detrium infirmitatè imponunt folia: & paronychis: & carbunculis: & contra oem collectionem cum uino. Iis uero quæ purgata sint: cum roelle. Miscentur oculo & medicamentis: & coctum foliorum: & succus oleastri. Vtiliter et auribus instillatur cum melle: uel si pus effluat. Flore oleastri condylomata illinunt & epinyctides. itæ cum farina or deacea uenter. in rheumatismo cum oleo: capitis doloribus. Cutè in capite ab ossibus recedente cauliculi decocti: & cum melle spofiti comprimunt. Ex oleastro maturi in cibo sumpti sistunt aluum. Tofiti autè & cum melle triti nomas repurgant. Carbunculos rumpunt. Olei naturam causasque abunde diximus. Ad medicinam ex olei generibus hæc pertinent. Utilissimum est omphacinum: proxime: uiride. Præterea quæ maxime recens: nisi cum uetustissimum quæritur: tenue: odoratum: quodque non mordeat: et diuerso quæ in cibos eligitur. Omphacium prodest gingiuis. Si continetur in ore: color est

dentium custodit magis q̄ aliud: sudores cohibet. Oenanthino idem est effectus: qui rosaceo. Omni autem oleo mollitur corpus: uigorem & robur accipit. Stomacho contrarium. Augēt ulcerum incrementa. Fauces exasperat. Et uenena oīa cohibet: hebetatq;. Præcipue p̄simyphū: & gyp̄ū in aqua mullā. Aut sicorum sicarum decoctum potum contra meconium. Ex aqua cōtra cantharidas: buprestin salamandras: pityocāpas. Per se potū: redditūq; uomitionibus. Cōtra omnia supradicta laudatissimum: & lassitudinū: perfrictionūq; refectio est. Tormina calidū potum cyathis. vi. magisq; ruta simul decocta pellit. Itē uentris animalia. Solut alium herinæ mēfura cum uino: & calida aqua potum: aut p̄ifanæ succo. Vulnenariis emplastris utile. Faciē purgat. Bubus infusum per nares donec ructent: inflationem sedat. Vetus autem magis exalfacit corpora: magisq; discutit sudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare & inclinato morbo. Oculorum claritati confert aliquid cum pari portione mellis acapni. Capitis doloribus remedium est. Item ardoribus in febr̄i cum aqua: & si uetusti non sit occasio: decoquitur: ut uetustatem representet. Oleum cicinum bibitur ad purgationes uentris cum pari caldæ mēfura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodest & articularum morbis: duritiis omnibus uuluis auribus: ambustis. Cum cinere uero muricum sedis inflammationibus: item p̄fora. Colorem cutis cōmendat: capillumq; fertili natura euocat. Semen ex quo fit: nulla animans attingit. Ellychnia ex uua fiunt claritatis præcipue. Ex oleo lumē obscurum propter nimiam pinguitudinē. Folia igni sacro illinuntur ex aceto. Per se autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in uino inflammationibus cum polenta & croco. Per se autē tri duo imposita faciē purgant. Oleum amygdalinum purgat: mollit corpora: cutem erugat: pitorem commendat: uaros cum melle tollit in faciē. Prodest & auribus cum rosaceo: & melle: & mali punici germinē decoctum. Vermiculosq; in his necat: & grauitatem auditus discutit: sonos incertos: & tinnitus: obiter capitis dolores: & oculorum. Medetur furunculis: & a sole ustitis cum cæra. Vlcerā manantia: & furfures cum uino expurgat: condylomata cum meliloto. Per se uero capiti illitū somnū allicit. Oleū laurinum utilius quo recentius: quoq; uiridius colore. Vis eius exalfactoria: & ideo paralyticis: spasticis: schiadicis: saggillatis: capitis doloribus inueteratis distillatiōibus: auribus in calice punici calfactum illinitur. Similis & myrthei olei ratio: astringit: indurat: medetur gingiuis: dentiū dolori: dysenteria: uuluz exulceratæ: uescicis: ulceribus uetustis uel manantibus cū squamma aris & cæra. Item eruptionibus: ambustionibus. Attritas sanat & furfures rhagadas: condylomata: articulos luxatos: odorem grauem corporis. Aduersatur cantharidi: buprestri: aliiq; malis medicamentis: quæ exulcerando nocent. Chamæmyrsinæ siue oxymyrsinæ eadem natura. Copressinū oleum eisdem effectus habet quos myrteum: item citreum. E nuce uero iuglandium: quod carinum appellauimus: alopecis utile est: & tarditati aurium infusum. Itē capitis doloribus illitū. Cæterum iners & graue sapore corpori. Enim uero si quid in nucleo putridi fuerit: totus modus deperit. Ex cnidio grano factum eandem uim habet quam cicinum. Ex lentisco factum uti fiffimum acopo est. Idēq; proficeret æque ut rosaceum: ni durius paulo itelligeretur. Vtūtur eo & contra nimio sudores: papulasq; sudorum. Scabiem lumētorum efficacissime sanat. Balaninū oleū repurgat uaros: furunculos: lentigines: gingiuas. Cypros qualis esset: & quemadmodū ex ea fieret oleū: docuimus. Natura eius exalfacit: emollit nervos: Folia stomacho illinuntur: & uuluz concitata succus quoq; eorū apponitur. Folia recentia commanducata: ulceribus in capite manantibus. Itē oris medentur collectionibus: condylomatibus. Decoctum foliorū: ambustis: & luxatis prodest. Ipsa ruffant capillum tusa: adiecto strutei mali succo. Flos capitis dolores sedat cum aceto illitras. Idem combustus in cruda olla nomas sanat: & putrescentia ulcera per se uel cum melle. Odor floris olet: qui somnum facit. Astringit gleucinum & refrigerat eadem ratione: qua & oenanthinum. Balsaminum longe preciosissimum omnium: ut in unguentis diximus: contra omnes serpentes efficac. Oculorum claritati plurimum confert: caliginē discutit. Itē dyspnoes: collectiones omnes duritiāq; lenit. Sanguinem densari prohibet. Vlcerā purgat: auribus: capitis doloribus: tremulis: spasticis: ruptis perquam utile. Aduersatur aconito ex lacte potum. Febres cum horrore uenientes perunctis leuiore facit. Utendum tamen modice: quoniam adurit: augetq; uitia non seruato temperamento. Malobathri quoq; naturam & genera exposuimus. Vt nam cit. Oculorum epiphoris uino expressum utilissime imponitur. Item frōtib; dormire uo lentibus. Efficacius si & nares illinantur: aut si ex aqua bibatur. Oris halitus: & suauitatem commendat linguæ subditum folium: sicut & uestium odorem interpositum. Hyoscyaminum emolliendo utilius est: neruis inutile. Potum quidem cerebri motus facit. Therminū & lupinis emol-

lit proximum rosaceo effectum habens. Narcissinum dictum est cum suo flore. Rhabbaninum phthiriasis longa ualitudine contractas tollit. Scabritiaque cutis in facie emendat. Scaminum aurium dolores sanat: & ulcera quæ serpunt: & quæ cacoethe uocant ulcera. Lilinum: quod & phyllinum & syrium uocauimus: renibus utilissimum est: sudoribusque euocandis: uulua mollit: dæ: concoque d'isq; intus. Seleuicū neruis utile esse diximus. Sicut herbaceum quoque: quod eu gubini circa flaminiam uiam uendunt. Eleomeli: quod in syria ex ipsis oleis manare diximus: sapore melleo nō sine nausea aluū emollit: bilem præcipue detrahit: duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere torpescunt: excitanturq; crebro. Pugnatores certaturi p̄sumunt ex eo cyathum unum. Pistino oleo usus est passim ad quadrupedum scabiem. Est autem uitibus oleisque proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capitis dolorem afferunt: minus sicca. Nec quantum uidetur utiles stomacho: tussim exasperant: corpus augent. Succum decoctarum antiqui pro hy dromelite dabant ægris ad uires recreandas: sitim sedandam: in quem usum præferbant thebaicas. Sanguinem quoque excreantibus utile: in cibo maxime. Illinuntur caryota: stomacho: uelica: uentri: intestinis. Cum cotoneis & cæra & croco suggiliata emendant. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo cinere loto spodi uicem efficiunt: miscenturque collyriis: & caliblephara faciunt addito nardo.

De myrobalano palma: & de palma elate.

CA. V.

Palma quæ fert myrobalanum probatissima in ægypto. Ossa non habet reliquarum modo in balaris. Aluum & menses sistit in uino austero: & ulcera conglutinat. Palma elate siue spathe medicinae confert germina: folia: corticem. Folia ipseuntur præ cordis: stomacho: iocineri: uelcribusque: quæ serpunt cicatrici repugnantia: p̄foras cortex eius tener cura refina & cæra sanat diebus. xx. Decoquitur & ad testium uitia. Capillum denigrat suffitu. Partem extrahit. Datur bibendus renum uitiis: & uelica: & præcordiorum. Capiti & neruis inimicus. Uulua: ac uentris fluxionem sistit decoctum eius. Item cinis ad tormina potus in uino albo. In uuluarum uitiis efficacissimus.

Medicæ ex singulorū generū flore: foliis: fructu: ramis: cortice: ligno: succo: radice: cere. C. VI.

Proxima uarietates generum medicinarum: quæ mala habent. Ex iis uerna acerba stomacho inutilia sunt. Aluum uelicam circūagunt. Nervos lædūt cocta meliora. Coctio cocta suauiora. Cruda tamen duntaxat matura profunt sanguinem excreantibus: ac dyfentericis: cholericis: celiacis. Nō idem possunt decocta: quoniam amittunt constringentem illam uim succi. Imponuntur & pectori in febris ardoribus: & tum decoquunt in aqua cælesti: ad eadem quæ superscripta sunt. Ad stomachi autem dolores cruda decoctæ carati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos sanat: cocta in uino & illita cum cæra. Alopecis capillum reddant. Quæ ex his cruda in melle condiuntur: aluum mouent. Mellis autem suauitati multum adiciunt: stomacho: id uilius faciūt. Quæ uero in melle condiuntur cocta: quidam ad stomachi uitia trita cum rosaceo foliis decoctis dant pro cibo. Succus eridorum licibus: orthopnoicis: hydropicis prodest. Item mammis condylomatibus: uaticibus. Flos & uiridis & sicus inflammationibus oculorum: excretionibus sanguinis: mensibus mulierum. Fit & succus ex iis mitis cum uino: dulci tuis: utilis & celiacis & iocineri. Decocto quoque eorum se uentur: si procidant uulua: & interanea. Fit & oleum ex iis: quod melinum uocauimus quotiens non fuerint in humidis nata. ideo utilissima quæ ex sicilia ueniunt. Minus utilia struthia quamuis cognato. Radix eorum circūscripta terra manu sinistra capitur: ita ut qui facit dicat quæ capiat: & cuius causa. Sic ad alligata strumis medetur. Melimela & reliqua dulcia stomachū & uentrem soluunt siticulosā: æstuosā: sed nervos non lædunt. Orbiculata sistunt aluum: & uomitiones: & urinas ciunt. Siluestria mala similia sunt uernis acerbis: aluumq; sistunt. Sane in hūc usum immatura opus sunt. Citrea contra uenenum in uino bibuntur: uel ipsa uel semen. Faciūt oris suauitatem decocto eorum colluto: aut succo expresso. Horum semen edendum præcipiūt in malacia pregnantibus. Ipsa uero contra infirmitatem stomachi: & non nisi ex aceto facillime manduntur. Punici mali nouem genera nunc iterare superuacuum. Ex iis dulcia: quæ apyrina alio nomine appellauimus: stomacho inutilia habentur: inflationes pariunt: dentes: gingiuaque lædunt. Quæ uero sapore proxima uinosa diximus: parum nucleum habentia: utiliora paulo intelliguntur. Aluum sistunt & stomacho duntaxat pauca citraque satietatem. Sed hæc minime danda quæ omnino nulla in febris nec carne acinorum utili: nec succo. Cauet̄ur & que uomitionibus ac bilem reicientibus. Vuam in iis ac ne multum quidem: sed protinus uinum aperuit natura.

z ii

Vtrunq; uero a superiore cortice. Hic acerbus in magno usu. Vulgus eoria maxime perficere illo nouit: ob id malicorium appellat medici. Urinā cieri eodē monitran: mixtaq; galla in aceto decocto mobiles dentes stabilire. Expetitur in grauidage malacia: & quoniā gustatu moueat in fan tē. Diuiditur malū: caelestiq; aqua madescit ternis fere diebus. Hæc bibitur frigida coeliaci: & sanguinē excreatibus. Ex acervo fit medicamētū: quod stomatice uocatur: utilissimū oris uitri: narium: aurium: oculorū caligini: pterygiis: gēitalibus: & iis quas nomas uocant: & quæ in ulceri bus excreant. Contra leporē marinū. hoc modo acinis detracto cortice tuis succoq; decocto ad tertias dein cum croci: & aluminis scissi myrtæ mellis atticī selibris. Alii hoc modo faciunt. Punica acida multa tūduntur. Succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine ad uirilita tis: & sedis uitia: & omnia quæ lycio curantur: aures purulentas: epiphoras incipiētes rubras ma culas. In manibus rami punicorum serpentes fugant. Cortice punici ex uino decocti & impositi pernioles sanantur. Contusum malū ex tribus heminis uini decoctū ad heminā: tormia & tine as pellit. Punicū in olla noua operculo indito: in furno tostum: & contritū potūq; in uino sistit aluum: discutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipiētis cytinus uocatur a græcis: miræ obseruationis multorum experimento. Si quis unum ex iis solutus uinculo omni cinctus & calciatus: atq; etiam annuli decerpserit duobus digitis pollice: & quarto sinistrae manus: atque ita lustratis leui tactu oculis: mox in os additū deuorauerit ne dente contingat: affirmatur nul lam oculorum imbecillitatē passurum eo anno. lidem cytini siccati tritig; carnes excrecētes co hibent. Gingiuis & dentibus medentur. Vel si mobiles sint: decocto succo. Ipsa corpuscula trita ulceribus: quæ serpunt putrefcunt: illinuntur. Itē oculorū inflammationi: intestinorūq; & fere ad omnia quæ cortices malorum. Aduersatur scorpionibus. Non est satis mirari curam diligentiamq; pnicorum: qui omnia scrutati nihil intentatū reliquerē. In hoc ipso cytino floctu li sunt: antequā scilicet malū ipsum prodeat: erumpētēs: quos balauistium uocari diximus. Hos quoq; ergo experti inuenerunt scorpionibus aduersari. Sistiunt pota menses foeminatum: sanāt oris ulcera: tonillas: uiam: sanguinis excreationes: uentris: & stomachi solutiones: genitalia ulce ra: & quacunq; in parte manātia. Siccauerē etiam ut sic quoq; experirentur. Ingeneruntq; talose farina dysentericos a morte reuocari. Aluum sisti. Quin & nucleos ipsos acinorum experti non piguit. Tosti tūliq; stomachū iuuant. Cibo aut potione inspersū bibuntur ex aqua caelesti ad sistē dam aluum. Radix decocta succum emittit: qui tineas necat uictoriatū pōdere. Eadem discocta in aqua: quas lycium præstat utilitates. Est & siluestre punicū a similitudine appellatum. Eius ra dicees rubro cortice denariū pondere ex uino potæ somnos faciunt. Semine potō aqua: quæ sub terit cutē siccāt. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

De pyris: & eorum obseruationibus: & de ficorum obseruatione: & caprifico: & erineo: & alio rum generibus medicinæ. CA. VII.

Pyrogeolum cibis etiam ualentibus onerosus: agris quoque uini modo negat. Deco cta eadē mite salubria & grata: præcipue crustumina. Quæcunque uero eū melle de cocta stomachū adiuuat. Fiunt cataplasmata e pyris ad discutienda corporis uitia: & decocto eoz; ad duritias utunt. Ipsa aduersant boletis atque fungis: pellitque pōde re & pugnante succo. Pyge siluestre tardissime maturescit. Cōcidit: suspensūque siccāt ad sistē dā aluū: quod & decoctū eius potū præstat. Decoquunt & folia cū pomo ad eisdē usus. Pyroge ligni cinis contra fungos etiam nū efficacius proficit. Mala pyraque portarū iumentis mite gra uia sunt uel pauca. Remedio aiunt esse: si prius edenda dentur aliqua: aut utique ostendant. Fici succus lacteus aceti naturam habet. Itaq; coaguli mō lac contrahit. Excipit ante maturitatē pōit & in umbra siccāt ad aperienda ulcera: cienda menstrua appositus cū luteo oui: aut potus cum amylo. Podagris illinit. Cum farina scenogræci & aceto. Pilos quoque detrahit: palpebrarūque scabiem emēdat. Itē lichenas & psoras: aluū soluit. Lactis ficulni natura aduersatur crabronum: uesparumque & simillium uenenis: priuatim scorpionū. Idem cū axungia uerrucas tollit. Folia & quæ nō maturere ficistrum is illinuntur: oibusque: quæ emollienda sunt discutendæ. Præ stant hæc & per se folia. Et alii usus eorum tanquam infricando lichenæ & alopecis: & quæcū que exulcerari opus sit: & aduersus canis morsus. Ramorum teneri cauliculi curi imponit. lidē eū melle ulceribus: quæ cæria uocant: illinunt. Extrahunt infracta ossa cū papaueris foliis silue stris. Canum rabioz; morsus folio trito ex aceto restringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illi nuantur furūcolis: muris aranei morsibus cum cæra. Cinis earum e foliis gangrenis: consumēdis que quæ excrecūt. Fici maturæ urinam ciunt: aluū solunt: sudorē mouent: papulaeque. Ob id

autumno infalubres: quoniam sudantia huius cibi opera corpora refrigescunt. Nec stomacho inutilis. Sed ad breue tempus. Nec uoci contraria intelliguntur. Nouissima salubres que primae. Medicae uero nonnunquam iuueni uires augent. Senibus meliorem ualitudinem faciunt: minusque rugarum. Sitim sedant. Calorem refrigerant. Ob id non neganda in febribus constrictis: quas stegnas uocant. Siccae sicut stomachum laedunt. Gutturis & faucibus magnifice utiles. Natura iis exalfaciendi. Sitim afferunt. Aluum molliunt. Rheumatismis eius & stomacho contrariae. Vesicae sp. utiles: & anhelatoribus: ac suspiriosis. Item locinerum: renu: lyenu uitiis. Corpus & uires adiuuant: ob id ante athletae hoc cibo pascebantur. Pythagoras exercitator primus ad carnes eos transtulit. Recolligentibus se a longa ualitudine utilissima. Item comitialibus & hydropicis. Omnibusque quae maturanda aut discutienda sunt: imponuntur. Efficacius calce aut nitro admixto. At coctae cum hyssopo peccus purgant: pituitam: tussim ueterem. Cum uino autem ad fedem: & tumorem maxillae: & furunculos: panos: parotidas decoctae illinuntur. Vitale & decocto eae fouere foeminas. Decoctae quoque eadem cum foenograeco utiles sunt pleureticis: & peripneumonicis. Cum ruta coctae torminibus prosunt: ribiarum ulceribus. Cum aris flore: & spasticis & pterygiis. Cum puni co malo ambustis: perionibus. Cum cara hydropicis coctae in uino & cum abinthio & farina hordeacea nitro addito. Aluum soluunt manducatae. Scorpionum ictibus cum sale tritae illinuntur. Carbunculos extrahunt in uino coctae & impositae. Carcinomati: si sine ulcere est: quam pinguisima sicuti sponi: pene singulare remedium est: item phagedene. Cinis non ex alia arbore acie purgat acrior: conglutinat: replet: astringit. Bibis & ad discutiendum sanguine concretum. Item pculis: praecipitatis. Conuulsis ruptis: cineris cyathis singulis aquae & olei datur tetanicis: & spasticis. Item potus uel in infusus coeliacis dysentericis. Et si quis eo cum oleo perugatur: exalfacit. Item cum cara: & rosaceo subactis ambustis cicatricem tenuissimam obducit. Lusciosis ex oleo illitus emendat: dentium uitia crebro fricatu. Produunt etiam si quis inclinata arbore supino ore aliquo nodum eius moriu abstulerit nullo uidente: atque in aluta illigatum lyctio e collo suspenderit: strumas & parotidas discutit. Cortex tritus cum oleo uentris ulcera sanat. Crudae grossi uerrucas: & thymos nitro farinaeque additis tollit. Spodii quoque uice exhibet fructu a radice exegit cinis. Bis tostus adiecto psimythio digeritur in pastillos ad ulcera oculorum: & scabritiam. Caprificus etiam nodum multo efficacior fico. Lactis minus habet. Surculo quoque eius lac coagulatur in caseum. Exceptum id coactumque in duritiam: suauitate carnibus affert. Fricatur diluto ex aceto. Misceat exulcerato riis medicamentis. Aluum soluit: uulua cum amylo aperit. Pota menses cit cum luteo oni. Poda riis cum farina foenograeci illinit. Lepras: psoras: lichenas: lentigines expurgat. Item uenenatorum ictus: & canis morsus. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest: aut in cauis eorum additus. Cauliculi & folia admixto eruo contra marinorum uenena praesunt. Adiciunt & uinum. Bubulas carnes additi caules magno lignorum copedio percoquunt. Grossi illitae strumas: & osium collectione emolliunt & discutunt: alioquin & folia. Quae mollissima sunt ex his cum aceto ulceramantantia: & epiphytidias: & furfures sanant. Cum melle item & foliis caeria sanant: & canis morsus. Recentes cum uino phagedenas. Cum papaueris foliis ossa extrahunt. Grossi caprifici inflammatio nes discutunt suffitu. Resistant & sanguini taurino potio: & psimythio & lacti coagulato potae. Item aqua decoctae atque illitae parotidas sanat. Cauliculi aut grossi eius que minutissima ad scorpionum ictus & uino bibunt. Lac quoque instillat plagas: & folia imponuntur. Item aduersus muremaram neam. Caulicorum cinis unam faucium sedat. Arboris ipsius cinis ex melle: rhagadia. Radix deferuescens in uino dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Illinunt ramenta rami sine cortice que minutissima ad scobis modum. Caprifico quoque medicinae unius miraculum additur. Corticem eius impubescentem puer impubis si defraeto ramo detrahat dentibus medulla ipsam adalligatam ante solis ortum prohibere strumas. Caprificus tauros quilibet feroces collo eorum circumdata in tantum mirabili natura compescit: ut immobiles praestet. Herba quoque quam graeci erineon uocant: reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmo alta est cauliculis quinque fere octimi similitudine: flos candidus: semen nigrum: paruorum: tritum cum melle attico oculorum epiphoris medetur. Manat lacte multo & dulci. Herba perque utilis aurium dolori nitri exiguo addito. Folia resistunt ueneris. Pruni folia tonsillis: gingiuis: uuae profunt in uino decoctae: & subinde ore colluto. Ipsa pruna aluum molliunt: stomacho uero utilissima: sed breui momento. Utiliora persica: succusque eorum etiamnum in uino aut in aceto expressus. Nec est alius eis pomis innocentior cibus. Nusquam minus odoris. Succus plus: qui tamen sitim stimulet. Folia eius trita illita hemorrhoidiam sistunt. Nuclei persicorum cum aceto

uel rabida
naturam

& oleo: capitis doloribus illinuntur. Siluestrium quidem prunorum baccæ: uel e radice cortex in uino austero si decoquantur ita: ut triens ex hemina superi t: aluum & tormina sistit. Satis e singulis cyathos decocti sumi: Et in iis & satius prunis est limus arborum: quem graeci fichen appellant: rhagadis & condylomatis mire utilis. Mora in aegypto & cypro sui generis (ut diximus) largo succo abundant. Summo cortice desquamato altiore plaga sicca mirabili natura. Succus aduersatur ueneni serpētium. Prodest dysentericis. Discutit panos omnesq; collectiones. Vulnere conglutinat: capitis dolores sedat: item aurium. Splenicis bibitur. Illinitur & contra perfrictio nes. Celerrime teredinē sentit. Nec apud nos succo usus minor. Aduersatur aconito: & araneis in uino portū. Aluum soluit. Pituitasq; ac tineas & similia uentris animalia extrahit. Hoc idem praestat & cortex tritus. Folia tingunt capillum cum fici nigrae & uitis cortice simul coctis in aqua caelesti. Pomi ipsius succus aluum soluit protinus. Ipsa poma ad praesens stomacho utilia: refrigerant: sitim faciunt. Si non superueniat alius cibus: intumescunt. Ex immaturis succus: sistit aluum: ueluti animalis alicuius in hac arbore obseruandis miraculis: quæ in natura eius diximus. Fit ex pomo panchrestos stomachice: eadem arteriace appellata hoc modo. Sextarii tres succi & pomo leui uapore ad crassitudinem mellis rediguntur. Post additur omphacii aridi pondo duodecim: aut myrrhæ undecim: croci. xi. Sed hæc simul mixta uel trita miscentur decocto. Neque est aliud oris: arteriæ: uux: stomachi succundius remedium. Fit & ex alio modo. Succus sextarii duo mellis attici decoquantur ut supra diximus. Mira sunt præterea: quæ produnt. Mora germinatione prius q̄ in folia exeant: sinistra decerpi iubentur futura poma: rhicinos graeci uocant. Hi terram si non attingere: sanguinē sistunt adalligati: siue ex uulnere fluat: siue ore: siue naribus: siue hemorrhoidis. Ad hoc seruatur repositi. Idem præstare & ramus dicitur: luna plena de fractus: incipiens fructum habere. Si terram nō attingerit priuatim mulieribus alligatus lacerto contra abundantia mensium. Hoc & quocūq; tēpore ab ipsis decerptum ita: ut terram non attingat: adalligato m̄q; existimāt præstare. Folia mori trita: aut arida decocta: serpentium ictus imponunt. Ad idemq; potu proficit. Scorpionibus aduersatur e radice corticis succus ex uino aut posca potus. Reddēda est antiquorum compositio. Succum expressum pomi maturi imaturiq; mixtum coquebant i uase æreo ad mellis crassitudinē. Aliqui mirrha adiecta: & cupressi præduratum uas sole torrebant: permiscētes spatha ter die. Hæc erat stomachice: quæ & uulnera ad cicatricem perducebat. alia ratio: succum siccato exprimebant pomo multum saporis obsoniorum conferente. In medicina uero contra nomas: & pectoris pituitas: & ubicūq; opus esset astringi uiscera. Dentes quoq; colluebant eo. Tertiu genus succi foliis & radice decoctis ad ambusta ex oleo illinenda. Imponuntur & per se folia. Radix per messes incisa succum aptissimum dentiū dolori collectionibusq; & suppurationsibus habet. Aluum purgat. Folia mori in urina madefacta pilum cornis detrahunt. Cerasia aluum molliunt: stomacho inutilia. Eadem siccata aluum sistunt. Vrinam ciunt. In uenio apud auctores si quis marutino rosida deuoret cum suis nucleis: in tantum leuari aluum: ut pedes morbo liberentur. Mespila exceptis fetaniis: quæ malo propriorem uim habet: reliqua astringunt stomachum: sistuntq; aluum. Item sorba sicca. Nam & recentia stomacho & aluo citæ profunt.

De pineis & amygdalis: & nuce auellana: & de nuce iuglandæ: & de pistaciis: & castaneis: & filisq; & cornu: & unedone: & lauro. CA. VIII.

Nuces pineæ: quæ resinā habent contuse leuiter additis in singulis sextariis aquæ ad dimidium decoctæ sanguinis excretioni medentur: ita ut cyathi bini bibantur ex eo. Cortex e pino in uino decoctus contra tormina datur. Nuclei nucis pineæ sitim sedant: & achrimoniā stomachi: rosionesque: & contrarios humores consistentes ibi: & infirmitatem uirilium roborant: reibus: & uesicæ utiles. Fauces uidentur exasperare & tuſim. Bilem pellunt poti ex aqua: aut uino: aut passo: aut balanorum decocto. Miscetur iis contra uehementiores stomachi rosiones cucumeris semen & succus portulacæ. Item ad uesicæ ulcera & renū: quoniam & urinam ciunt. Amygdalæ amaræ radicum decoctum cutem in facie corrigit: coloremque hylariorem facit. Nuces ipsæ somnum faciunt & auiditatem. Vrinam & menses ciunt. Capitis dolori illinuntur: maximeque in febris: si ab ebrietate in aceto & rosaceo ex aqua sextario: & sanguinem sistunt. Cū amylo & menta lethargicis comitialibusque profunt. Capite percuncto epinyctidas sanant e uino uetere ulcera putrescentia: Canum morsus cum melle. Et furfures ex facie ante potu præparata. Item iocineris & renum dolores ex aqua potæ. Et saepe ex eligmate cū resina terebinthina. Calculosis & difficili urinx in passo: & ad purgandam cutē in aqua

Podus sex-
tario: & duo-
rū aut myr-
rhæ sexta-
rii unius
croci unius

mulla tritæ sunt efficaces. Profunt eligmate: iocineri: tussi: & colo: cum eleliphaco modice ad-
 dito. In melle sumitur nucis auellanae magnitudine. Aiunt quoque quinis fere præsumptis ebrie-
 tatem non sentire potores. Vulpe si ederint eas nec contingat e uicino aquam lambere: mori. uel ebrietatis nō senti-
 tiri puto
 Niguis ualent in remedijs dulces: & ea tri purgant: & urinam ciunt. Recentes stomachum implēt.
 Nucibus græcis cum absinthii semine ex aceto sumptis morbus regius sanari dicitur. Item illitis
 per se uita sedis. Et priuatim condylomata. Item tussi & sanguinis reiectioni prodest. Nuces iu-
 glandes græci a capitis grauedine appellauere. Etenim arbo & ipsarum foliorumque uires in ce-
 rebrum penetrant. Hocq; minore momento: sed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iu-
 cundiores. Siccae noxiores: & stomacho inutiles: difficiles concoctu: dolorem capitis inferentes:
 Tussientibus inimicæ: & uomituris ieiunis aptæ: tenasmo solo: trahūt enim pituitā. Eadem præ-
 sumptæ uenena hebetant. Item anginā cum ruta & oleo. Item aduersantur cepis: leniuntq; eaze
 sporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Itē ruta māmīs & luxatis. Cū
 cepa autem & sale & melle capis hominisq; morsu. Putamie nucis iuglandis dens cauis inurif.
 Paramē combustum tritumq; in oleo aut uino infantium capiti e peruncto nutrit capillum: &
 ad alopecias eo sic utuntur. Quo plures quis nucis ederit: hoc facilius tineas pellit. Et quæ per
 ueteres sunt nucis gangrenis & carbunculis medent. Itē suggillatis. Cortex iuglandium lichenū
 uitio: & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto aurium dolori. In sanctuarijs Mithridatis ma-
 ximi regis deuicti. Cn. Pompeius inuenit in peculiari cōmētario ipsius manu compositionē anti-
 dori e duabus nucibus siccis. Item ficis totidem: & rutæ folijs uiginti simul tritis: addito salis gra-
 no: & qui hoc seuius sumat: nullum uenenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoque canis
 morsus nuclei a ieiunio homine cōmanducati illitq; præ senti remedio esse dicitur. Nuces auel-
 lenæ capitis dolorem faciunt: & inflationem stomachi & pinguedini corporis conferunt plūq;
 sit uenifimile. Tostæ & distillationi medentur. Tussi quoque ueteri tritæ: & in aqua mulla potæ.
 Quidam adiciunt grana piperis. Alii e passo bibunt. Pistacia eisdem usus & effectus hnt: quos
 pinei nuclei: præterque ad serpentium ictus: siue edantur: siue bibantur. Castanæ uehementer h-
 stunt stomachi & uentris fluctiones. Aluum ciunt. Sanguine excreantibus profunt: Carnes alūt.
 Siliquæ recetes stomacho inutiles. Aluum soluunt. Eadem siccatae sistūt: stomachoq; utiliores
 fiunt. Urinam ciunt. Syriacas in dolore stomachi ternas in aquæ sextarijs decoquunt. Quidā ad
 dimidium: eumq; succum bibunt. Sudor uirgæ corni arboris lamina ferrea candente exceptus:
 non contingente ligno illitaque inde ferrugo incipiētes lichenas sanat. Arbustus siue unedo fru-
 ctum fert difficilem concoctioni: & stomacho inutilem. Laurus excalectoriam naturam habet
 & folijs: & cortice: & baccis. Itaq; decoctum ex iis maxime e folijs prodesse uuluis & uescis con-
 uenit. Illita uero uesperum crabronumq; & apum. Item serpentium uenenis resistunt: maxime se-
 pis dypsadis & uiperæ. Profunt & mensibus foeminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem:
 quæ tenera sunt trita inflationes oculorum cum ruta: testium cum rosaceo: capitis dolores: aut
 cum irino. Quin manducata atq; deuorata per triduum ternas: liberant a tussi. Eadem a suspirijs
 trita cum melle. Cortex radice cauendus grauidis. Ipsa radix calculos rumpit: iocineri prodest:
 tribus obolis in uino odorato pota. Folia pota uomitiones mouent. Baccæ menses trahūt appo-
 sitæ tritæ uel potæ. Tussim ueterem & ortopnoeam sanāt binæ detracto cortice in uino potæ.
 Si & febris sit: ex aqua: aut eligmate ex aqua mulla: aut ex passo decoctæ. Profunt & phthisicis eo-
 dem modo: & omnibus thoracis rheumatismis. Nam & excoquunt pituitam: & extrahunt. Ad-
 uersus scorpiones quaternæ ex uino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitæ & lēgines. Et ulcera
 manantia: & ulcera oris: & surfures. Cutis pruriginem succus baccharum emēdat & phthiriasin.
 Aurium dolori: & grauitati instillatur cum uino uetere & rosaceo. Perunctos eo fugiunt uenena
 ta omnia. Prodest & contra uenenatorum ictus potus. Maxime autem eius laurus: quæ tenuior
 ra habet folia. Baccæ cum uino serpentibus & scorpionibus & araneis resistunt. Ex oleo & aceto
 illinuntur: & lyeni & iocineri. Gangrenis cum melle: & in fatigatione etiam aut perfrictione suc-
 co eo perungi nitro adiecto prodest. Sunt qui celeritati partus multum conferre putent radice
 acetabuli men sura pota in aqua. Efficacius recentem q̄ aridam. Quidam aduersos scorpionum
 ictus decem baccas dari iubent potui. Item & in remedio uiræ iacentis quadrantem pondo bac-
 carum foliorumue decoqui in aquæ sextarijs tribus ad tertias: eamque calidam gargarissare: &
 in capitis dolore impari numero baccas cum oleo conterere: & calfacere. Laurus delphicæ folia
 trita olfactaque subin e pestilentia contagia prohibent: tanto magis si & urantur. Oleum ex
 delphica ad cærrata: acopumque: ad perfrictiones: discutiedos neruos: laxandos lateris dolores

febresq; frigidus utile est. Item ad aurium dolorem: in mali ponici cortice tepesfactum. Folia decocta ad tertias partes aquae uanam cohibent gargarisatione: pota alui dolores: intestinorumque. Tenerrima ex iis trita in uino papulas pruritusque illita noctibus. Proxime ualent caetera lauri genera. Laurus alexandrina siue idaea partus celeres facit radice pota trium denariorum pondere in uini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit: mensesque eodem modo pota. Daphnoïdes siue iis nominibus: quae diximus siluestris laurus praestitit alui soluit: recenti folio uel arido drachmis tribus cum sale & hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & uomitus: stomacho inutile. Sic & baccae quinae denae uel purgationis causa summuntur.

De myrto satua: & myrtidano: & de myrto siluestri.

CA. IX.

uel Menandri



De camædrye: & camædaphne: & chamaelea: & chamaelyce: & chamæcisso: & chamæleuca: & chamæcyperisso: & ampelopraso: & stachye: & clinopodio: & centunculo: & cematide aegyptia medicina. CA. XV.

Chamædryes herba est: quae latine trifago dicitur: Aliqui eam chamædropem: alii theocriam appellauerunt. Folia habet magnitudie mērae: color & diuisura quercus. Alia serrata & ab ea serrata inuenta esse dixerunt: flore pene purpureo. Carpitur pugnans succo in petrosifis. aduersus serpentium uenena potu illitumque efficacissima. Item stomacho: tussi uentosa: pituita in gula cohaerenti: ruptis: conuulsis: lateris doloribus. Lyenem consumit. Vrinam & menses cit. Ob id incipientibus hydropicis efficacissima: manualibus scopis eius in tribus heminis aquae decoctis usque ad tertias. Faciunt & ex ea pastillos terentes eam ex aqua ad supradicta. Sanat & uomicas & uetera ulcera: uel fordida cum melle. Fit & uinum ex ea pectoris uitia folioque succus cum oleo caliginem oculorum discutit. Ad splenem ex aceto sumitur. Excalcificat perustione. Chamædaphne unico ramulo est cubitali fere: folio tenui lauri similitudine. Semen rubens admixtum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardorem refrigerat. Ad tormina cum uino bibitur. Menses succus eius & urinam cit potu: partuque difficiles in lana appositus. Chamæleuca similitudinem foliorum oleae habet. Sunt autem ei amara odorata: in petrosifis nascens paucim altitudinem non excedens. Aluum purgat. Detrahit pituitam bilemque: foliis in duabus partibus

ablinthij decoctis: succoq; eo cum melle potio. Foliis impostis & ulcera purgantur. Ajunt si quis ante solis ortum eam capiat: dicatq; ad abugines oculorum se capere: adalligata discuti id uirum: Quoquo modo collectam tumentorum pecorumq; oculis salutarem esse. Chamæsyce lentis folia habet nihil se attollentia: in aridis petrosiq; nascens. Claritatis oculorum: & contra suffusiones utilissima: & cicatrices: caligines: nubeculas in uino cocta: inunda. Vuluæ dolores sedat apposita in linteolo. Tollit & verrucas omnium generum illita. Prodest & orthopnoicis. Chamæcissos spicata est tritici modo ramulis quinis fere foliosa: cum floret existimari potest alba uiola radice tenui. Cuius bibunt ischiatici folia tribus obolis: in uini cyathis duobus septē diebus admodum amara portione. Chamæluceum apud nos farranum: siue sarsugium uocant. Nascitur se cus fluuios: folio populi: sed ampliore. Radix eius imponitur carbonibus cupressi: atq; is nidore per infundibulum imbibitur in uetere tussi. Chamæpeuce laticis foliis similis: luniborum: & spinae doloribus propitia est. Chamæcyparissos herba ex uino pota contra uenena serpentium omnium scorpionumq; pollet. Ampeloprason in uinetis nascitur: foliis porri: ructu grauis. Contra serpentium ictus efficac. Urinam & menses citerruptiones sanguinis per genitale inhihet potum impositumq;. Datur & a partu mulieribus: & contra canis morsum. Ea quoque quæ stachys uocatur: porri similitudinem habet odoris iucundi: colorisq; in luteum inclinati. Pellit mēstrua. Clinopodium: quod alii cleonicon: alii zopyron: alii ocimoides appellant: serpillio similem: surculam palmi altitudinem. Nascitur in petrosis: orbiculato foliorum ambitu: speciem leetipedum spbens. Bibitur ad conuulsa rupta strangurias: serpentium ictus: item decoctæ succus. Nunc subre xemus herbas mirabiles quidem: sed minus claras: nobilibus in sequentia uolumina dilatis: Ital centunculum uocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum iacentem in aruis: græci autem clematidem. Est eius egregius effectus ad sistendam aluum in uino austero. Idem sanguinem sistit tritus cum oxymellite: aut aquæ calidæ cyathis quinque denarii unius pōdere. Sic & ad secundas mulierum efficac. Sed græci clematidas & alias habent: unam quam aliqui echiten uocant: alii lagtorem nonnulli tenuem scamoneam: & pedales foliosos: non dissimiles scamoneæ ramos habet: nisi q; nigriora minoraque sunt folia. Inuenit in uineis aruisque. Est ut olus cum oleo & sale. Aluum cit. Eadem a dysentericis cum lini semine in uino austero forbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta: supposito udo linteolo. Strumas imposita ad suppurationem perducunt: deinde axungia adiecta percurant: item hemorrhoidas cum oleo uiridi. Phtisicos iuuant cum melle. Lactis quoque ubertatem faciunt in cibus sumpta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex aceto dentium dolores sedant: uenerem stimulant. Est & alia clematis ægyptia cognominē: quæ ab aliis daphnoides: ab aliis polygonoides uocatur folio lauri longa tenuisque: aduersus serpentes ac priuatim aspides ex aceto pota efficac. Aegyptus hanc maxime gignit.

De aros: dracunculo: & dracōio: & eri: & millefolio: & herba eiusdem nominis: & pseudonio: & myrthij: & onobryce medicina. CA. XVI.



Et & aron: de qua inter bulbos diximus magnæ cum dracuntio litris. Quidam enim esse dixerunt eandem. Glaucias sata discreuit: dracuntium siluestrem arum pronunciano. Aliqui radicem aron appellauerunt: caulem uero dracuntium: in totum aliū. Si modo hic est: qui uocatur apud nos dracunculus. Nanque aros radicem nigram i latitudinem rotundam habet: multo quoque maiorem: & qua manus impleatur. Dracunculus subrotulam & draconis conuoluti modo: unde ei & nomen. Quin & ipsi græci immensam posuere differentiam. Semen dracunculi feruens mordaxque tradendo: tantumque inesse ei uirus ut olfactum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere: primum in cibus foeminarum preferentes: quoniam mas dulcior esset: & in coquendo leior: pectorisque uitia purgaret. Aridum impositione inspersum aut elgmate: urinam & menses ciet. Sic & in oxymelite potū stomacho intertancis exulceratis ex lacte ouillo bibendum. Ad tussim in cinere coctum ex oleo dedere. Alii coxere in lacte: ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum imposuere: item suggillat: tonfillis. Ex oleo hemorrhoidū uitio infudere: lentigines ex melle illinotes. Laudauit Cleopphantus & pro antidoto contra uenena: pleureticis: peripneumoniacis quoque & tussientibus. Semen intritum cum oleo aut rosaceo infundens aurium dolori Diocles. Cleopphantus tussientibus aut suspiriosis & orthopnoicis & purulenta excreantibus farina permixtum in pane cocto dedit. Diodontus phtisicis e melle elgmate & pulmonis uitis: ossibus etiā fractis imposuit. Partus omnium animalium extrahit naturæ circumlitum. Succus radicis cum melle arrico: oculorum caligines: ac stomachi uitia discuti: tussim decocti ius cum melle. Ulcera omnium generæ

Handwritten notes in the right margin:
 magnā
 Chamæsyce
 Chamæluceum
 Chamæcyparissos
 Ampeloprason
 Chamæpeuce
 Chamæcissos
 Clinopodium
 Cleonicon
 Ocimoides
 Serpillio
 Daphnoides
 Polygonoides
 Pseudonion
 Myrthij
 Onobryce
 Aron
 Dracunculus
 Dracuntium
 Aros
 Glaucias
 Diocles
 Cleopphantus
 Diodontus
 & ii

fiæ phagedenæ sint: siue carcinomata: siue serpant: siue polypi in naribus: succus mire sanat. Folia ambultis profunt ex uino & oleo cocta. Aluum inanunt ex sale & aceto sumpta. Etiam luctis cocta cum melle profunt. Item articulis podagricis cum sale recentia uel sicca. Hippocrates utraslibet ad collectiones cum melle imposuit. ad menses trahendos feminis uel radicis drachmæ duæ in uini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio si a partu non purgantur: & secundas trahit. Hippocrates & radicem ipsam apposuit. Dicunt & in pestilentia salutarem esse in cibus. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore cum crematur priuatimq; aspides fugat: aut inebriat: ita ut torpentis inueniantur. Perunctos quoq; aro laureo oleo fugiunt. Ideo & contra ictus dari potu in uino nigro potant utile. In foliis ari caseus optime seruari traditur. Dracunculus qui dixi: hordeo maturecente effoditur luna crescente. Omnino habentem serpentes fugiunt. Ideo percussis prodesse in potu aiunt maiorem: ut & menses: si ferro non attingatur: sistat. Succus eius & aurium dolori prodest. Id autem quod graeci dracontion uocant triplici effigie mihi demonstratum est: foliis betæ: non sine thyrisio: flore purpureo. Hoc est simile aro. Alii radice longa ueluti signata articulo sag: monstrauere tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra serpentium ictus iubentes. Tertia demonstratio fuit folio maiore q; cornus: radice harundinea: totidem ut affitabant geniculata nodis: quot haberet annos: totidemq; esse folia. Hi ea ex uino uel aqua contra serpentes dabant. Est & aris quæ in eadem aegypto nascitur similis aro: minor tantum: minoribusq; foliis: & utiq; radice: quæ tamen oliuæ grandis magnitudine ipset. Alba geminum caulem: altera unum tantum emittens. Medetur utraq; ulceribus manatibus: si combustis ac fistulis: Collyrio immixta: & nomas sistunt: decoctarum i aqua & postea tritarum rosaceo addito. Sed unum miraculum igens: cõtactio genitali cuiusq; feminini sexus: animal in perniciem agit. Myriophylion: quod nostri millefolium uocant caulis est tener. Similis sceniculo plurimis foliis: unde & nomen accepit. Nascitur in palustribus: magnifici usus ad uulnera. Cum aceto bibitur ad difficultates urinæ & uesicæ: & suspiria: præcipitatisque ex alto. Efficacissima eadem ad dētium dolores. Ethruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem: a lateribus capillamenti modo foliosam: eximii usus ad uulnera: boum neruos abscissos uomere solidati: eam rursusque iungi ad dita axungia affirmans. Pseudobun: ion napi folia habet: fruticans: palmi altitudine. Laudatissima in creta. Contra tormina atque stranguriam: laterum præcordiorumque dolores bibuntur rami eius quini senue. Myrrhis quam alii smyrthizam alii myrrham uocant: si millima est cicuta. Caule foliisque & flore minor tantum & exilior: cibo non inuisus. Cit menstua & partus cum uino. Aiunt quoque eandem potam in pestilentia salutarem esse. Subuenit & pthysicis in forbitone. Auiditatem cibi facit. Phalagiorum morsus restringit. Vlcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua triduo macerata sanat. Onobrychis folia habet lentis longiora paulo florem robentem: radicem exiguam & gracilem. Nascitur circa fontes. Siccata in farina modum & insparsa uino albo stranguras finit. Aluum sistit. Succus eius perunctis cum oleo sudores mouet.

De coriaceia & callicia & me naide & aliis. xxiii. & medicinis earum: quas quidam magicas esse dicunt: & de confidia: & de aproxis: & reciduis morboque. CA. XVII.

IN promisso herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis. Quæ enim mirabiliores sunt. Primi eas in nostro orbe celebrare Pythagoras atque Democritus consecrati magos. Coriaceiam & calliciam Pythagoras qua aquam glaciari tradit: & quarum mentionem apud alios non reperio: nec apud eum alia de his idem menatidæ appellat & nomine alio corinthadæ: cuius decocto in aqua succo protinus sanari ictus serpentium si foueantur: dicit. Eundemque effusum in herba qui e uestigio cõtigerint: aut forte resperis fuerint: insanabili læto perire: monstrifica prorsus natura ueneni præterquã contra uenena. Ab eodem pythagora aproxis appellatur herba: cuius radix e longinquo concipiat ignes ut na phatæ q; in terræ miraculis diximus. Idem tradit: Si qui morbi humano corpori acciderint florere aproxi: quamuis sanatos admonitionem eorum sentire quotiens florere eam contigerit & frumetum: & cicuta: & uiolam similem conditionem habere. Nec me fallit hoc uolumen e ius a quibusdam Clemporo medico ascribi. Pythagoræ uero esse pertinax fama antiquitasque ue indicant. Et id ipsum auctoritate uolaminibus assertit: si quis alius curæ suæ opus illo uero dignum iudicauerit: Quod fecisse scimus Clemporum: cum & alia suo ex nomine ederet: quis crederet: Democriti certe chinocineta esse constat. At in iis ille post pythagoram inagorum situ diuissimus: quanto portento siora tradit: Aglaophotin herbam: quæ admiratione hominum propter eximium colorem acce-

perit nomen: in marmoribus arabia nascete persico latere: Qua de causa & marmariden uoca
 ri. Magos utiq; ea uti: cum uelint deos euocare. Achemenidon colore est electri sine folio nascet
 in taradastilis india: cuius radix in pastillos digesta in dieq; pota in uino noxii per cruciatus no
 ste confiteantur omnia per varias numinum imaginationes. Eandem hippophoradem appel
 lat: quoniam equae praecipue caueant eam. Theombrotion. xxx. scoenis a. Choaspe nasci pauonis
 picturis simile odore eximio: Hanc autē a regibus persarum bibi contra omnia corporum incō
 modā: in stabilimentisq; mentis. Eandem denique semniona potentiae maiestate appellari. Aliam
 deinde Adamantidem armeniae cappadociaeq; alūnam. Hac admota leones resupinari cum hia
 tu laxo. Nominis causam esse q; conteri nequeat. Arianidem in artanis gigni igneam colore. Col
 ligi cum sol in leone sit. Huius tactu perunda oleo ligna accendit. Herionaea in cappadocia &
 myria nascete: omnes feras torpescere: nec nisi hyenae urinae asperitū recreari. Ethiopida in meroc
 nasci. Ob id & meroidem appellari: folio lactuca: hydropicis utilissimam e multo potam. Ophiu
 sam in elephantine eiusdem aethiopiae liuidam: difficilem q; aspectu: qua pota terrorem minasq;
 serpentium obuersari: ita ut mortem sibi eo metu consciant: ob id cogi sacrilegos illam bibere.
 Aduersari autem ei palmeum uinum. Thalassiegen circa indum amnem inueniri: quae ob id no
 mine alio potamauris appellatur. Hac pota lymphari homines obuersantibus miraculis. Thean
 gelida in libano syriae: dictae cretae montibus & babylone: & suis perfidis nasci: qua pota magi
 diuinent. Gelotophyllida in bactris & circa borystenem. Hac si bibatur cum myrrha & uino:
 uarias obuersari species: ridendiq; finem non fieri: nisi potis nucleis pineae nucis cum pipere
 & melle in uino palmeo. Syllitieterida a conuictu in perside nominari: quoniam hilarentur illa: ea
 dem protomedia: qua primatum apud reges optineant. Casigneten: quoniam secum ipsa nascit
 ur: nec cum ullis aliis herbis. Eandē Dionysionymphadem: quoniam uino mire conueniat. He
 liathen uocant in themiscyra regione & ciliciae montibus maritimis: folio myrti. Hac cum adī
 pe leonino decocta addito croco & palmeo uino perungi magos: & persarum reges: ut fiat cor
 pus aspectu iucundum. Ideo eandem heliocallidem nominari. Hermesias ab eodem uocatur ad
 liberos generandos pulchros bonosq;. Non herba: sed compositio e nucleis pineae nucis tritis cū
 melle myrrha croco uino palmeo: postea admixto theombrotio & lacte bibere generaturos iu
 bet: & a conceptu puerperas partum nutrientes ita fieri excellentes animo & formatiq; bonos.
 Harumq; omnium magica quoq; uocabula ponit. Adiecit his Apollodoros allestator etus her
 bam elchynomenem: quoniam appropinquante manu folia cōtraheret. Aliam crocidem: cuius
 tactu phalangia morerentur. Crateias oenotheridem: cuius aspersu e uino feritas omnium ani
 malium mitigaretur. Anacamperotem celebrē arte grammatica paulo ante: cuius omnino tactu
 redirent amores uel cum odio deponi. Et abūde sit haecenus artigisse insignia magorum in iis
 herbis: alio de his aptiore dicturus loco.

De eriphia: & lanaria: & stratiote medicinae.

CA. XVIII.

Riphiam multi prodidere. Scarabum haec in habena habet sursum deorsumq; decur
 ritum cum sono haedi: unde & nomen accepit. Hac ad uocem nihil praestantius esse
 tradunt. Herba lanaria ouibus ieiunis data: lactis abundantiam facit. Aeq; nota lacto
 ris uulgo est plena lactis: quod degustatum uomitiones concitat. Eandem hanc aliq;
 esse dicunt: & alii similem illi: quam militarem uocant: quoniam uulnus ferro factum nullū nō
 intra dies quinq; sanat ex oleo imposita. Celebratur autē & a graecis stratiotes. Est ea in aegypto
 tantum: & inundatōe nili nascitur aizoo similis: ni maiora haberet folia. Refrigerat mire: & uul
 nera sanat ex aceto illita: item ignes sacros ac suppurationes. Sanguinem quoq; qui defluit a reni
 bus pota cum thure masculino mirifice sistit.

De herba quae nascitur in capite statuae: & de herba de fluminibus: & herba lingua: & cribros
 & simetis: & rhodora: & impias: & ueneris pectine: & nodia: & philanthropo: & canaria lappa: &
 tordyle: & de gramine: & dactylo: & scenograeco medicinae.

CA. XIX.

Erba in capite statuae nata collectaq; alicuius in uestis panno: & alligata in lino ruffo
 capitis dolorem confestim sedare traditur. Herba quae cūque e riuis aut fluminibus
 ante solis ortum collecta: ita ut nemo colligentem uideat: contra tertianas adalligata
 leuo brachio: ita ut aeger quid sit illud ignoret: tertianas arcere traditur. Lingua her
 ba nascitur circa fontes. Radix eius combusta & trita cum adipe suis adiaciunt ut nigra sit & ste
 nilis alopecias emendat unguentium in sole. Cribro in limite abiecto: herbae intus extantes de
 cepta: adalligatae quae grauidis: partus accelerant. Herba quae gignitur supra simeta ruris: cōtra
 & iii

asimendos
hippophoradem

myria
ethiopida
ophiussa

theangelida
thalassiegen

dionysionymphadem
heliothymum

eriphia ad canaria
lanaria

stratiotes

herba lingua

cribro

simetis

anginas efficacissime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quam canes urinā fundunt euolā ne ferro attingatur: luxatis celerrime medetur. Rumborinum arborem demonstrauimus inter arbuta. Iuxta hanc uideam uite nascitur herba: quam galli rhodoram uocant: caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatam folia urticae in medio exalbida: eadem procedente tempore tota rubentia: florem argenteum: præcipua contra tumores feruoresq; & collectiones. Cum axungia uero ueteri tusa ita ut ferro non attingatur: qui perunctus est: si despuat ad suam dexteram ter: efficacius remedium esse aiunt: si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus. Herba ipsa uocatur icana: roris marini aspectu thyrū modo uestita atq; capitata. Inde alii ramuli assurgunt sua capitella gerentes: ob id impiam appellauerunt: quoniā liberi super parentem exelant. Alii potius ita appellatam: q̄ nullum animal eam attingat: existimauerunt. Hæc inter duos lapides trita seruet: præcipuo aduersus anginas succo lacte & uino admixto: mirumq; traditur: nūq̄ ab eo morbo tentari qui gustauerint. Itaq; & subus dari: quæq; medicamentū id noluerint haurire: eo morbo interire. Sunt qui & in auium nidis inseri aliquid ex ea putent: atq; ita non strangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinem appellant a similitudine pectinum. Cuius radix cum malua tusa omnia corpori infixā extrahit. Veneriosa curat: quæ exedū uocatur. Nodia herba coriariorum officinis nota: ea mularis dicitur aliiq; nobis. Efficacissimam aduersus scorpiones esse potam in uino aut posca reperio. Philanthopon herbam græci appellant hirsutam: quonia in uestibus adhærescat. Ex hac corona imposta capitis dolores sedantur. Nā quæ canaria appellatur lappa cum plātagine & millefolio trita ex uino carcinomata sanat: ternis diebus soluta. Medetur & subus hæc effossa sine ferro: & addita in colluuiū poturis uel ex lacte & uino. Quidam adiciunt & fodientem dicere oportere: hæc est herba argemon: quam Minerua repperit subus is remedium: qui de illa gustauerint. Tordylen alii semen silis esse dixerunt. Alii herbam per se: quam & syreon uocauerunt. Neque aliud de ea proditū inuenio q̄ in montibus nasci. Combusta potu ciere menses: & pectoris excreationes. Efficacior etiā radice: succo eius: ternis obolis haurito renes sanari. Addi radicem eius & in melagmata. Gramē ipsum est inter herbas uulgatissimum: geniculatis serpit internodiis: crebroque ab is & ex cacumine nouas radices spargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigantur. In parnaso tantum hederacea specie densius q̄ usq; fruticante: flore odorato candidoque. Iumentis herba non alia gratior siue uiridis siue in sæno siccata. Tunditur aspersa aqua. Succum quoque eius in parnaso excipi tradunt propter ubertatem. Dulcis enim hic est. In uicem eius in reliqua parte terræ succedit decoctum ad uulnera conglutinanda: quod & ipsa herba tusa præstat. Tuerurque & ab inflammationibus placat. Decocto adicitur unum ac mel: ab aliquibus & thuris & piperis myrrhæque tertie portiones. Rursusq; ne coquitur in aereo uase ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in uino torminibus medetur & urinæ difficultatibus. Viceribus uesticæ. Calculos frāgit. Semen uehementius urinam ipellit. Aluū uomitionesque sistit. Priuatim aut draconū moribus auxiliatur. Sunt qui genicula. ix. uel unius uel e duabus tribusue herbis ad hunc articulorum numerū: uolui lana succida nigra tubeant: ad remedia strumæ panorum uel lejunum debere esse qui colligat. Ita ire in domū absentis cui medeatur: superuenientique ter dicere ieiunio ieiunum medicamentū dare. Atque ita adalligare: triduoque id facere. Quod e gramini genere septē internodia habet: efficacissime capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter uesticæ cruciatu decoctū ex uino gramē ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen uocant triū genere: cum in cacumine aculei sunt plurimū quini: dactylon uocant: hos conuolutos naribus inserunt: extrahuntque sanguinis ciendi gratia. Altero quod est aizoo simile ad paronychia & pterygia unguum: & cum caro unguibus excreuerit uruntur cum axungia. Ideo dactylon appellātes quia digitis medeatur. Tertiuū genus dactyli sed tenuis nascitur in parietinis aut tegulis. Hic caustica uis est. Silit ulcera quæ serpunt. Gramen capiti circumdatum sanguinis e naribus fluctiones sistit. Camelos aut necare traditur in babylonis regione id quod iuxta uias nascitur. Nec fœnograeco minor auctoritas: quod telin uocant: alii carpos: Aliqui buceras: alii ægoceras: quoniam corniculis semē est simile: nos silicium: quā quo sereret: suo loco diximus. Vis eius siccare: mollire: dissoluere. Succus decocti formiarum pluribus malis subuenit: siue duricia siue tumor siue contractio sit uulnæ: fouetur: insidit: infusum quoque prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impositum medetur: item ex aceto. Sic socieri decoctum. Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouē cyathis sæpe ad tertias partes bibere: ut qui biberint in calida lauantur. Et in balneo sudantibus dimidium ex re

licio iterum dedit: mox a balneo reliquum pro summo auxilio. Farinam scenogræci cum hordeo aut lini semine decoctam aqua mulla contra uulnæ cruciatu subiecit. Itæq; imposuit imo uentri. Lepras lentiginis: sulphuris parti portione mixta farina curauit nitro ante præparata cute sæpius die illinens: perungitq; præcipiens. Theodorus scenogræco miscuit quartam partem purgati nasturtii acerrimo aceto ad lepras. Damion scenogræci semen acetabuli dimidia mensura cum sapa & aquæ nouem cyathis ad mensas ciendos dedit potu. Nec dubitatur quin decoctum eius utilissimum sit uuluis: interaneisq; exulceratis: sicuti semen articulis atq; præcordiis. Si uero cum malua decoctum: postea addito malo potus aut cætera uuluis iteraneisq; laudat. Quippe cum uapor quoq; decocti plurimum profit. Alarumq; etiam grauelentiam decoctum scenogræci semen emendat. Farina pruriginis: capitis furfurisq; cum uino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita auxilia: genitalibus medetur item panu parotidi: podagra: chitagra: articularis: carnibusq; quæ recedunt ab ossibus. Aceto uero subacta luxatis. Illinitur & lyeni decocta i aceto & melle tantum. Carcinomata subacta ex uino purgat. Mox addito melle perfanat. Summis & sorbitio e farina ad pectus exulceratum longamque tussim. Diu decoquitur: donec amaritudo desinat. Postea mel additur. Nunc ipsa claritas herbarum dicitur.

CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER. XXV. PROOEMIUM.

Natura herbarum sponte nascentium.

CA. I.



Ipsa quæ nunc dicitur herbarum claritas: medicinae trini gratia gignere eas telure: i admiratione curæ priscorum diligentiaq; alium agit. Nihil ergo itætatū i expertis illis fuit. Nihil deinde occultatum quod non potest posteris uellet. At nos elaborata iis abscondere atque suppressere cupimus: & fraudare uitam etiam alienis bonis. Ita certe reconduntur pauca aliqua nouere: inuidentes aliis: & neminem docere in auctoritatem scientiæ est. Tatum ab excogitandis nouis: ac adiuuanda uita mores abfunt. Summumque opus ingeniorum diu in hoc fuit: ut intra unumquodque recte facta ueterum perirent. At hercule singula quosdam inuenta deorum numero addidere: omniumque uitam clariorē fecere cognominibus herbarum tam benigne gratiam memoria referente. Nō æque hæc cura eorum mstra esset in

his: quæ sato blandiunt: aut cibo inuitant: sed culmina quoque montium inuia & solitudines abditas omnisque terræ fibras scrutati iuenerunt: quid quæque radix polleteret: ad quos usus herbarum folia pertinerent: etiam quadrupedum pabulo intacta ad salutis usus uertentes.

Qui latine usus herbarum scripserint: & quando ad romanos noticia earum peruenerit: & qui primi græcorum de his composuerint: & de herbarum inuentione: & antiqua medicina: & quare minus exerceantur earum remedia: & de cynorrhodo: & de dracunculo medicina. CA. II.



Magna hoc quæ par erat: nostri celebrauerunt omnium utilitatum & uirtutum rapacissimi. Primumque & diu solus idem ille, M. Caro omnium bonarum artium magister paucis dontaxat artigit. Eorum etiam medicamina non omisit. Post eum unus illustrium testatur. C. Valgius eruditione spectatus: imperfecto uolumine ad Diuum Augustum: inchoata etiam præfatione religiosæ: ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur maiestas. Ante coniderat solus apud nos: quod equidem inueni: Pompeius Leneus Magni Pompeii libertus: quo prius tempore hanc scientiam ad nostros peruuisse animaduerto. Naque Mithridates maximus sua ætate regum: quem debellauit Pompeius: omnium ante se genitorum diligentissimus uitæ fuisse argumētis præterquam fama intelligit. Vni ei excogitatum quotidie uenenum bibere: præsumptis remediis: ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Primo inuenta genera antidotis: ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum autumant sanguinem anatum ponticæ miscere antidotis: quonia ueneno uiuere. Ad illum Asclepiadis mededit arte clari: uolumina composita extant: cum sollicitatus ex urbe roma præcepta pro se mitteret. Illum solum mortaliu Mithridatē. xxii. linguis locutum certum est. Nec de subiectis genibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinae peculiariter curiosus ab hoibus subiectis: qui fuisse pars magna terræ

singula exquirere: scribitur cōmentationum harū & exemplaria effectusq; in arcanis suis reliquit.
 Pompeius autem omni regia praeda potitus: transferre ea sermone nostro libertū suum Lencum
 grāmaticæ artis doctissimū iussit. Vitæq; ita profuit non minus quā republicæ: uictoria illa.
 Præter hos græci auctores medicina: perdidere: quos suis locis diximus. Ex iis Eux rex arabum
 qui de simpliciū effectibus ad Nerone conscripsit. Crateias: Dionysius: Metrodorus ratione blā
 dissima: sed qua nihil pene aliud q̄ rei difficultas intelligat. Pinxere nāq; effigies herbarū: atque
 subscribere effectus. Verū & pictura fallax est ex coloribus: tā numerosis: præsertim i emulatio
 ne naturæ: multūq; degenerat trāsribētū fors uaria. Prætereā parū est singulari eage. atates pin
 gi: cū quadripartitis uarietatibus anni faciē mutēt. Quare cæteri sermone eas tradidit. Aliqui
 effigie q̄dem indicata: & nudis q̄dem plerūq; noibus defuncti: qm̄ satis uidebat potestates uimq;
 demonstrare quærere uolētibus. Nec est difficile cognitu. Nobis certe: exceptis admodum pau
 cis: cōtingit reliquas cōtēplari sciētia Antonii Castoris: cui summa auctoritas erat in ea arte nostro
 æuo. Visendo hortulo eius: in quo pluriā alebat: centesimū ætatis annū excedens nullū corpo
 ris malū expertus: ac ne ætate quidē memoria hūc uigore concussit. Nec aliud mirata magis an
 tiquitas reperit. Inuenta iam pridē ratio est p̄nuncias horas non modo dies ac noctes Solis lu
 nāq; defectū. Durat tamen tradita persuasio in magna parte uulgi ueneficis & herbis id cogi.
 In eo nāq; scēminarū sciētia præualere. Certe quid nō repleuere fabulis colchis Medea: galiasq;
 In primisq; italica circe diis etiā ad scripta: unde arbitror natū ut Aeschylus e uetustissimis poe
 tica re referatam ita hanc herbarū potentia proderet. Multiq; circios agros ubi habitauit illa: in
 magno argumento etiamnū durante in maris a filio eius orta gente: quos esse domitores serpē
 tium constat. Homerus quidem primus doctrinarū & antiquitatis parens: multas alias in admi
 ratione Circes: gloriā herbarū ægypto tribuit: tum et cū rigaretur ægyptus illa non autē esset
 postea fluminis limo inuecta. Herbas certe ægyptias a regis uxore traditas sūz Helena: pluriā
 narrat: ac nobile illud Nepenthes obliuionē tristitiæ ueniāq; afferens: & ab Helena utiq; oibus
 mortalibus propinandū. Primus autē omnīū: quos memoria nouit: Orpheus de iis herbis cu
 riosius aliqua prodidit. Post eum Museus & Hesiodus polion herbam inquantū mirati sunt: dix
 imus. Orpheus & Hesiodus suffitiones cōmendauerunt. Homerū & alias nominatim herbas ce
 lebrat: quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia primus uolumen de earū esse
 cū cōposuit: Apollini: Aesculapioq; & in totum diis immortalibus inuentione: & origine assi
 gnata. Composuit & Democritus: anno peragratis perfidis arabie a thioptæ ægyptique magis.
 Adeoq; ad hæc ætonita antiquitas fuit: ut affirmauerit etiam incredibilia dictū. Xanthos histo
 riæ auctor in prima earū tradidit occisum draconis catulum reuocatū ad uitam a parente her
 ba: quam balin nominat. Eademq; tillonē quem draco occiderat: restitutum saluti. Et luba in
 arabia herba reuocatū ad uitā hōiem tradit. Dixit Democritus: credidit Teophrastus eē herbā
 cuius cōtactu illatæ ab alitæ: quā rettulimus: exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus. Quæ
 etiam si fide caret: admirationem tamen implent: cogūq; confiteri multum esse: quod uero su
 perfit. Inde & plerūq; uideo existimare: nihil non herbarum uel effici posse. Sed plurimum ui
 res esse incognitas. Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferunt dictura
 quasdam etiam fortassis calcatas prodesse. Obseruatum certe est: inflamari uulneta: ac morbos
 superuentu eorum: qui pedibus iter cōfecerint. Hæc erat antiqua medicina: quæ tota migrabat
 in græciæ linguas. Sed quare nunc non plures noscantur causæ: nisi q; eas agrestes litterarumq;
 ignari experiantur: ut pote: qui soli inter illas uiuant. Prætereā securitas quærēdi obuia medico
 rum turba. Multis etiam inuentis noia desunt: sicut illi quam rettulimus i frugū cura: scimulq;
 defossam in angulis segetis præstare ne qua uis intret. Turpissima causa raritatis: quod etiam q̄
 sciunt: demonstrare nolunt: tanq̄ ipsis paritūq; sit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inobio
 nis anceps. Quippe etiam in repertis: alias inuenit casus: alias (ut uere dixerim) deus. Insanabilis
 ad hōse annos fuit rabidi canis morsus: pauorem aquæ: potusq; ois afferens odium. Nuper cu
 i usdam militantis in prætorio mater uidit in quiete: ut radicem siluestris rosæ: quā cynorhodō
 uocant: eblanditam sibi a spectu pridie in fruteto mitteret folio bibendam in lacte. In lstantia
 res gerebatur hispaniæ proxima parte. Casusq; accidit: ut milite a morsu canis incipiente aquas
 expauescere superueniret epistola orantis: ut pareret religioni. Seruatusq; est ex inspirato. Et post
 stea quisq; auxiliū simile tētuit. Alias apud auctores cynorhodī una medicina erat: sp̄giola: q̄
 in mediis spinis eius nascit cinere cū melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cogno
 ui in agro hospitis nuper ibi repertū dracūculū appellatū caulē pollicali crassitudine uersis.

[Marginal notes in Latin script]
 Pompeius autem omni regia praeda potitus: transferre ea sermone nostro libertū suum Lencum
 grāmaticæ artis doctissimū iussit. Vitæq; ita profuit non minus quā republicæ: uictoria illa.
 Præter hos græci auctores medicina: perdidere: quos suis locis diximus. Ex iis Eux rex arabum
 qui de simpliciū effectibus ad Nerone conscripsit. Crateias: Dionysius: Metrodorus ratione blā
 dissima: sed qua nihil pene aliud q̄ rei difficultas intelligat. Pinxere nāq; effigies herbarū: atque
 subscribere effectus. Verū & pictura fallax est ex coloribus: tā numerosis: præsertim i emulatio
 ne naturæ: multūq; degenerat trāsribētū fors uaria. Prætereā parū est singulari eage. atates pin
 gi: cū quadripartitis uarietatibus anni faciē mutēt. Quare cæteri sermone eas tradidit. Aliqui
 effigie q̄dem indicata: & nudis q̄dem plerūq; noibus defuncti: qm̄ satis uidebat potestates uimq;
 demonstrare quærere uolētibus. Nec est difficile cognitu. Nobis certe: exceptis admodum pau
 cis: cōtingit reliquas cōtēplari sciētia Antonii Castoris: cui summa auctoritas erat in ea arte nostro
 æuo. Visendo hortulo eius: in quo pluriā alebat: centesimū ætatis annū excedens nullū corpo
 ris malū expertus: ac ne ætate quidē memoria hūc uigore concussit. Nec aliud mirata magis an
 tiquitas reperit. Inuenta iam pridē ratio est p̄nuncias horas non modo dies ac noctes Solis lu
 nāq; defectū. Durat tamen tradita persuasio in magna parte uulgi ueneficis & herbis id cogi.
 In eo nāq; scēminarū sciētia præualere. Certe quid nō repleuere fabulis colchis Medea: galiasq;
 In primisq; italica circe diis etiā ad scripta: unde arbitror natū ut Aeschylus e uetustissimis poe
 tica re referatam ita hanc herbarū potentia proderet. Multiq; circios agros ubi habitauit illa: in
 magno argumento etiamnū durante in maris a filio eius orta gente: quos esse domitores serpē
 tium constat. Homerus quidem primus doctrinarū & antiquitatis parens: multas alias in admi
 ratione Circes: gloriā herbarū ægypto tribuit: tum et cū rigaretur ægyptus illa non autē esset
 postea fluminis limo inuecta. Herbas certe ægyptias a regis uxore traditas sūz Helena: pluriā
 narrat: ac nobile illud Nepenthes obliuionē tristitiæ ueniāq; afferens: & ab Helena utiq; oibus
 mortalibus propinandū. Primus autē omnīū: quos memoria nouit: Orpheus de iis herbis cu
 riosius aliqua prodidit. Post eum Museus & Hesiodus polion herbam inquantū mirati sunt: dix
 imus. Orpheus & Hesiodus suffitiones cōmendauerunt. Homerū & alias nominatim herbas ce
 lebrat: quas suis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus sapientia primus uolumen de earū esse
 cū cōposuit: Apollini: Aesculapioq; & in totum diis immortalibus inuentione: & origine assi
 gnata. Composuit & Democritus: anno peragratis perfidis arabie a thioptæ ægyptique magis.
 Adeoq; ad hæc ætonita antiquitas fuit: ut affirmauerit etiam incredibilia dictū. Xanthos histo
 riæ auctor in prima earū tradidit occisum draconis catulum reuocatū ad uitam a parente her
 ba: quam balin nominat. Eademq; tillonē quem draco occiderat: restitutum saluti. Et luba in
 arabia herba reuocatū ad uitā hōiem tradit. Dixit Democritus: credidit Teophrastus eē herbā
 cuius cōtactu illatæ ab alitæ: quā rettulimus: exiliret cuneus a pastoribus arbori adactus. Quæ
 etiam si fide caret: admirationem tamen implent: cogūq; confiteri multum esse: quod uero su
 perfit. Inde & plerūq; uideo existimare: nihil non herbarum uel effici posse. Sed plurimum ui
 res esse incognitas. Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferunt dictura
 quasdam etiam fortassis calcatas prodesse. Obseruatum certe est: inflamari uulneta: ac morbos
 superuentu eorum: qui pedibus iter cōfecerint. Hæc erat antiqua medicina: quæ tota migrabat
 in græciæ linguas. Sed quare nunc non plures noscantur causæ: nisi q; eas agrestes litterarumq;
 ignari experiantur: ut pote: qui soli inter illas uiuant. Prætereā securitas quærēdi obuia medico
 rum turba. Multis etiam inuentis noia desunt: sicut illi quam rettulimus i frugū cura: scimulq;
 defossam in angulis segetis præstare ne qua uis intret. Turpissima causa raritatis: quod etiam q̄
 sciunt: demonstrare nolunt: tanq̄ ipsis paritūq; sit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inobio
 nis anceps. Quippe etiam in repertis: alias inuenit casus: alias (ut uere dixerim) deus. Insanabilis
 ad hōse annos fuit rabidi canis morsus: pauorem aquæ: potusq; ois afferens odium. Nuper cu
 i usdam militantis in prætorio mater uidit in quiete: ut radicem siluestris rosæ: quā cynorhodō
 uocant: eblanditam sibi a spectu pridie in fruteto mitteret folio bibendam in lacte. In lstantia
 res gerebatur hispaniæ proxima parte. Casusq; accidit: ut milite a morsu canis incipiente aquas
 expauescere superueniret epistola orantis: ut pareret religioni. Seruatusq; est ex inspirato. Et post
 stea quisq; auxiliū simile tētuit. Alias apud auctores cynorhodī una medicina erat: sp̄giola: q̄
 in mediis spinis eius nascit cinere cū melle alopecias capitis expleri. In eadem prouincia cogno
 ui in agro hospitis nuper ibi repertū dracūculū appellatū caulē pollicali crassitudine uersis.

loribus uiperarum maculis: quam ferebant contra omnium morsus esse remediū. Alius est quē nos in priori uolumine eiusdem nominis diximus: sed huic alia figura. Aliudq; miraculum exant e terra ad primas serpentium uernationes bipedali fere altitudine: rursumq; cum iisdem in terram se condentis: nec omnino occultato eo apparet serpens: uel hoc per se satis officioso natura munere: si tantum præmoneret: tempusq; formidinis demonstraret.

De quodā pestifero sōte germāe: & de britānica: & maximis morboꝝ doloribus. CA. III.

N Ec bestiarum solum ad nocendum scelera sunt: sed interim aquaq; quocq; ac locog; in germania tras rhenum castris a Germanico Cæsare p̄ motis maritimo tractu fons erat aquæ dulcis solus: qua pota intra biennium dentes deciderent. Compagēq; i genibus soluerentur. Stomacacē medici uocabant: & sclectirben. Ei malo reperta auxilio est herba: quæ uocatur britannica non neruis modo & oris malis salutaris: sed cōtra anginas quocq; & serpentes. Folia habet oblonga nigra: radicē nigram. Succus eius exprimitur: & ex radice. Florem uibones uocant: qui collectus prius q̄ tonitrua audiantur: & deuoratus securos in totum reddit: Frisi quæ castra erant nostris demonstrauere illam. Miror quidē q̄ nominis esset cā nisi forte confini oceano britāniæ ueluti propinquæ dicauere. Non enim inde appellatam eam: quoniam ibi plurima nasceretur: certum est. Etiam tum britannia libera fuit quidem: & hic quōsdam ambitus nominibus suis eas adoptandi: ut docebimus fecisse reges: ut res tanta debeatur herbam inuenire: uitam seruare: non fortassis credet aliquis: cum hæc nostra fituola quocq; existimentur: adeo deliciis sordent: etiam quæ ad salutem pertinent. Auctores tamē quarum inueniuntur in primis celebrare par est: effectum earum digesto in genera morborum. Quæ quidem in reputate misereri sortis humanæ subit: & præter fortuita casusq; & nomina quæ omnis hora exogitatur: ad millia morborum singulis mortalibus timēda. Qui grauissimi ex his sint: discernere stultitia prope uideri potest: cum suus cuiq; ad præsens quisq; atrocissimus uideatur. Et de hoc tamē iudicauerit aut experimēto asperimos cruciatus esse calculorum & stillicidium uesicæ. Proximū stomachi, tertium eorum qui in capite doleant. Non ob aliud fere morte conscita græcis: & noxias herbas demonstratas. miror equidem. Nec uenenorum tantum: quoniam ea conditio uitæ est: ut mori plerūq; etiam optimi portus sit: tradatque Varro Seruiliū Clodium equitem romanum magnitudine doloris in podagra coactum ueneno crura perunxisse: & postea caruisse sensu omni æque q̄ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia monstrandi: quæ mentes soluerentur: Partus eliderentur: multaque similia: Ego nec abortiua dico. Acne amatoria q̄ dem memoro. Lucullum imperatorem clarissimum amatorio periisse. Nec alia magica portenta: nisi ubi cauenda sunt aut coarguenda in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abundeque præstitum uitæ salutare dixisse: ac postea inuēta.

De moly: & dodecatheo: & pæonia uel pentorobo: uel glycytide: & panace uel asclepio: & heracleo panace: chironio: & panace centaureo: uel pharmaceo: & heracleo siderio: & hyofcyamo: uel apollinari siue altercangeno. CA. IIII.

Audatissima herba: est Homero teste: quæ uocari ab diis putat moly. Ast inuentionē eius Mer. assignat. Cōtraq; sūma ueneficia demonstrat. Nasci eā hodie circa phenetū & in cyllene arcadiæ tradūt. Specie illa hōerica radice rotūda nigra: magnitudine cepæ folio scyllæ: effodi at̄ difficulter. Græci auctores florē eius luteū p̄xere: cū Homerus cādidiū scripserit. Inueni e peritis herba: medicis: q̄ & i italia nasci eā diceret: afferriq; cāpāa rōsi hi aliquot diebus effosā iter difficultates saxæ radice triginta pedes lōgæ. Ac ne sic quē solida: s; abruptæ. Ab ea maxia auctoritas herba: ē: quæ dodecatheo uocāt: oium deog; maiestati cōmendātes. In aqua potā oibus morbis mederi tradūt. Folia eius septē: lactueis simillima exūta lutea radice. Verustissima inuēta pæonia est: Nomēq; auctoris retinet. Quæ quidā p̄torobō appellāt: alii glycytidē. Hæc quoque difficultas est: q̄ eadē aliter alibi nūcupat. Nascit opacis mōtib; caule inter folia digitog; q̄ tuor ferētē in cacumine ueluti græcas nucēs q̄ tuor aut q̄nque. In est is semē copiosum: rubrū: nigrūque. Hæc medel & faunog; in gete ludibriis. Præcipiunt eruere nodū: qm̄ si picus martius uideat: uēdo in oculos ipetū faciat. Panaces ipso noie oium morboꝝ remedia promittit: nūerosum & diis inuētoribus adscriptū. Vnū quippe asclepion cognominatur: quoniam is filiam panaciam appellauit. Succus eius est coactus: ferulæ qualem diximus. Radix est multi corticis & salis. Hæc euulsi scrobem repleri uario genere frugū religio est: ac terræ plamētū. Vbi: & quonā fieret mō: & quale maxime p̄baretur: iter peregrina docuimus. Id quod e macedonia afferit: bucolicon uocāt: amētariis sp̄ote erupētē succū excipiētibus: hoc celerrime

uel uñ

evanescit. Et in aliis autem generibus improbatum maxime nigrum ac molle. Id enim argumen-
tum est cæra adulterati. Alterum genus heracleo vocant: & ab Hercule inuentum tradunt. Alii orbi-
ganum heracleoticum siluestre: quoniam est origano simile: radice inutili. De origano diximus. Tertiu-
m panaces chironion cognominatur ab inventore. Folium eius lappato simile: maius tamē &
hirtius. Flos aureus: radix parua. Nascitur pinguis locis. Huius flos efficacissimus eorum ampli-
us quod supra dicta prodest. Quartum genus panaces ab eodem Chirone repertum centaurion cognomi-
natur. Sed & pharnaceon in controversia inventionis a Pharnace rege deductum. Seritur hoc logio-
ribus quod cætera foliis: & serratis. Radix odorata in umbra siccatur: uinoque gratiam adiicit. Huius
genera duo fecere: altege leuioris folii: altege tenuioris. Heracleon siderion & ipsum ab Hercule in-
uentum est: caule tenui digitorum: quattuor altitudine. Flore puniceo: foliis coriandri. Iuxta lacus &
amnes invenit. Oiaque uulnera ferro illata efficacissime sanant. Est Chironis inuentum ampelosi quod
caule chironia: de quo diximus iter uites. Sicuti de herba cuius iunctio assignat Mineræ. Herculi quo-
que ea adscribitur: quod apollinaris: apud arabas altercū siue altercigenū: apud grecos uero hyoscyamos
appellat. Plura eius genera. Vnum nigrum femie foliis pene purpureis spinosum. Talis nascitur in galacia.
Vulgare autem candidius est & fruticosius: altius papauere. Tertium semine iridis semine simile: & oia ista
gignetia: capitibus uertiginis. Quartum genus molle: lanuginosum pinguis cæteris. Candidum semini-
nis: in maritimis nascens: hoc receperunt medici. Item russi seminis nonumque ante candidum rufescens
non est maturum: improbatumque. Et alioquin nullum: nisi cum inauerit legit: natura uini. Ideoque mentē
caputque infestans. Vnus seminis & per se & succo expresso. Exprimitur separatim: & caulibus foliis
que utuntur & radice: temeraria in totum (ut arbitror) medicina. Quippe est foliis cōstat mentē corri-
pi: si plura quod quattuor bibant. Etiam antiqui in uino febrē depelli arbitrabant. Et oleum fit ex femi-
ne: ut diximus: quod ipsum auribus infusum tentat inuentem: mireque contra uenenum remedia
prodidere iis: qui id bibissent: & ipsum pro remedio: adeo nullo omnia experiendi sine: ut cog-
rentur etiam uenena prodesse.

ul' floribus
ul' erysimi
uel lini

De linozoste: parthenio: hermupoa: siue potius mercuriali: & achillea: & panace: heracleo: sideo-
riti: mille folio: & de scopa regia: & hermineo: teucro: splenio: de melapodio: siue helleboro: quod
ue eorum genera: & de nigro helleboro: & albo medicina: & quod detur: & quod sumendum: & quibus non
dandum: & quod mures necet.

CA. V.

Inozostis siue parthenion a Mercurio inuentus est: ideo apud grecos hermupoa mul-
ti uocant. Eam apud nos omnes mercurialem. Duo eius genera: masculus & femina
quæ efficacior: caule cubitali interdum ramoso in cacumine: ocimo angustioribus fo-
liis: geniculis densis: alarum cauis multis: semine in geniculis depedente: feminae copio-
so: mari iuxta genicula stant rariore ac breui: contortoque. Feminae soluto & candido. Folia ma-
ribus nigriora: feminae candidiora: radix superuacua: præ tenuis. Nascuntur in campestribus cul-
tis. Mirum est quod de utroque eorum genere proditur. Ut mares gignantur hunc facere: ut fe-
minæ: illam. Hoc contingere si a conceptu succus protinus bibatur in passo: edanturue folia deco-
cta ex oleo & sale: uel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo sicili cum heliotropio:
& duabus aut tribus spicis donec decoquatur. Decoctum dari iubent: & herbas ipsam in cibo
altero die purgationi: mulieribus per triiduum: quarto die a balneo coire eas. Hippocrates mi-
ris laudibus in mulierum usu prædicauit illas. Easque ad hunc modum adhuc medicorum ne-
mo nouit. Ille eas uulua cum melle uel rosaceo uel lilino: uel trino admouit: item ad cædos me-
ses secundaque. Hoc idem præstare potu fortis dixit. Instillauit auribus surdis succum inuunt
que cum uino uetere. Aluo folia imposuit: epiphoris: stranguria: & uescia. Decoctum eius dedit
cum myrrha & thure. Aluo quidem soluenda: uel in febre decoquatur quantum manus capiat
in duobus sextariis aquæ ad dimidias bibitur sale & melle admixto: necnon cum ungula suis:
aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putauere aliqui utranque dandum sine cum
malua decoctum. Thoracem purgat. Bilem detrahunt. Sed stomachum lædunt. Reliquos usus
dicemus suis locis. Inuenit & achilleo Achilles discipulus Chironis: qua uulneribus mederetur:
quæ ob id achilleos uocatur. Hac sanasse Thelephum dicitur. Alii primum eruginem inuenisse
utilissimam emplastris: ideoque depingitur ex cuspide decutiens eam gladio in uulnus Thelephi.
Alii utroque usum medicamento uolunt. Alii & hanc panacem heracleon: alii sideritē. Hanc apud
nos millefolia uocant cubitali scapo riosam: minoribus quod foeniculi foliis uestita ab imo: Alii
fatent quod illa uulneribus utilis: sed uerā achilleon esse scapo cæruleo pedalis: sine ramis ex oia parte sin-
gulis foliis rotundis eleganter uestitam. Alii quadrato caule: capitibus marrubii folio quercus.

Hanc etiam præcisos nervos glutinare faciunt. Alii sideriten in maceris nascentem cum teritur fædi odoris. Etiamnum aliam similem huic: sed candidioribus foliis & pinguioribus tenuioribus cauliculis i vineis nascentem. Aliam vero binum cubitorum ramulis exilibus triangulis: folio filicis: pediculo longo: betæ semine: omnes vulnerebus præcipuas. Nostri eam quæ est latissima: cum exta super eam proiecta essent: fertur adhæsisse lyeni: eumq; exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur. Narrant sues qui radicem eius edunt: sine splene inuentri. Quidam ramis hylopi furculosam: folio fabæ. Eodem nomine appellati: & colligi florentem: ad hoc tubet: adeo florere nō dubitant: maximeq; ex ciliciis & pythia montibus laudant. Melampodis fama diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur unum hellebori genus melampodion. Aliqui pastorem eodem noie inuenisse tradunt: capras purgari pastore illo animaduertente: datocq; lacte eage: sanasse præcidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici simul conuenit. Primum duo sunt candidum ac nigrum. Hoc radicibus tantum intelligi tradunt pleriq;. Alii folia nigri platani similia: sed minorâ nigrioraq;: & pluribus diuisuris scissa. Albi betæ incipit. Hæc quoque nigriora & canalium dorso rubescencia. Vtraq; caule palmi serulaceo bulborum tunicis cōuoluto radice fibrata ceparum modo. Nigrum: equi: boues: sues necantur. Itaq; cauent id cum cãdido uescantur. Tempestiuum esse tradunt menses. Plurimum autem nascitur in oeta monte: Et optimo uno eius loco circa pyram. Nigrum ubiq; prouenit: sed melius in hellicõe: qui mons & aliis laudatur herbis. Candidum probatur oetæ. Secundum pōticum. Tertio loco heleaticū: quod in uitibus nasci ferūt. Quarto parnassium quod adulterator etolico ex uicino. Nigrum ex his melampodion uocant: quo & domos suffiunt purgantq; aspergentes se & pecora. Cum precatione solenni hoc & religiosius colligitur. Primum. n. gladio circumscribitur. Deinde qui succissurus est ortum spectat. Et precatur: ut id liceat sibi concedentibus diis facere. Obseruatq; aquilæ uolatus: fere enim secantibus interest. Et si prope aduolauerit: moriturum illo aho qui succidit: augurium est. Nec album facile colligitur: caput aggrauans maxime: nisi præsumat aliū: & subinde uinum forbeat: celeriterq; fodiat. Nigrum alii entomon uocāt. alii polyrrhizon: purgat per inferna. Candidum autem uomitione. Causasq; morborum extrahit. Quondã terribile. Poëta tam promiscuum: ut pleriq; studiose gratia ad prouidenda acris quæ cōmentabantur: sepius sumptitauerint. Carneadem responsurum Zenonis libris. Drusum quoq; apud nos tribunorum popularium clarissimū: cui ante omnes plebs adstans plausit: optimates uero bellū maricum imputauere: constat hoc medicamento liberatum comitiali morbo in antycira insula. Ibi enim tutissime summisit: quoniam (ut diximus) sesamoïdes admiscet. Italia ueratrini uocat. Farina eorum per se & mixta radica: qua lanas diximus lauari: sternutamentū facit. Amboq; somnum. Leguntur autē tenuissime radices breuesq; ac uelut decurtatæ et hæ. Nā summa q̄ est crassissima cepis similis canibus tantum datur purgatiōis causa. Antiqui radicem corticēq; carnosissimum eligebant: quo tenuior eximeret medulla. Hanc humidis spongiis opertam turgescentēq; in longitudinem findebant. Deinde fila in umbra siccabant iis utentes. Nunc ramulos ipsos ab radice sua grauissimū corticis: ita dantes. Optimum quod acre gustu: feruentēq; in frangendo puluerem emittit. Durat uim eius. xxx. annis ferunt. Nigrum medetur paralyticis: infantiēibus: hydropicis dūmodo citra febrim: podagris ueteribus: articularis morbis. Trahit aloū & bilem: pituitasq;. Ex aqua datur ad leniter molliendam aluum plurimū drachma: modice quattuor obolis. Miscuere aliqui & scamoneam: sed tutius salem. In dulcibus datū copiosius periculū infert. Oculorum caliginē fotu discutit. Ob id quidam & inunxere. Tritum strumas: suppurata: duritas concoquit: & purgat. Item fistulas tertio die exemptū. Verrucas tollit cū squamis æris: & sandaraca. Hydropicog; uentri imponit cum farina hordeacea & uino. Pecog; & iumentorū pituitas sanat fuxculo per aurem traiecit: & postero die eadem hora exempto. Scabiem quadrupediū cum turē & cara ac pice: uel cum pisceleo. Album optimum: quod celerim mouet sternutamentum: sed multum terribilius nigro: præcipue si quis apparatus poturog; apud antiquos legat: cōtra horrores: strangulatus: intempestiuas somni uires: singultus infinitos: aut sternutamenta: stomachi dissolutiones: tardiores uomitus aut longiniores: exiguos aut nimios. Quippe alia dare solitiq; cōcitarent uomitiones: ipsūq; helleborum extraherent medicamētis: aut clysteribus: sepe et sanguine uenis emissio. lam uero & cum prospere cedat terribilius uisū i uariis coloribus uo-

uel quinū

uel hermi-

neum

uel parua

uel calami

uindo lau

al-

uel cichū

mitionum: & post uomitiones obseruatione alui: balnearum dispensatione: totius corporis cura antecedente: omnia hæc magno terrore & fama. Nāq; tradunt absumi carnē si coquat una. Sed antiquorum uirum erat: q; propter hos metus parcius dabāt: cum celerius erumpat: quo largius sumitur. Themison binas nō amplius drachmas donauit: sequentes & quaternas dedere. Claro Herophili preconiō: qui helleborum fortissimi ducis similitudini æquabat. Concitatis enim intus oibus: ipsum in primis exire. Præterea mirum inuentū est: q; icisum forficulis ut dixim; cubrāt: cortex remāct. Hoc in tanto medulo cadit. Hæc in nimia purgatione data: uomitiones sinit. Cauendū est foelici quoq; curane nubilo: de tur dieiq; ipse patibiles cruciatus exisist. Nā æstate potius q; hyeme dandū nō est in dubio. Corpus septē diebus præparandū cibis acerbis: abstinentia uin: quarto & tertio die uomitionibus: pridie cœnæ abstinentia. Album e dulci da rura: aptissime uero in lacte aut pulste. Nupes inuocere dissectis raphanis in fere helleborum: rursusq; cōprimere raphanos: ut transeat uis: atq; eo lenimēto dare. Reddi post quattuor fere horas incipit. Totum opus septenis peragis horis. Medet ita morbis comitialibus: ut diximus: uertigini: melancholicis: in sanientibus: lymphaticis: elephantiaæ albæ: lepris: tetano: tremulis: podagricis: hydropticis: incipientibusq; tympanicis: stomachicis: spasticis: clinicis: ischiadicis: quartanis quæ aliter non defināt: rursi ueteri: inflammationibus: torminibus: redcutibus. Vtiant dari senibus & pueris. Ite mollibus ac feminei corporis: animæ de exilibus: aut teneris: & feminis minus q; uiris. Item timidis: aut si exulcerata sint præcordia: uel tumeant: minime uel sanguinem excreantibus: canisariis: uel lateri: uel faucibus. Medetur extra corporis eruptionibus pituitæ cum axungia salsa uilicom: item suppurationi ueteri. Mures polæta admixtum necat. Galli sagittas in uenatu helleboro tingunt: circūcisq; uulnere teneriore sentiri carnem affirmāt. Mulca quoq; necantur albo trito & cum lacte sparso. Eodem & phthiriasis emendatur.

De mithridatia: & scordoti siue scordio: & polemonia: uel philæteria: uel chiliodynamia: & eupatoria: & centaurea: siue chironia: & de lecto centauro: libadio: felle terræ: & triorch medicina. CA. VI.

Psi Mithridatia Crateias adscripsit unam mithridatiam uocatā. Huic folia duo a radice achanto similia. Caulis inter utraq; sustinens roscum florem. Alteram lenem scordoti siue scordion: ipsius manu adscriptā: magnitudine cubitali: quadrangulo caule: ramosam quernæ similitudine foliis lanuginosis. R. eperit in ponto capis pinguib; humidisq; gustus amari. Est & alterius generis: latioribus foliis: mentastro similis: plurimisque utraq; ad usus: p se & inter alia in antidotis. Polemoniam alii philæteriam a certamine regū inuentionis appellant. Capadoces autem chiliodynamā radice crassa: exilibus ramisq; bus in summis corymbi depēdent: nigro semine: cætero rutæ similis. Nascit in montosis. Eupatorio quoq; regiam auctoritatē habet. Caulis lignosi nigricātis hirsuti: cubitalis aliqui: & amplioris: foliis p in terualla. v. ut canabis per ambitum incisis quinquepartito: nigris & ipsis plumosisque radice sup uacua. Semen dysentericis in uino potū auxiliat unice. Centauria curatus dicit Chiron cū Herculis exceptus hospitio pertractanti arma: sagitta excidisset in pedem: quare aliqui chironiū uocant. Folia sunt lata & oblonga: serrata ambitu densa ab radice: caules ternum cubitoq; geniculati. In iis capita ceu papauæ. Radix uasta: rubescens: tenera fragilisque ad bina cubita madida. Succo amara cū quadā dulcedine. Nascit in collibus pingui solo. Laudatissima in arcadia: lide: messenia: phloæ: & lycæo: atque in alpiibus: pluribusq; locis i lycia. Quidā & ex ea lyciū faciūt. Vis in uulneribus tāta ut cohærescere etiā carnes tradāt: si coquant simul. In usu radix tantum duabus drachmis bibenda qbus dicit: si febris sit: in aqua trita: cæteris in uino. Medet & oīum morbis decoctæ succus. Est altez centauration cognomine. leston: minutis foliis: qd aliqui libadion uocant: qm secundū fontes nascit: origani simile: angustioribus & longioribus foliis anguloso caule: palmū altō fruticanti: flore lychnidis: radice tenui: & sup uacua succo efficac. Ipsa herba autūno legis: succus e fronde. Quidā caules cōcisos madefaciūt diebus. xviii. atque ita exprimunt. Hoc centauration nostri sel terræ uocant: ppter amaritudinē sumam. Galli exacū: quoniā oīa mala medicamēta potū e corpore exigat per aluū. Tertia est cetauris cognomine triorchis. Qui eam fecat rarū est ut nō uulneret sese. Hæc succū sanguineū mittit. Theophrastus defendi eam: pugnatique colligentes tradit a triorchæ accipitrum genere: a quo & nomen accepit. Impe riti cōfundunt hæc omnia: & uni generi assignant.

De climeno: & gentiana: & lysimachia: & parthenide: & artemisa: & ambrosia: & nymphæa: heracleo: & euphorbia medicina. CA. VII.

uel obuius



Limenos a rege herba appellata est hederæ foliis ramosa caule inani articulis præcin-
cta: odore graui & femine hederæ: siluestribus & montosis nascens. Quibus morbis
pota medeatur: dicemus. Sed hic indicandū est dum medeatur: sterilitatem pota etiā
in uiris fieri. Græci plantagini similem esse dixerunt: caule quadrato: folliculis cū se-
mine inter se implexis: uelut in polyporum cirris. Est succus autem in usu. Vis eius summa in re
frigerando. Gentianam inuenit Gentius rex illyriog: ubiq nascentem: in illyrico tamē præstan-
tissimam folio fraxini: sed magnitudine lactucæ: caule tenero pollicis crassitudine: cauo & inani:
ex interuallis foliato. triū aliquando cubitorum: radice lenta: subnigra sine odore aquosa: monti-
bus subalpintis plurima. Visus in radice & succo. Radicis natura est exalfactoria: sed prægnanti-
bus nō bibenda. Inuenit & Lysimachus herbam lysimachiam: quæ ab eo nomen retinet: celebra-
ta Erasistrato. Folia habet salicis uiridis: a flore purpureo: fruticosa: ramulis erectis odore gra-
ui: gignitur in aquosis. Vis eius tanta est: ut iumentis discordantibus iugo imposita asperitatem
cohibeat. Mulieres quoq; hac gloriā affectauerunt. In quib; artemisia uxor Mausoli ad optata her-
ba: quæ antea parthenis uocabatur. Sunt qui ab artemide artemisiam cognominatā putēt: quo-
niam priuatim medicatur foeminarū malis: absinthii autē modo fruticosa maioribus foliis pin-
gulisq;. Ipsi duo genera. Altera latioribus foliis: altera tenera tenuioribus: & nō nisi in mariti-
mis nascens. Sunt qui in mediterraneis eodē noīe appellant simplici caule: minimis foliis: flores
copiosi erumpentes: cum uua maturescit odore non in iucundo: quā quidam botrinā: alij ambro-
siam uocant. Talis in capparoda nascitur. Nymphaea nata tradit a nymphea zelotypia erga Her-
culem mortua. Quare heracleon uocant aliqui: alij rhopalon a radice clauæ simili. Ideoq; eos q;
bibant eam. xii. diebus coitu genituraq; priuari. Laudatissima in orchomeno & marathone Bo-
eoti Madon uocant: qui & semen edunt. Nascitur in aquosis: foliis magnis in sūma aqua & aliis
ex radice prodeuntibus flore lilio simili: & cū defloruerit capiti papaueris. In caule secat autūno.
Radix nigra in sole siccatur. Aduersaturq; & aluinis. Est & alia nymphaea in thessalia amne peneo:
radice alba: capite luteo: rosæ magnitudine. Inuenit & patrum nostrorū ætate rex iuba: quā ap-
pellauit euphorbiam flore lilio simili: & cū defloruerit capiti papaueris. In caule secat autūno.
Humor lactis uidetur effluere. Siccatur conto. Sic thuris effigiem habet. Qui colligunt clarius
uident. Contra serpentes medetur. Quacūq; parte percussa uertice inciso & medicamento addi-
to. Ibi getuli qui legunt: hædino lacte adulterant: sed discernitur igni. Id enim quod sincerum
non est fastidiendū odorem habet. multū infra hunc succum est qui in gallia fit ex herba cha-
mælea granum occiferente. Fractus ammoniaco similis est: etiā leui gustu os accensum diu deti-
nens: & magis ex interuallo donec fauces quoq; siccet.

De plantagine & buglosso: & cynoglossio: & buphthalmo: & scythica: & de spartania: & hippice:
& ischamone: & betonica: & cantabrica: & cōsiligine: & hiberida: & chelidonia: & canaria: &
elaphobosco: & dictāno: & anstolochia: & qd eius delectatōe inuoluant pisces: & statī capiant: &
medicinæ cōtra serpētū ictus ex herbis quas supius noiauit: & de argemonia. CA. VIII.



Elebrauit & themison medicus uulgarē herbam plantaginē tanquam inuentor uo-
lumine de ea edito. Duo eius genera. Minor angustioribus foliis & nigrioribus: lin-
guæ pecorum simillimis: caule anguloso in terram inclinato in pratis nascens. Altera
maior foliis laterum modo inclusa: quæ quia septena sūt quidam eam heptapleuron
uocauerunt. Huius & caulis cubitalis est: & napi similis. Nascitur in humidis multo efficacior. Vis
mira in siccando densandoq; corpore cauterii uicem optinens. Nulla res æque listit suctiones:
quas græci rheumatismos uocant. Iungit huic Boglossos boum linguæ similis: cui præcipuum
q; in uinum deiecta animi uoluptates auget: & uocat euphrasinom. Iungitur & cynoglossos ca-
ninas imitans linguæ topiariis operibus. gratissima. Aiuntq; quæ tres thyrsos seminis emittat:
eius radice potam ex aqua ad tertianas prodesse: quæ quattuor ad quartanas. Est alia similis ei:
& quæ ferat lappas minutas. Eius radix pota ex aqua ranis & serpentibus aduersatur. Est & bu-
phthalmos similis boum oculis: folio feniculi: circa oppida nascens fruticosa caulis: qui &
manduntur decocti. Quidam cochlam uocant. Hæc cum cera scitromata discutit. Inuenere
herbas & uniuersæ gentes. Scythia eam primum: quæ scythice uocatur: circa boetiam nascens

uel tepido

uel cachlá

prædulcis. Aliam quoque utilissimam quam spartaniam uocant. Magna & ea commendatio: in
 ore eam habentes famem sitimque non sentiunt. Idem præstat apud eos hippice dicta: in equis
 quoque eundem effectum habeat. Traduntque his duabus herbis scythas etiam in duodecim die-
 bus durare in fame siti. Scythiam in thracia inuenit: qua ferunt sanguinem sisti: non aperta mo-
 do uena: sed etiam præcisâ. Serpente terra milio similis: foliis asperis & lanuginosis: farditur in na-
 res. Quæ in italia nascitur: & sanguinem eodem adalligata sistit. Vetones in hispania eam quæ be-
 tonica dicitur in gallia. In italia autem ferratula a græcis cestron aut psychotrophon ante eun-
 ctas laudatissima. Exit anguloso caule cubitorum duum a radice spargens folia fere lappathi fe-
 rata semine purpureo. Folia siccantur in farinam plurimos ad usus. Fit uinum ex ea & acetum sto-
 macho & claritati oculorum. Tantumque gloriæ habet: ut domus in qua facta sit tuta existime-
 tur a piaculis omnibus. In eadem hispania inuenta est cantabrica per Diui Augusti tempora a câ-
 tabris reperta. Nascitur ubique caule iunceo pedali in quo sunt flosculi oblongi uelut calathi. In his se-
 men perquam minutum. Nec alias defuere hispaniæ herbis exquirendis: ut in quibus etiam nunc
 hodie in uirorum lætore conuictu potionem e ceterum herbis multo additis credere saluber-
 rimum suauissimumque. Nec quisquam genera earum iam nouit aut multitudinem. Numerus
 tantum constat in nomine. Nostra ætas meminit herbam in maris repertam. Nascitur & aqui-
 culis circumuicium neruesia: uocatur cõsilio. Prodest ut demonstrabimus suo loco deploratis
 in pthia inuenit nuper & Seruilius Democritus primus medentium quam appellauit hibernâ
 quæ ficto nomine inuentioni eius assignato carmine. Nascitur maxime circa uetera monumeta pa-
 rietinasque & inculta itinerum. Floret semper folio nasturtii: caule cubitali: semine tam paru-
 ut uix aspicitur. Radici odor nasturtii. Vnus æstate efficacior: & recenti tatum. Tunditur dif-
 ficulter. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia modica utilissima: uiris plurimum qua-
 ternis horis: foeminis minus dimidio adalligata: ut dein in balneum descendatur in calidam &
 postea oleo & uino corpus perungatur: diebusque uicenis interpositis idem fiat si qua admoni-
 tio doloris superfit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat oculos. Imponitur non in ipsa in-
 flammatione: sed imminuta. Animalia quoque inuenere herbas: in primis que chelidonium. Hac
 enim hirundines oculis pullorum in nido restitunt usum: ut quidam uolunt etiam eritis ocu-
 lis. Genera eius duo. Maior fruticoso caule: folio pastinacæ erraticæ ampliore: ipsa altitudine
 duum cubitorum. Color albicans: flos luteus. Minori folia hederæ rotundiora minus candida.
 Succus croci mordax. Semen papaueris. Floret aduentu hirundinum. Discessu marcescunt. Flo-
 rentibus succus exprimitur: & in æreo uase cum melle attico leniter cinere feruente decoquitur:
 singulari remedio contra caligines oculorum. Utuntur & per se succo in collyriis: quæ chelido-
 nia appellantur ab ea inuenerunt & canes canariam: qua fastidium deducunt: eamque in nostro
 conspectu madunt: sed ita ut nunquam intelligatur quæ sit etenim depasta cernitur. Notata est
 autem animalis huius malignitas in alia herba maior. Percussus enim a serpente: mederi quodâ
 sibi dicitur: sed illam homine inspectante non decerpit. Simplicius ceruæ monstrauit elapho-
 boscon: de qua diximus stem seseli enixæ a partu dictamum ostendere (ut indicauimus) uulne-
 ratæ eo pastæ statim deciditibus telis. Non est alibi quæ in creta: ramis prætenue: pulegio simile:
 feruens & acre gustu: foliis tantum utuntur. Flos nullus ei est: aut semen aut caulis. Radix tenuis
 & superuacua. Et in creta autem non spaciose nascitur: mireque a capris expetitur. Pro eo est & pscu-
 do dictamum multis in terris nascens: folio simili: ramulis minoribus a quibusdâ conditis uocatum.
 Minoris effectus statim intelligitur. Dictamum enim minima portione accedit os. Qui legere eam
 in ferula uel arundine cõdunt: præligantque: ne potentia euanescat. Sunt qui dicant utramque nasci
 multifariam: sed deteriore in agris pinguibus: ueram quidam dictamum non nisi in asperis. Est
 & tertium genus dictamum uocatum: sed neque facie neque effectu simile folio silymbrii: ramis maiori-
 bus procedere persuasione illa: quæ quid in creta nascitur: in infinito præstare cæteris eiusdem generis
 alibi genitis. Proxime quod in pernafo: alioquin herbiferum esse & peliû montem in thessalia.
 Et telethrium in euboea. Et totam arcadiam ac laconicam. Tradunt arcades quidem non me-
 dicaminibus uti: sed lacte circa uer: quoniam tunc maxime succis herbæ turgeant: medicenturque ube-
 res pascuæ. Bibunt autem lac uaccinû: quoniam boues omnino ueriferæ sunt in herbis. Potentia eamque
 per quadrupes etiamnum duobus claris exemplis manifesta sit. Circa abdera: & limitum Dio-
 medis uocatur equi pastu inflammant rabie: circa pothniam uero & afini. Inter nobilissimas arti-
 stolochiæ nomê dedisse grauide uident: quoniam eest aristotelechuses. Nostri malum terra uocant:
 & quattuor genera eius seruant. Vnum tubenbus radicû rotundis foliis inter malum & hederam ni-

uel ubera
 pascuis

grioribus pinguioribusq. Altez; masculæ radice longa q̄tuor digitoy longitudine: baculi cras-
 titudine. Tertiu longissimæ tenuitatis uitis nouellæ cui sit præcipua uis: quæ clematis uocaf:
 ab altis cretica. Oēs colore buxo: caulibus paruis: flore purpureo. Ferunt bacculas paruas uelut
 cappare. Valēt radice tantū. Est & quæ pistolochia uocatur quarti generis: tenuior q̄ pxime di-
 cta: densis radicis capillamentis iunci plenioris crassitudine. Hanc quidā polyrrhizon cognomi-
 nant. Odor oium medicatus. Sed oblonga radice tenuioriq; gratior. Carnosi enī est corticis: un-
 guentis quoq; nardinis cōueniens. Nascunt pinguib; locis & campestribus. Effodere eas messi-
 bus repellit: ita delquāmato terreno seruant. Maxie tñ laudat̄ pontica. Et in quocūq; genere
 pōderosissima quæq; medicinis aptior. Rotūda cōtra serpētes. Oblonga i sūma tñ gloria est etiā
 modo. A cōceptu admota uuluis in carne bubula mares figurat: ut tradit. Piscatores campaniæ
 radicem eā: quæ rotunda est: uenēū terræ uocāt: coramq; nobis cōtulām imixta calce in mari
 sparere: aduolāt pifces cupiditate mira: statimq; exanimati fluitāt. Quæ polyrrhizos cognomi-
 nat: cōuulsis confusus ex alto præcipitatis radice pota ex aqua utilissima esse tradit. Semine pleu-
 reticis & neruis cōfirmare exalfacere. Eadē satyrion est. Verū & effectus eage ususq; dicēdi sūt
 Ordiedūq; a maloge oium pessimo: id est serpentū ictu. Medent ergo britannica herba. Pana-
 cæ genge oium radix et uino. Chironiæ & flos & semē potū illitūq; ex uino & oleo. Priuatimq;
 quæ canila bubula appellat. Polemoniæ uel phileteris radicis drachmis quattuor ex mero. Teu-
 criæ: sideritis scordotis: ex uino priuatim ad angues potæ & illitæ: siue succo siue folio deco-
 cto. Centauriæ maioris radice drachma in uini albi cyathis tribus. Gētiana p̄cipue aduersus an-
 gues duabus drachmis cū pipere & ruta uini cyathis. vi. siue uiridis siue sicca. Et lysimachiæ odo-
 re fugiūt serpētes. Dat̄ ex uino p̄cussis chelidonia. Moribus iponif betonica p̄cipue: cui uis tan-
 ta phibetur: ut iclusæ circulo eius serpētes ipse sese iterimāt flagellādo. Dat̄ & ad ictus semē eius
 denarii pōdere cū tribus cyathis uini: uel farina drachmis tribus sextario aquæ iponif. Cātabri-
 cæ: distanti: aristolochiæ radicis drachma in uini hemina sepius bibenda: p̄dest & illita ex ace-
 to. Similiter pistolochiæ. Quin & oino suspēsa supra focū fugat e domibus serpētes. Argemonia
 quoq; radice eius denarii pōdere in uini cyathis tribus potat. Plura de ea cōuenit dici ceterisq;
 quæ primū noīabunt. In eo autē genere medendi primū conuenit: quāquā nominari in quo ma-
 xime ualebit. Folia habet anemona: æqualia diuisa apii modo: caput i cauliculo papaueris silue-
 stris: item radicem. Succum croci colore acrem & acutum. Nascitur & in aruis apud nos. Nostri
 tria genera eius faciunt: & id demum probant cuius radix thus redoleat.

De agarico: & echyos: & hyofcyamo: & hierabotane: & blattaria: & lemonia: & quinq; folio: &
 sparganio: & dauco: & persolata: & arctio: & cyclamino: & peucedano. CA. IX.



Garicon ut fungus nascit in arboribus circa bosporū: colore candido. Datur obolis
 quattuor cōtritum cū binis cyathis aceti multī. Id quod in gallia nascit infirmus ha-
 betur. Præterea mas spissior amariorq;. Hic & capitis dolores facit. Fœmina solutioe
 in initio gustus dulcis: mox in amaritudinē trāsit. Echyos utriusq; generis pulegio si-
 milis. Foliis coronata: drachmis duabus ex uini cyathis quattuor dat̄. Item altera quæ lanugine
 distinguit̄ spinosa: cui & capitula uiperæ similia sunt hæc ex uino & aceto. Quidam echyon per
 sonatam uocant: cuius folio nullum est latius: grādes lappas ferentē. Huius radicē decoctam ex
 aceto dant potui. Hyofcyamum contusum cum foliis ex uino datur peculiariter cōtra aspīdas.
 Nulla tamen romanæ nobilitatis plus habet q̄ hierabotane. Aliqui peristereon: nostri uerbena-
 cam uocant. Hæc est quā legatos ferre ad hostes indicauimus. Hac louis mensā uertitur. Domq;
 purgantur: lustranturq;. Genera eius duo sunt. Foliola quā fœminam putant. Mas rarioribus fo-
 liis. Ramuli utriusq; plures: tenues: cubitales: angulosi. Folia minora q̄ quercus: angustioraq; di-
 uisuris maioribus: hos glaucus: radix longa: tenuis. Nascitur ubiq; in plantis aquosis. Quidā non
 distinguunt: sed unum omnino genus faciunt: quoniam utraq; eosdem effectus habeat. Vtraq;
 fortiantur galli: & præcūnant responsa. Sed magi utique circa hanc insaniūt. Hac perunctos im-
 petrare quæ uelint: febres abigere: amicitias conciliare nullique nō morbo mederi. Colligi cir-
 cā canis ortum debere: ita ut ne luna aut sol conspiciatur: fauis ante & melle terræ ad piamētū
 dat̄. Circūscriptā ferro effodi sinistra manu: & in sublimē tolli. Siccati in umbra separatim: fo-
 lia: caolem: radicem. Aiūtque si aqua spargatur trichinium: quā maduerit: lactiores cōuictus fieri.
 Aduersus serpētes conterit̄ ex uino. Est similis Verbaſco hærbæ: quæ sæpe fallit pro ea capta: fo-
 liis minus candidis: cauliculis pluribus: flore luteo. Hæc abiecta blattas i se cōtrahit: ideoque ro-
 mæ blattariam uocant. Lemonium succū lactēū mittit. cōcreſcentē gūmi modo humidis locis.

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like "mox in amaritudinē trāsit", "Echyos utriusq; generis pulegio si- milis", and "ucl adiecta fuerit".

uel pentapetalon

Datur denarii pondus in uino. Quinquefolium nulli ignotum est: cum etiam fraga gignendo comendetur. Graeci uocant pentapentes siue chamezeleon siue pentaphyllon. Cui effoditur rubram habet radicem. Haec inarescens nigrescit & angulosa. Fit nomen a numero foliorum habet. Et ipsa herba incipit & definit cum uite. Adhibetur & purgandis domibus. Aduersus serpentes bibitur & eius radix quae sparganion uocatur ex uino albo. Dauci genera quattuor fecit Petronius Diodorus quae persaeque nihil attinet: cum sint differentiae duae. Probatissima in creta mor in achaia & in ficis ubicunque nati: foeniculi similitudine: candidioribus foliis & minoribus hirsutisq;. Caule pedali recto: radice suauissimi gustus & odoris. Hoc genus in saxosis nascitur meridians. Reliqua grae ubiq; nascuntur terrenis collibus limitibusq; nec nisi pinguis solo: foliis cordati: caule cubitali: capitibus rotundis: saepe pluribus q; ternis: radice lignosa: sed cui inaruerit super uacua. Semen eius cymino simile: prioris milio albu acce odoratu oibus & feruens: secundu priore uehementius est: ideoq; parce summi debet. Si iam maxime tertiu genus facere libeat est simile staphylino: quod pastinaca erraticam appellant: semine oblongo: radice dulci. Omnia haec & hyme & aestate sunt intacta q; drupedi nisi post abortus. Ex aliis usus feminis. Ex creta radice dulcis: & magis ad serpentes est. Bibitur e uino drachma una. Datur & quadrupedibus percussis. Therionarca alia q; magica & in nostro orbe nascitur: fruticosa foliis subuiridibus: flore roseo. Serpentes necat cuiusq; admota fuerit. Et haec torporem afferit. Periolata quam nemo ignorat: graeci uero arction uocant folia habet maiora et cucurbitis & hirsutiora nigrioraq; & crassiora: radicem albam & grandem. Haec ex uino bibitur denariog; duu pondere. Item cyclamini radix contra serpentes omnes. Folia habet minora q; hederam nigriora & tenuiora sine angulis in quibus albicant maculae. Caule exiguo: inani: floribus purpureis: radice lata: ut rapu uideri possit: cortice nigro. Nascitur in umbrosis. A nostris tuber terrae uocatur. In oibus ferenda domibus. Si uerum est ubi ista sit nihil nocere mala medicamenta. Amuletum uocant: narratq; ea ebrietatem repraesentari. Ad dita in uinu radice: & siccata scyllae modo consissa reponitur: decoquiturq; eadem ad crassitudinem mellis. Suum tamen uenenum inest ei: traduntq; si praegnas radicem transgrediat: abortu fieri. Est & altera cyclaminos cognomine cythanthemos geniculatis caulibus superuacua a priore distans circa arbores se uoluens acinis hederae: sed mollibus. Flore candido: specioso: radice superuacua. Acini tantu in usu: gustu acris: sed lenti. Siccantur in umbra: rursiq; diuiduntur in pastillos. Mihi & tertia cyclaminos demonstrata est: cognomine chamaecissos uno omnino folio: radice ramosis: qua pisces necabantur. Sed inter primas celebratur peucedanum: laudatissimu in arcadia: mox samothrace. Caulis est ei tenuis: longus: foeniculo similis: iuxta terram foliosus: radice nigra crassa: graui odore: succosa. Gignitur in montibus opacis. Foditur exitu autuni. Placent tenerima & altissima radices. Haec conciduntur in quaternos digitos ossis cultellis: funduntq; succu in umbra capite prius & naribus rosaceo perunctis: ne uertigo sentiatur. Et alius succus inuenitur caulibus adhaerens incisisque manat. Probatur crassitudine mellea: colore ruffo odore suauiter graui feruens gustu. Et hic in usu & radix: & decoctum eius pluribus medicamentis. Succo tamen efficacissimo: q; resoluif amaris amygdalis: aut ruta. Bibiturq; contra serpentes & ex oleo perunctos tuetur. De ebulo: & uerbasco: & thelegono: & de phrynio: & de alisma: & de peristereio: & de moly: & antirrhino: & contra mala medicamenta: & de pericarpo.

CA. X.



Buli quoq; que nemo ignorat: fumo fugant serpentes. Priuatim aduersus scorpionibus polemoniae radix uel alligata tamen. Item phalangio ac caeteris minoribus uenenatis. Scorpionibus aristolochia: Agaricum obolis quattuor in uini mixti cyathis totidem. Verbenaca & phalangio cum uino aut posca. Item quinquefolium dauci. Verbasicum graeci plomion uocant. Grae haec prima duo. Album in quo mas intelligit. Altege nigrum in quo foemina. Tertium genus non nisi in siluis inuenitur. Sunt folia brassicae latiora: pilosa: caulis erectus: cubitali amplior. Semen nigrum inutile. Radix una crassitudine digiti. Nascunt & in caespitibus. Siluestri folia eleliphaci: atra: ramis lignosis. Sunt & plomides duae hirsutae: rotundis foliis: humiles. Tertia lychnitis uocatur. Ab aliis autem thryalis foliis ternis aut cum plurimu quaternis crassis pinguisq; ad lucernae lumina aptis. Aiunt in foliis eius quam foeminam diximus: ficus oino non putrescere. Distingui grae haec pene superuacua est: cum sint oia eiusdem effectus. Contra scorpiones bibitur radix cum ruta ex aqua: magna amaritudine: sed effectu pari. Thelegonon herba ab aliis scorpion uocatur propter similitudinem radice: cuius tactu moriuntur scorpiones. Itaq; contra eorum ictus bibitur. Scorpionem mortuum si quis helleboro candido linat: reuiuiscere aiunt. Thelegonon omnem quadrupedem necat imposita uerendis radice. Folio quidem intra eundem diem quod est

uel thelyphonon

simile cyclamino: ipsa geniculata nascitur in opacis. Scorpioidibus aduersatur & betonicae succus ac plantaginis. Sunt & ranis uenena rubetis maximis. Vidimusq; pnyllos in certamine patinis ca-
 defactas admittentes ocioze etiam q; aspidum pernicie. Auxiliatur eis phryniō in uino pota. Alii
 qui neurada appellant: alii poterion floribus paruis: radicibus multis neruosis bene olenibus.
 Item alisma quam alii damafontion: alii lyron appellant. Folia ei plantaginis nisi angustiora eēt:
 & magis laciniōsa: conuexaq; in terram. Alias etiam uenosa similiter. Caule simpliciter tenui: cu-
 bitalis: capite thyrsi: radicibus densis: tenuibus: ut ueratri nigri: acribus: odoratis: pinguibus. Na-
 scitur in aquosis. Altege genus eiusdem in siluis nigrius maioribus foliis. Vfus in radice utriusq;
 aduersus ranas & lepores marinos drachmæ pondere in uino potum. Lepori marino aduersa-
 tor: & cyclaminos. Veneni uim canis quoq; rabidi morsus habent: contra quos erit cynorhodū:
 de quo diximus. Plantago ad omnes bestiarum morsus pota atq; illita prodest. Betonica ex me-
 to ueteri. Peristereos uocatur caule alto foliato cacumine in alios caules se spargēs: columbis ad-
 modum familiaris. Vnde & nomen. Hanc habentes negant latrari a canibus. Proxima ab his ma-
 lis uenena sunt: quæ sibi met ipsi homines excogitant. Contra hæc omnia magicaq; artes erit pri-
 mum illud Homericum moly. Dein mithridatia & scordotis & centauriū. Pota omnia mala me-
 dicamenta exigit per alium. Betonicae semen in mulso aut passo uel farina drachma in uini ue-
 teris cyathis .iiii. uomere cogendi atq; iterum bibere: iis qui quotidie gustent eam nulla noct-
 ura mala medicamenta tradunt. Poto ueneno aristolochia subuenit eadem mensura quæ cōtra
 serpentes. Quinquifolii succus. Agaricū postq; uomuerint denarii pondere ex aquæ mulsæ cya-
 this tribus. Antirrhinon uocat siue Anarrhinon: siue lychnis agria: siue similis lino: radice nulla:
 flore hyacinthi: semine uulinarium. Ex hoc perunctos uenustiores fieri: nec ullo malo medica-
 mento lædi posse: aut ueneno: si quis in brachiali habeat: arbitrantur magi. Similiter eam quam
 euplem uocant: traduntq; ea perunctos commendatioris esse famæ. Artemisiam quoq; secum
 habentibus negant nocere mala medicamenta bestiamue ullam: ne solem quidē. Bibitur & hæc
 ex uino aduersus opium. Alligata priuatim potens traditur potaue aduersus ranas. Pericarpum
 bulbi genus est. Duæ eius species: cortice rubro alterum: alterū nigro papaueri simile. Sed uis ma-
 ior q; priori: utriq; autem exalfaciendo. Ideo contra cicutam dantur: contra quam & thus & pa-
 naces & chironiū præcipue. Hoc uero & contra fungos.

De remediis: quæ generatim membratimq; singulis corpore morbis eueniūt.

CA. XI.

Erum & generatim mēbratimq; singulis corpore morbis remedia subtexemus. Orifi-
 a capite. Alopecias emendat nymphaeæ & cicuta: radix: si una trita illinantur. Polytri-
 cha distat a callitricha q; iuncos albos habet & folia plura maioraq;. Frutice quoque
 maior est: & defluentē capillum confirmat: & densat. Item lingulaca circa fontes na-
 scens: cuius radix admixta combusta teritur cū adipe suis nigra: id quoq; excipitur ut eius sit su-
 is: quæ nunquā pepererit. Sol subinde plurimum cōfert illitæ. Similis usus est cyclamini radice.
 Pruriginē ueratri radix tollit in oleo decocta uel in aqua. Capitis dolori medetur panacis oīum
 generum radix in oleo contrita. Aristolochia & hiberis adalligata hora: uel diutius si pati possit
 comitate balnei usu. Medetur & daucum. Purgat autē cyclaminos cum melle in nares addita:
 & ulcera capitis sanat illita. Medetur & peristereos. Cacalia siue leōtice uocatur semē margaritis
 minutis simile dependens inter folia grandia in montibus fere. Huius grana. xv. in oleo macerā
 tunatq; ita aduerso capillo caput ungitur. Fit & ex callitriche sternutamentū. Folia sunt lenticu-
 lae similia. Caules iuncis tenuissimis: radice minima. Nascitur in opacis & hūidis: gustatu feruēs.
 Hylopon in oleo contritum phthiriasi resistit & prurigini in capite. Est autem optimū cilicium
 e tauro monte. Dein pamphylisum: & smyrnæum. Stomacho contrarium. Purgat cum fico sum-
 ptum per inferna: cum melle uomitionibus. Putant & serpentium iētus aduersari tritum cū mel-
 le & sale & cumino. Lōchitis non (ut pleriq; existiauerunt) eadē est quæ xyphion: aut phasganion
 q; cuspidi similis semine. Habet enim folia porri rubetia ad radicem & plura quam in caule ca-
 pitula personis comicis similia paruam exeretibus linguam radicibus prælongis. Nascitur in
 sidentibus. E diverso xyphion: & phasganion in humidis: cum primum exit: gladii præbet speciē
 caule duum cubitorum: radice ad nucis auellanæ figuram simbriata: quam effodi ante menses
 oportet: ficcari in umbra. Superior pars eius cum thure trita æquo pondere admixto uino: ossa
 fracta e capite extrahit: aut si quid in corpore suppurat: uel si calcata sunt ossa. Serpentis eadem
 contra uenena efficax. Caput in dolore ueratro in oleo uel rosaceo decocto tritoq; ungi conue-
 nit. Peucedano ex oleo uel rosaceo & aceto. Tepidum hoc prodest & doloribus q; pleriq; ex di-

A

midia parte capitis sentiuntur: & uertigini. Perungunt & radice eius sudoris causa eliciendi: quoniam caustica uis ei est. Psyllion alii cynoides: alii crystalion: alii sicelion: alii cynomyam appellant: radice tenui: superuacua: sarmentosum: fabae granis in cacuminibus: foliis canino capiti non dissimilibus: semine autem pullici: unde & nomen hoc in baccis. Ipsa herba in uineis inuenitur. Vis ei ad refrigerandum & discutiendum ingens. Semen in usu. Fronti imponitur in dolore & teporibus: ex aceto & rosaceo: aut posca. Ad caetera illinitur acetabuli mensura sextario aquae deniat ac contrahit. Tunc terere oportet: & crassitudinem illinere cuiusque dolori & collectioni inflammatio niq. Et uulneribus capitis medetur aristolochia: fracta extrahens ossa & in alia quide parte corporis: sed maxime e capite. Similiter Plystolochia.

De thyselio: & centaurea: & chelidonia: & panace: & hyoscyamo: & euphorbio. CA. XII.

Thyselium est non dissimile apio. Huius radix commaducata purgat capitis pituitas. Oculorum aciem centauro maiore putant adiuuari: si addita aqua foueantur. Succo uero minoris cum melle oculorum nubeculas: obscuritatem discutit: cicatrices extenuari. Albugines quidem etiam iumetorum fiderite. Iam chelidonia supradictis omnibus mire medetur. Panacis radix cum polenta epiphoras imponitur. Hyoscyami semen bibit obolo tantumdem meconii adiacentes: uinumque ad epiphoras inhibendas. Adiungunt & gentianae succum: quem colyriis acrioribus pro meconio miscent. Facit claritatem & euphorbium indictis. Instillatur plantaginis succus lippitudini. Caligines aristolochia discutit. Hiberis adalligata capiti cum quinque folio epiphoras: & si qua in oculis uitia sunt: emendat. Verbascum epiphoras imponitur. Peristereos ex rosaceo uel aceto: Ad hypochyfis & caliginem cyclaminon in pastillos diluunt. Peucedani succum ut diximus ad claritatem & caligines cum meconio & rosaceo. Psyllion illitum fronti epiphoras suspendit.

De anagallide siue acoro: & mandragora: siue circolo: & cicuta: & cremno agrio: & molibdena: & capno: & alia: & acorio: & iride: & cotiledo: & aizoo: & andrachne: & erigero: & de ephemero: & delabro Veneris: & de ra musculo medicinae: & de oris uitia. CA. XIII.

uel acharo

Anagallida aliqui corchoron uocant. Duo genera eius. Mas flore phoeniceo: foemina caeruleo: non altiores palmo: frutice tenero: foliis pusillis: rotundis: in terra iacentibus: nascuntur in hortis & aquis. Prior flore caerulea. Vtriusque succus oculorum caliginem discutit cum melle: & ex ictu cruorem & argema rubens: magis cum artico uel le inunctis. Pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur ante: quibus paracretes fit. lumentoque quoque oculis medentur. Succus caput purgat per nares in infusus: ita ut deinde uino colluatur. Bibit & contra angues succi drachma in uino. Mirum quoque foeminam pecora uitant. At si decepta similitudine (flore enim tantum distant) degustauere: statim eam quae asyla uocatur in remedio quaerunt. Ea a nostris ferus oculus nuncupatur. Praecipunt aliqui effosuris ante solem ortum prius quam quicquam aliud loquantur ter salutare eam: tunc sublatam exprimere. Ita praecipuas esse uires. De euphorbio satis dictum est: cuius succus lippitudini si tumor erit. Item absinthium cum melle tritum. Itemque betonicae farina conueniet. Et aegypas sanat herba eodem nomine: quae in hordeo nascitur tritici folio semine contrito cum farina permixta impositaque uel succo. Exprimitur hic e caulibus folisque praegnantibus dempta spica: & in trimestri farina digerunt in pastillos. Aliqui & mandragorae utebantur. Postea abdicatus in hac curatione est. Sed epiphoras quod certum est: medetur: & oculorum dolori. Radix tusa cum rosaceo & uino. Nam succus multis oculorum medicamentis miscetur. Mandragoram alii circeum uocant. Duo eius genera. Candidus qui & mas: niger quae foemina existimatur. Angustioribus foliis quam lactuca. Hirsutis & caulibus: radicibus binis ternisue nigris foris. Intus albis: carnis: tenerisque pene cubitalibus. Ferunt mala auellanage nucum magnitudine. Et iis semine ceu pyrog. Albus hoc alii arsenali moriali hippopomon uocant. Huius folia alba quae alterius latiora: ut sappari fatiuae. Cauent effosuri contra rium uentum. Et ter circulis ante gladio circumscribunt. Postea fodiunt ad occasum spectante. Succus fit & e malis & e caule deciso cacumine & radice: punctis aperta: aut decocta utilis haec uel surculo. Concisa quoque in orbiculos seruatur in uino. Succus non ubique inuenitur: sed ubi potest: circa uindemias quaeritur. Odor grauis ei sed radicis & mali grauior. Mala matura in umbra siccantur. Succus ex iis sole densatur. Item radicis tusa: uel in uino nigro ad tertias decoctae. Folia seruantur in muris efficacius. Albus rore tantum: succus pestis est. Sic quoque noxiae uires. Graeodinem afferunt etiam olfactu: quae mala in aliis terris mandantur. Nimio tamen odore obmutescunt ignari. Potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis somnifica pro uiribus bibentia.

uel apta

Mediâ potio cyathi tñtus. Bibitur & contra serpentes: & ante sectiones punctionesq; ne sentiantur. Ob hæc satis est aliquibus somnum odore quæfisse. Bibitur & pro helleboro duobus obolis in mulso. Efficacius helleborum ad uomitiones & ad bilem nigram extrahendâ. Cicuta quoq; uenenum est: publica atheniësum poema inuisa. Ad multa tamen usus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem eius & uiridis: sed estur plerunq; & in patinis. Lewis hic & genicula rus: ut calami nigricans. Altior sepe binis cubitis: in cacuinibus ramosus. Folia coriandri tenuiora: graui odoratu. Semen aniso crassius: radice concaua nullius usus. Semini & foliis refrigeratoria uis: quæ si enecat: incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est: priusquam perueniat ad uitalia: uini natura excalfactoria. Sed in uino pota irremediabilis existimatur. Succus exprimitur foliis floribusq;: tunc enim maxime tempestiuus est & melior. Semie trito expressus & sole densatus in pastillos necat: sanguinem expissando. Hæc altera uis. Et ideo sic necatorum macula in corporibus apparent. Ad dissoluenda medicamenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum stomachum malagma. Præcipuus tamen est ad cohibendas epiphoras æstius oculorumq; dolores sedandos circumlitus. Miscetur collyriis. Et alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoq; tumorem omnem doloremq; & epiphoras sedant. Anaxilaus auctor est mammas a uirginitate illiras semper esse staturas. Quod certû est: lac puerperarum mammis imposita extinguit. Veneremque testibus circa pubertatem illita. Remedia liberationi quibus bibenda censetur: non equidem præcepimus. Maxima uis terra: parthorum: mox laconica: cretica: asiatice. In græcia uero megarica: deinde attica. Crethmos agrios gremias tollit oculorum impositus: tumorem quoque polëta addita. Nascitur uulgo molibdena: id est plumbago etiam in aruo: folio lappati: crassa radice hispida. Hæc cõmanducata: si oculis subinde religatur: plumbum quod est genus uitii: ex oculis tollit. Capnos prima quam pedes gallinæcos uocant: nascens in parietinis: & sepibus ramis tenuissimis sparsisq;: flore purpureo uiridis: succo caliginem discit. Itaque in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu alia est capnos fruticosa: præte nera foliis coriandri: cineracei coloris: flore purpureo. Nascitur in hortis & segetibus hordeaceis. Claritatem facit inunctis oculis delachrymationemq; ceu fumus: unde nomen accepit. Eadẽ euulsas palpebras renasci prohibet. Aconon iridis folia habet angustiora: tantum & longiore pediculo: radices nigras: minusq; uenosas. Cætero & has similes iridis: gustu acres: odore non ingratis: ructu faciles. Optimæ pontica: dein galatica: mox cretica. Sed primæ in colchide iuxta phasin amnem: & ubi cunq; in aquolis. Recentibus uirus maius quàm uetustis. Creticæ candidiores ponticis. Siccantur uiribus in umbra digitalibus frustis. Necnon inueniuntur qui oxymyrinae radicem acoron uocant. Ideoq; quidam hanc acron agrion uocare malunt. Vis ei ad calfaciendum extenuandumq; efficax contra suffusiones & calliginis oculorum succo eiusdem potio: contraq; serpentes. Cotyledon paruula herba cauliculo tenero: pusillo pingui folio: & concauo ut coxendices. Nascitur in maritimis petrosiq; uiridis: radice oliuæ modo rotunda. Oculis medetur succo. Est aliud genus eiusdem fordidis foliis: latioribus: densioribusq; circa radicem uelut oculi cingentibus: asperissimi gustus longiore caule: sed pergracili. Usus eius ad eadẽ quæ iridis. Aizoi duo genera: maius in fructibus uascolis feritur: quod aliqui buphthalmon uocant: alii zoophthalmon alii stergeton: quod amatoris conueniat. Alii hypogesson: quoniam in suggrundis fere nascitur. Sunt qui ambrosiam potius uocant: & qui amerimnon. Itali sedum magnum: aut oculum aut digitellum. Alterum minusculum: quod eritheles uocant: alii tritheles: quia ter floreat: alii chrysotheles: aliqui isoetes: sed alii itali sedum: alii aizoum. Vtrunq; quoniam uireat semper. Alii qui semperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit crassitudine plusquam pollicari. Aliud in cacunine linguæ simile carnosum: pingue: largo succo latitudine pollicari. Alia in terram conuexa: alia stantia: ita ut ambitu effigie imittetur oculi. Quod minus est: i muris parietinisq; nascit: & regulis. Fruticosa a radice: & sursum usq; ad cacumẽ. Foliis ægustis mucronatis: succosis: palmo alto caule: radix inutilis. Huic similis est: quam græci andrachnen agriam uocant. Itali illecebrâ pusillis latioribus foliis & breuiori cacumine. Nascitur in petris: & colligitur cibi causâ. Omnium harum uis eadẽ: perfrigerare & astringere. Medentur epiphoris folia imposita: uel succus inunctus. Purgant enim ulcera oculoꝝ: exlentq;: & ad cicatricẽ pducunt: palpebras deglutinat. Eadem capitis doloribus medentur: succo uel folio temporibus illitis. Aduersantur phalâgiore ictibus. Aconito uero maius aizoum præcipue. A scorpionibus quoq; feriri id hñt negant. Medentur & auriũ dolori. Itẽ succus inunctus hyoscyami modice. Itẽ achilææ & minoris centaureæ & plantaginis peucedani cum rosaceo & meconio. Aconi succus cum rosa. Omnis autem strigili

calefactus infunditur. Cotyledon etiā in funditur purulentis cū medulla ceruina calefacta. Ebi-
 li radices trita & succus linteo colatus: mox in sole densatus & cum opus est rosaceo dilutus &
 calefactus parotidas: Verbenaca quoq; item plantago sanat: item sideritis cum axungia veteri.
 Narium ozenas emendat aristolochia cum cypero. Dentibus remedio sunt panacis radix cōmā
 ducata: præcipue chironiæ: item collutis succo. Radix hyoscyami ex aceto māducata. Item pole-
 moniæ cōmanducantur: & plantaginis radices: aut colluntur in aceto decoctæ succo. Et folia
 sunt utilia. Vel si sanguine gingiuarū putrescant: uel semen eiusdem apostemata: & collectiones
 gingiuarum sanat. Et aristolochia gingiuarū dentes confirmat. Verbenaca cum radice mādu-
 cata & decoctæ ex uino aut aceto succus collutus. Itē quinq; folii radices decoctæ ad tertias ui-
 no aut aceto. Prius uero q̄ decoquatur aqua marina aut salsa lauantur. Decoctum diu tenendū
 in ore. Quidā cinere quinq; folii fricare malunt. Et uerbasci radix decoquit in uino ad colloen-
 dos dentes. Et hyfopo colluntur: & peucedani succo cū meconio uel radicum anagallidis mā-
 gis sceminæ succo: ab altera nare qua doleat infuso. Erigeron a græcis: quæ a nostris uocatur se-
 necio. Hanc si ferro circūscriptā effodiat aliquis: tangatq; ea dentē & alternis ter despuat ac repo-
 nat in eundē locū: ita ut uiuat herba: aiunt dentem eum postea non doliturum. Herba est tria-
 gini specie & mollicia: cauliculis subrubicundis. Nascit & in tegulis & in muris. Nomē hoc græci
 dederunt: quia uere canescit. Caput eius numerosa diuiditur lanugine: qualis est spinæ iter di-
 uisuras exeunte. Quare eam Callimachus achantida appellat: alii pappum. Nec deinde græcis de
 ea constat. Alii erucae foliis esse dixerunt: alii roboris: sed minoribus multo. Radice alii superua-
 cua: alii neruis utilia: alii potu strangulanti. E diuerso quidam regio morbo cum uino dederunt
 Et cōtra omnia uesicæ uitia. Item cordis & iocineris. Renibus extrahere hatenam dixere. Iſchia,
 dici drachmam cum oxymellite ab ambulatione propinauere. Torminibus quoq; in passo uti-
 lissimam: præcordiis etiam: cibo ex aceto eam prædicantes ferentesc; in hortis. Nec desuere qui
 & alterum genus facerent. Nec quale esset demonstrarent: contra serpentes in aqua bibendam
 edendamq; comitialibus dantes. Nos eam romanis experimentis per usus digeremus. Lanugo
 eius cum croco & exiguo aquæ frigidæ trita illinit epiphoris. Tosta cū mica salis strumis. Ephem-
 meron folia habet liliū: sed minora: caulem parem: florē cæruleum: semen superuacuum: radicē
 unam digitali crassitudine: dentibus præcipuam concisam in aceto: decoctamq; ut repido collu-
 antur. Et ipsa etiam radix ueriles sistit. Causis & exesīs imprimitur. Chelidoniæ radix ex aceto
 trita continetur ore. Erosis ueratrum nigrū imponitur. Mobiles dentes utralibet decoctā in ace-
 to firmantur. Labrum uenerereum uocant in flumine nascentē. Est ei uermiculus qui circa dētes
 ligatur: aut causis dentium cæra includitur. Cauendum ne euulsa herba terram tangat. Ranun-
 culum uocamus quam græci batrachion. Genera eius quattuor. Vnum pinguioribus q̄ cortan-
 dri foliis: & ad latitudinem maluæ accedētibus: colore liuido: caule albo: gracili: & radice alba.
 Nascitur in limitibus humidis & opacis. Alterum foliosius pluribus foliorum incisuris: saltis cau-
 libus. Tertium minimum est: graui odore: flore aureo. Quartum simile huic flore latco. Omni-
 bus uis caustica si cruda folia imponant: pustulasq; ut ignis faciunt. Ideo ad lepras & pīoras utū-
 tur & ad tollenda stigmata. Causticisq; omnibus miscent. Alopecis imponunt: celeriter remouē-
 tes. Radix in dolore cōmanducata diutius rumpit dentes. Eadem sicca concisa sternutamen-
 tum facit. Nostri herbarii strumeam uocant: quoniam medetur strumis & panis parte in fumo
 suspensa. Creduntq; ea rursus sata rebellare quæ curauerint uitia. Quo scelere & plantagine utū-
 tur. Oris ulcera intus succus plantaginis emendat & folia radiceq; cōmanducata: uel si rheu-
 matismo laboret os. Ulcera fetoremq; gñquefolium. Ulcera psyllium. Cōposita quoq; ad fetorem
 uel maxime pudendum uitū trademus. Ergo folia myrti & lentisci pari pondere gallæ syriacæ
 dimidiū pondus simul terere i uino uetusto sparsa mādere matutino optimum est. Vel hederæ
 baccas cum casia & myrrha pari pondere ex uino. Naribus utilissimum est dracōti semen corti-
 cū ex melle: etiā si carcinomata in iis sunt. Suggillata hyfopo emēdātur. Stigmata in facie mādra
 ora illita delet.

Reliquæ per morborum genera medicina: & de nouis morbis: & quid lichena sit: & quando primum in italia cœperint: & de carbunculo: & de elephantiasi: & colo.

CA. I.



Ensit & facies hominum nouos omnes æuo priore incognitos nõ italia: nõ uerũ etiã uniuersæ prope europæ morbos. Tũc quoq; nec tota italia nec per illyricum gallias: aut hispãias magnopere uagatos: aut alibi q̃ romæ: circaq; sine dolore quidẽ ullo: aut sine perniciose uitæ: sed tanta foeditate: ut quæcunq; mors præferenda esset. Grauisimũ ex iis lichenas appellauere græco nomine: latine quoniam a mento fere oriebatur ioculari primũ lasciuia: ut est p. crax natura multorum in alienis miseris: Mox & usurpato uocabulo mentagram: occupantẽ multis: totos utiq; uultus: oculis tm̃ immunibus: descendenti uero & in colla pectusque ac manus foedo cutis surfare. Non fuerat hæc lues apud maiores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Cæsaris principatu medio irrepfit in italia quodã Perusino equite romano quæstorio scriba cum in Asia apparuisset: inde contagionẽ eius importante. Nec sentire id malũ scemina: aut seruitia: plebesq; humilis aut media sed proceres ueloci trãfitu osecu it: maxime foeditate multoq; qui perpeti medicinã tollerauerãt cicatrice q̃ morbo. Causitico nãq; curabatur: nec nisi usq; in ossa corpus exustum esset non rebellante tedio. Aduenerũq; ex ægypto genitricis talium uitioq; medici hanc solam operã afferentes magna sua præda. Siquidem certum est Manilium Cornutũ ex prætoris legati aquitanicæ prouinciæ sestertia. cc. elocasse in eo morbo ad curandũ sese. Acciditq; sæpius: ut noua contra genera morborũ gregatim sentirentur. Quo mirabilius quid potest reperiri: aliqua gigni repente uitia terræ in parte certa: certisq; mēbris hoĩum: uel ætatibus: aut et fortunis tanq̃ malo eligente: hæc in pueris grassari: illa in adultis: hæc proceres sentire: illa pauperes. L. Paulo. Q. Martio censoribus primũ in italia carbunculum uenisse: analibus conscriptũ est peculiare narbonensis prouinciæ malũ: quo duo consulares obiere: cõdentibus hæc nobis. Eodem anno Iulius Ruffus: & Q. Lecantius Bassus: ille medicorũ incitua sectus: hic uero pollice leuæ manus euulso acu ab semetipso tã paruo uulnere ut uix cerni posset. Nascitur in occultissimis corporum partibus: & plerunq; sub lingua duricia rubes uariis modis: sed nigricans capite alias liuida corpus incendens neq; intumescens: sine dolore: sine pruritu: sine alio q̃ somni indicio: quo grauatos in triduo aufert: aliquando & horrore afferens: circaq; pustulas paruas: rarius feriens stomachũ. Faucesq; cum inualerit ocissime exanimans. Diximus elephantiasin ante Pompeii magni ætatem non accidisse in italia: & ipsam a facie sæpius incipientẽ. In nare prima ueluti lenticula mox inualecente per totum corpus maculosa uariis coloribus & inæquali cutræ alibi crassa: alibi tenui dura ceu scabie aspera ad posterũ uero nigrescente: & ad ossa carnes apprimente intumescens: digitis in pedibus manibusq; Aegypti peculiare hoc malum: & cum in reges incidisset: populis funebre. Quippe in balneis folia temperabant humano sanguine ad medicinam eam. Et hic quidem morbus in italia celeriter restinctus est: si cut & ille quem gemur sam appellauere prius inter digitos pedum nascentẽ etiam nomine oblitterato. Id ipsum mirabile: alios desinere in nobis morbos: alios durare: sicuti colum. Tiberii Cæsaris principatu irrepfit: id malũ. Nec quisquam prior imperatore ipso sensit: magna ciuitatis ambage eam edicto eius excusantis ualitudinem legeret nomẽ incognitum. Quid hoc esse dicemus: aut quas deorũ iras? Parum enim erant hoĩ cætera morborum genera: cum supra. ccc. essent: nisi etiã noua timerentur. Neq; ipsi hoĩes pauciora sibi opere suo negotia iportant. Hæc apud priuscos erant q̃ memoramus remedia: medicinã ipsã quodã modo reg. natura faciẽte: & diu fuere.

Laus Hippocratis.

CA. II.



Ippocratis certe qui primus mededi præcepta clarissime cõdidit: reserua herbarũ mentione inuenimus uolumina. Nec minus dioclis Cassii qui secundus ætate samag ex titit. Item Praxagoræ & Crisippic deinde Erasistrati. Erophilo quidem q̃q̃ subtilioris sectæ cõditori ante omnes celebratam rationem eam paulatim usu efficacissimo nam omnium magistro peculiariter utiq; medicinæ ad uerba garrulitatemque descendente.

A iii

Sedere nanque in his scholis auditioni occupatum gratius erat: quae per solitudines: & quærere herbas alias aliis diebus anni.

De noua medicina: & Asclepiade medico: & qua ratione ueterem medicinam mutauerit. CA. III.

uel currētī

Drabat tamen antiquitas firma: magnasque confessae rei uindicabat reliquias: donec Asclepiades ætate magni Pompeii rhetoricae magister: nec satis in ea arte quaerituros: ut ad alia sagacis ingenii huc se repente conuertit: atque ut necesse erat homini qui nec id egisset: nec remedia nosset oculis usus percipienda torrētī ac meditata quotidiè oratione blandiēs: omnia abdicauit: totamque medicinam ad casum reuocando coniecit: ura fecit. Quinque res maxime cōmunium auxiliorum professus. Abstinentiam cibis: alias uini: frictionem corporis: ambulationem: gestationemque: cum unusquisque semetipsum sibi praestare posset intelligere. Fauentibus cunctis nisi essent uera: quae facillima erant: uniuersum prope humanum genus circuegit in se: non alio modo quam si caelo emissus aduenisset. Trahebat praeterea mentes artificio mirabili: uinum promittendo agris: dandoque tempestiue tum frigidam aquam. (Et quoniam causa morborum prior scrutari Herophilus instituerat: uini rationem illustrauerat. Cleophratus apud priscos: ipse cognominari se frigidam dando praeferebat: & ut auctor est. M. Varro: alia quoque blandimenta excogitabat iam suspendendo lectulos: quoque factatu aut morbos extenuare: aut somnos allicere: iam balneas auidissima hominum cupidine instituendo: & alia multa dictu grata atque iucunda magna auctoritate: nec minore fama: cum occurrisset ignoto funeri: relato homini ab rogo atque seruato: nequis leuibus momentis tantam conuersionem factam existimet. Id solum possumus indignari unum hominem e leuissima gente sine opibus ullis orsum uetigalis sui causa repente leges salutis humano generi dedisse: quas tamen postea abrogauerunt multi. Asclepiades uero adiuuere multi: quorum cura nimis anxiosa & rudis: aut obruendi aegros ueste sudoresque omni modo ciendi. Nunc corpora ad ignes torrendo: sole uel afflicto: quærendo in urbe umbrat: immo uero tota Italia imperatrice tum primum pensili balnearum usu ad infinitum blandiente. Praeterea in quibusdam morbis medendi cruciatus detraxit: ut in anginis quas curabat in fauces organo demisso. Damnauit merito & uomitiones tunc supra modum frequentes. Arguit & medicamentorum porus stomacho inimicos: quod est magna ex parte uerum. Itaque nos in primis quae sunt stomacho utilia signemus.

Irisio magicæ artis: & de lichene.

CA. IIII.

Super omnia adiuuere eum magicæ uanitates: in terram euectæ ut abrogare herbas si de cunctis possent (Aethiopide herba amnes ac stagna sicari coniectu. Tactu clausa omnia aperiri. Achemenide coniecta in acie hostium trepidare agmina: ac terga uertere. Latacen dari solita a pharum rege legatis: ut quocumque uenissent eorum regum copia abundaret: ac multa similia. Vbi nam iste fuerit: cum cimbri teutonisque terribili Marte ulularent: aut cum Lucullus tot reges magorum paucis legionibus sterneret? Cur uero romani duces primam semper in bellis rationem cōmertiorem habuerit? Cur Cæsaris miles in pharsalia fame sensit: si abundantia omnia contingere unus herbæ felicitate poterat? Non satis fuit Aemilianum Scipionem carthaginis portas herba patrefacere: quae machinis claustra per tot annos quateret? Siccentur aethiopide pontinae paludes: tuncque agri suburbanus reddatur italia. Namque apud eundem Democritum inuenitur cōpositio medicamentorum pulchri bonique & fortunati gignantur liberi. Cur nunc pharum regi talis est dedita? Migne esset profecto huc usque prouectam credulitate antiquorum saluberrimis ortam intus in ulla re modum humana ingenia nouissent. Atqui nos hanc ipsam medicinam ab Asclepiade repertam suo loco probaturi essemus: euectam ultra magos etiam. Sed hæc est omni in re animorum conditio: ut a necessariis orsa primum cuncta uenerint ad nimium. Igitur demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus: adiciemusque quas ratio dictauerit. Sed in lichenis reme diis atque tam feodo etiam malo: plura undique acerbabimus: quamquam non paucis iam demonstratis. Mederur ergo plantago trita. Quinquefolium. Radix albuca ex aceto. Ficulni caules aceto decocti. Hibisci radix cum glutino & aceto acri decocta ad quartas. Defricatur et pomice. & rumicis radix trita ex aceto illinitur. Et flos uisci cum calce subactus. Laudatur & tithymallum cum resina decoctum. Lichen uero herba his omnibus praefertur: inde nomine inuento. Nascitur in saxosis folio uno ad radicem lato: caule uno: paruo: longis foliis dependētib. Hæc delet & stigma ta. Teritur cum melle. Est aliud genus lichens petris tantum adhaerens: ut muscus: qui & ipse illinitur. Hic & sanguinem sistit uulneribus instillatus: & collectiones illitus. Morbum quoque regium cum melle sanat ore illito & lingua. Qui ita curantur: aqua salsa lauari iubentur: ungi oleo

uel longo: parais

antyg dalino:hortensibus abstinere. Ad lichenas & taphæ radice utuntur trita cum melle. Angina & argemonia medetur sumpta ex uino. Et hyssopum cum uino decoctum & gargarisatum. Peucedanum cum coagulo utuli marini aquis partibus. Proserpinaca cum muria & ex oleo trita uel sub lingua habita. Item succus de quinquefolio potus cyathis tribus. Hic & omnibus faucium uitis medetur gargarisatus. Verbascum priuatim tonsillis in aqua potum.

Ad strumas: & ad digitos: & ad pectus: & ad tussim medicinz.

CA. V.

Strumis plantago. Chelidonia cum melle & axungia. Quinquefolium. Et radix persofata. Item cum axungia operitur folio suo imposita. Item artemisia. Radix mandragoræ ex aqua. Sideritis lata folia clauo sinistra manu circumfossa adalligantur custodienda sanatis: ne rursus lata dero herbariorum scelere ut i quibusdam rebellet. Quod & in his: quos artemisia sanauerit: prædici reperio. Item i his quos plantago Damascion quæ & caocalis uocatur sub solstitio collecta sponit ex aqua cælesti folium tritum uel radix cum axungia trita sita ut imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes ceruicis dolores tumoresque quacumque in parte. Bellis in pratis nascitur: flore albo aliquatenus rubente. Hanc cum artemisia illatam efficaciorum produnt. Condrudon herba solstitialis flore rubro suspensa in collo comprimere dicit strumas. Item uerbenaca cum plantagine digitorum uitis omnibus: & priuatim pterygii. Quinquefolium medetur pectoris uitis. Vel quod grauissimum est tussis: huic medetur panacis radix in uino dulci. Succus hyoscyami etiam sanguinem excreantibus. Nidor quoque accensi tussientibus. Item scordotis mixto nasturtio: & resina cum melle trita arida. Facit & per se faciles excreatiles. Item centaurium maius: & sanguinem reiciantibus. Cui uitio & plantaginis succus medetur. Et betonica obolis tribus in aqua contra purulentas: contraque cruentas excreationes. Perfolata radix drachmæ ponderis cum pineis nucleis. xi. Peucedani succus. pectoris doloribus & acorum subuenit. Et ideo antidotis miscet. Tussi daucum. Item scyticha herba. Ea demum omnibus pectoris uitis tussi & purulenta excreantibus obolis tribus in passo.

De verbasco: & chamaeleuce: & bechio: & salua.

CA. VI.

Oridem obolis bibitur uerbascom: cuius flos aureus. Tanta huic uis est: ut tumentis etiam non tussientibus modo: sed illa quoque trahentibus auxilietur potus. Quod & de gentiana reperio. Radix chamaeleuce quæ tussilago dicit: comâducata: & in uino mada facta non tussi tantum: sed & faucibus prodest. hyssopi quoque quinque rami cum duobus rutæ & sicis tribus decoctis thoracem purgant. Tussim sedat bechio: quæ & tussilago dicitur. Duo eius grana. Siluestris ubi nascitur: subesse aquas credunt: & hoc habent signum aquileges. Folia sunt mascula quæ hederæ. v. aut. vii. subalbida a terra superne pallida: sine caule: sine flore: sine semine radice tenui. Quidam eandem esse bechionem: & alio nomine chamaeleucem putant. Huic aridæ cum radice fumus per arundinem haustus aut deoratus ueterem sanare dicitur tussim. Sed in singulos haustus passum gustandum est. Altera a quibusdam salua appellatur similis uerbasco: conteritur ea & colata calefit: atque ita ad tussim lateris quoque dolores bibitur. Contra scorpiones eadem & dracones marinos efficax. Contra serpentes quoque ex oleo perungi ea prodest. Hyssopi fasciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tussim.

Ad lateris dolores & pectoris: ad orthopnoas ad iocoris doloris: & cordis pulmonis: uris: tussis: pectori ulceribus: renibus: epaticis: ad uomitiones: ad singultus: & pleureticos.

CA. VII.

Ateris & pectoris dolores uerbascom cum ruta ex aqua. Betonica farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat scordotis succus: centaurium gentiana ex aqua potæ. Plantago autem per se sumpta in cibo cum lente alicuique sorbitione. Betonica alias grauis stomacho uitia tamen sanat pota uel foliis comâducata. Item aristolochia pota. Agaricum manducatum sicum ut ex intervallo merum sorbeat. Nympha heraclea illita. Peucedani succus. Psyllion ardoribus imponitur uel cotelydon trita cum polenta: uel aizoom. Molō scapo est striato foliis mollibus paruis radice quatuor digitorum: in qua extrema allii caput est. Vocatur a quibusdam syron: ex uino stomacho & dispnoæ medetur. Centaurium maius eligmate. Plantago succo uel cibo. Betonicae tussis pōdo libra mellis atticis semuncia ex aqua calida quotidie bibentibus. Aristolochia uel agaricon obolis ternis ex aqua calida aut lacte asini pota. Cissanthemos ad orthopnoas bibitur. sic hyssopum. Et asthmaticis. Peucedani succus in iocoris doloribus & pectoris laterisque si febres non sunt. Sanguine quoque expuentibus subuenit agaricū uictoriati pondere tritū & in muli quinque cyathis datū. Idem & amomō facit. Iocineri priuatim teucua bibitur reces drachmis quatuor i poscæ hemina betonicae drach-

A iiii

ma una in aq̄ calida cyathis tribus ad cordis uitia: in frigida cyathis duobus. Quinq̄ folii succus iocineris & pulmonis uitii: sanguinemq̄ reiticientibus: & calcunq̄ sanguinis uitio intus occurrat: loci fieri ansgallides mire profunt. Capnion herbam qui edere: bilem per urinam trahit. Acron iocineri medetur thoraci quoq̄: & præcordiis. Caucum: quæ & ephedra: ab aliis anabasis uocata: nascitur uentoso fere tractu: scandens arborem: & ex ramis propendens folio nullo: cirris numeroſa qui sunt iunci geniculati: radice palida. Datur ex uino nigro austero trita ad tuſſim: ſuſpiria tormina & ſorbitione facta in quam uinum addi conuenit. Item gentiana madefaicta pridie contrita denarii pondere in uini cyathis tribus. Geum radículas tenues habet nigras bene olentes. Medetur non modo pectoris doloribus aut lateris: ſed & cruditates diſcutit iacundo ſapore. Verbenaca uero oibus uiceribus medetur: lateribus: pulmōibus: iocineribus: thoraci. Peculiariter autem pulmonibus: & quos ab iis phthiſis tentat. Radix uero herbæ conſiſiginis: quam nuper inuentam diximus: ſuum quidem & pecorum omnium remediū præſens eſt. Pulmonum uitio uel traieicta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua: haberique in ore aſſidue ſub lingua. Superficies huius herbæ an ſit in aliquo uſu adhuc incertum eſt. Renibus prodeſt plātaginis cibus. Betonicæ potus. Agaricum potum ut in tuſſi. Tripolium in maritimis naſcitur ſaxis: ubi alidit unda: neq̄ in mari neq̄ in ſiccō folio laſis craſſiore: palmeo caule in mucrōe diuiſo: radice alba odorata craſſa calidi guſtus. Datur epaticis in ſarte coctā. Hæc herba eadem uidetur quibuſdā quæ polium: de qua ſuo loco diximus. Symphona uel cromphena aternis uicidibus roſeſq̄ p̄ caulem foliis in poſca ſanguinem reiticientibus medetur. Iocineri autem herba melandryum naſcens in ſegete ac pratis flore albo odorata. Eius cauliculus: conteritur ex uino uetere. Item herba chalcetum e uineis contrita imponitur. Faciles præſtat uomitiones radix betonicæ hellebori modo quattuor drachmis in paſſo aut mulſo. Hyſopum tritum cum melle utilius præſumpto naſturtio aut irione. Molemonium denarii pondere. Eſt & pſyllibus laſcens ſuccus qui dēſatus in gummi ſumitur cum melle ſupradicto pondere: præcipueq̄ bilem trahit. Rurſus ſiſtūt uomitionē cymīnū ſilueſtre: betonicæ farina: ſumuntur ex aqua: abſterguntq̄ faſtidia: cruditatesq̄ digerunt daucum betonicæ farina ex aqua mulſa: plantago decoctā caulium modo. Singultus hemionium ſedat. Item ariſtolochia. Sulpiria clymenos. Pleureticiſ: & pariſpneumoniciſ centaurii maius. Item hyſopum bibitur. Pleureticiſ peucedani ſuccus. Alius autem: quam galli ſic uocant: ueneti cotoncam: medetur lateriſ: itē renibus conuulſiſq̄ & ruptis. Similis eſt cumila: bubulæ: cumininibus thymo dulcis: & ſitim ſedat: raræ radiciſ alibi albæ: alibi nigræ. Eoſdem effectus lateris doloribus habet chamærops: myrteis circa caulem geminis foliis capitibus græculæ roſæ ex uino pota: ſchiadicis dolores & ſpinæ leuat agaricū potū ut in tuſſi. Item & ſthocadiaz: aut betonicæ farina ex aqua mulſa.

De omnibus uitis uentris & remediis: & eorum quæ circa uel intra ſunt: & de aloo ſiſtenda uel ſoluenda.

CA. VIII.



Lurimum tamen negocii humano generi alius exhibet: cuius cauſa maior pars mortaliū uiuit. Alias enim cibos non tranſmittit: alias non continet: alias nō capitalis ſi conficit. Eoq̄ mores uenere: ut hō maxime cibo pereat. Peſſimum corporum uis. Inſtat ut creditor: & ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaritia expetit: huic luxuria conditur: huic nauigatur ad phaſin: huic profunda uada exquiruntur. Et nemo uſitate eius æſtimat conſumationis ſœditate. Ergo numeroſiſſima eſt circa hanc medicinæ opera. Siſtit eam ſcordotis recentis drachma cum uino trita uel decoctā potu. Polemonia quoq̄: & dyſentericiſ ex uino datur. Verbaſci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudie. Nymphaeæ heracliz ſemen cum uino potum. Radix ſuperior ex xiphio drachmæ pondere ex acero. Semē plātaginis in uino tritum: uel ipſa ex aceto coctā: aut alicia ex ſucco eius ſumpta. Itē cū lētacula coctā: uel aridæ farina inſperſa portioni cum papauere toſto & trito. Vel ſuccus inſuſus: aut potus betonicæ in uino ferro calcfaictō. Eadem cœliaciſ in uino aſtero datur. Is & iberis imponitur ut dictum eſt. Tenafmo radix nymphaeæ heracliz e uino bibitur. Pſyllium in aqua cum radiciſ de coctum. Aizoī ſuccus aluum ſiſtit: & dyſenteriaſ & tineas rotundas pellit. Symphytiſ radix pota in uino aluū & dyſenteriaſ ſiſtit. Itē dauci. Aizoū foliis cōtritit ex uino tormibus reſiſtit. Almez ſiccæ farina tormibus pota cū uino. Aſtragalus folia hēt lōga ſciſuris multis: obliq̄ circa radiceſ: caules. iiii. aut. iiii. folioz plenos: florē hiacynthi: radiceſ uiſoſas: iplicatas: rubras: p̄duras. Naſcitur i petroſis apriciſ: & iſiſtē nualibus: ſicut pheneo archadiz. Viſ ei ad ſpiſſanda corpora. Aluū ſiſtit radix in uino pota. quo ſit ut moueat urinā repercuſſo liquore: ſicut pleraz quæ aluū ſiſtūt. Sa-

nat & dysentericos in uino rubro tusa. Difficile autem tunditur. Eadem gingiuarum suppurationi utilissima est foru. Colligitur exitu autumnu cum folia amiserit. Siccatur in umbra. Et ladanu no sistitur aluus utroq. Quod in fegetibus nascitur contuso & cribrato: bibitur ex aqua mulsâ. ite nobili e uino. Ledon appellatur herba ex qua ladanu fit in cypro barbis caprarum adhærensens. Nobilius in arabia. Fit iam et in syria atq; africa: quod taxicon uocant. Nervos enim i arcu circumdatos lanis trahunt adhærescente rosida lanugine. Plura de eo diximus inter unguenta. Hoc grauisimū odore est: durissimū tactu. Plurimum enim terræ colligit: cū probetur maxime puge, odoratū: molle: uiride: resinosum. Naturæ ei molliendi: siccandi: coquendi: somnū alliciendi. Capillum fluentē cohibet nigriciamq; custodit. Auribus cum hydromellite aut rosaceo infunditur. Furfures cutis & manantia ulcera sale addito sanat. Tullim ueterem cum florace sumptū. Efficacissimū ad ructus. Aluū sistit & chōdris: siue pseudodictamū: hypocisthis: orobathion uel orobache a quibusdam dictum malogranato immaturo similis. Nascitur ut diximus sub cistho: unde nomen hoc. Are facta in umbra sistit aluum ex uino austero nigroque utraque. Duo enim genera eius candida & ruffa. Vtus in succo spissat: siccatur. Et ruffa magis stomachi rheumatismos emendat. Pota tribus obolis sanguinis excreationes. Cum amylo dysenterias pota & infusa. Item uerberaca ex aqua data: aut carētibz febre ex uino amineo coclearibus, v. additis in cyathis tribus uini. Lauet quoq; nascens in riuis cōdita & cocta tormibus medetur. Potamogeton uero ex uino dysentericos etiam & coeliacis: similis betæ: foliis minoribus tantum hirsutionibusq; paululum supereminens extra aquam: peculiariter refrigerant: spissant: usus in foliis: cruribus uitiosis urilia: & contra ulcege nomas cum melle uel aceto. Castor hanc aliter nouerat tenui folio uelut equinis fetis: thyrso longo: & leui in aquosis nascentē. Radice sanabat strumas & duritias. Potamogeton aduerfatur & crocodilis: itaq; secum habent eam qui uenatur illos. Aluū sistit & achillea. Eisdem effectus præstat & statico. vii. caulibus ueluti rosæ capita sustinēs. Ceratia uno folio: radice nodosa & magna in cibo coeliacis & dysentericis medetur. Leontopodion alii licoron: alii doripetron: alii toriuentoron uocant: cuius radix aluum sistit: purgatque bilem in aqua mulsâ addito pondere denariorum duum. Nascitur in campestri & gracili solo. Semen eius potū lymphatica somnia facere dicitur. Lagopus sistit aluū e uino pota aut in febrī ex aqua. Eadem in guini adalligatur in tumore. Nascitur in fegetibus. Multi sup omnia laudat ad deploratos dysentericos quinque folium decoctis in lacte radicibus & potis: & aristolochiam uiciorum potere i cyathis uini tribus. Quæ ex supradictis calida sumentur: hæc candēte ferro teperrari aptius erit. E diuerso purgat aluum succus centaurei minoris drachma in hemina aquæ cum exiguo salis & aceti: bilemque detrahit. Maiore tormina discutiuntur. Betonica aluum soluit drachmis quartu or: in hydromelitis cyathis nouem. Item euphorbium uel agaricum drachmis duabus cum sale modico potum ex aqua: aut in mulso obolis tribus. Soluit & cyclaminos ex aqua pota: aut balanis subditis, item chamæcissi balanus. Hypopt manipulus decoctus ad tertias cum sale pituitas trahit: uel contritus cum oxymellite & sale. Pellitq; uentris animalia. Pituitam & bilem detrahit peucedani radix. Aluum purgat anagallides ex aqua mulsâ. Item epithymō: qui est flos thymio sareiæ similis. Differtentia q; hic herbaceus est: alterius thymi albus. Quidam hypopheon uocant: ac stomacho minus utilis. Vomitiones mouet. Sedat tormina: & inflammationes discutit. Sumitur & ex ea eligmate ad pectoris uitalia cum melle & aliquādo iride. Aluum soluit a quatuor drachmis ad sex cum mellis exiguo: salisq; & aceti. Quidam aliter epithymum trahunt sine radice nasci tenuis similitudine pallioli rubens: siccari in umbra: Bibi ex aqua acetabuli mēsurâ: Dimidia detrahente pituitam bilēq;. Aluum leniter soluit & nympha in uino austero. Soluit & pygmocon erucæ foliis crassioribus & acrioribus: radice rotunda: lutei coloris: terram olētē caule quadrangulo modico tenui flore otimi inuenitur in saxosis locis. Radix eius in aqua mulsâ. xii. pondere denariorum & aluum & bilē & pituitam exinanit. Semen somnia tumultuosa facit una drachma in uino potum. Et capnos strumâ discutit: detrahit bilē polypodiō: quâ nostri filiculam uocant: similis enim est filici. Radix in uso pilosa: coloris intus herbacei: crassitudine digiti minimi: acetabulis cauernosa: ceu polypogæ citri subdoleis: in petris nascens: aut sub arboribus uetustis. Exprimatur succus aqua madefacta: & ipsa minutim concisa inspergitur oleri & betæ uel maluæ: uel salamento: uel cū pulicula coquitur ad aluū leuiter soluendam: uel in febrī. Detrahit bilē & pituitâ. Stomachum offendit. Aridæ farina indita naribus polypū cōsumit. Floret: & semen nō fert. Scamoniu quoq; stomachi dissolutionē facit: bilē detrahit: aluū soluit: præterq; si adiciatur aloes drachmæ duæ obolis eius duobus. Est autem succus herbæ ab radis

ee ramosæ pinguibus foliis triangulis albis radice crassa madida nauseola. Nascitur pingui & al-
 bo solo. Radix circa canis ortum excavaatur: ut in ipsa cõsuat succus: qui sole ficcatus digeritur
 in pastillos. Seccat & ipsa uel cortex. Laudatur natione colophonium: myrsium priennese. Spe-
 cie autem nitidum: & q̄ simillimũ tau rino glutini: fungosam tenuissimis fistulis: cito liquecẽs:
 uirus redolens: suminosum: linguæ tactu lactescens: q̄ leuissimum: cum diluitur albescens. Hoc
 euenit & adulterino: quod fit erui farina: & tithymalli marini succo in iudæa ferẽ: quod etiam
 strâgulat sumptum. Deprehenditur gustu. Tithymallus enim linguâ exalfacit bulbi more: nec
 ante nec postea utile. Dedere & p se ex aqua uel mulsâ & sale quaternis obolis. Sed utilissime cũ
 aloco: ita ut incipiente purgatione mulsam bibatur. Fit & decoctum radice in aceto ad crassitu-
 dinem mellis: quo lepræ illinuntur. Et caput ungitur in dolore cum oleo. Tithymallum nostrũ
 herbam lactariam uocant: alii lactucam caprinam. Narrantque lacte eius inscripto corpore cum
 inauerit si cinis inspergatur apparere litteras & ita quidam adulteras alloqui malluere: q̄ codi-
 cillis. Genera eius multa. Primus cognominatur carachias: qui & masculus existimatur: ramis di-
 gitali crassitudine rubris rugosis: quinque aut sex cubitali longitudine a radice foliis penderẽ:
 cacuminibus coma iunci. Nascitur in asperis maritimis. Legitur semen autumnũ cum coma: sic-
 catum sole tunditur: & reponitur. Succus uero incipiente pomorum lanugine defraclis ramulis
 excipitur farina erui: aut ficis: ut cum iis arescat. Quinas autem guttas singulis excipi satis ẽ. Tra-
 duntq; etiam totiens purgari hydropicos fico sumpta: quot guttas lactis exceperit. Succus cum
 colligitur: ne attingat oculos cauedum est. Fit & foliis tuis priore minus efficax. Fit & decoctũ
 e ramis. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui gratia. Semen &
 dentium cauis cæra includitur. Colluuntur & radice decoctæ uino aut oleo. Illinũt & lichenas
 succo. Bibuntq; eum ut purgent uomitiones: & aluo soluta: alias stomacho inutilem. Trahit pi-
 tuitã sale adiecto in potu: bilẽ aphronitro. Si p aluũ purgari libeat in posca. Si uomitione: in pas-
 so aut aqua mulsâ. Media potio tribus obolis constat. Ficos a cibo sumpsisse melius est. Fauces
 urit leniter. Est enim tam seruẽtis naturæ: ut per se extra corpori impositum pustulas ignium
 modo faciat: & pro caustico i usu sit. Alterum genus tithymalli myrsinitem uocãt: alti caryten fo-
 liis myrti acutis & pungentibus: sed mollioribus: & ipsum etiam in asperis nascens. Colliguntur
 comæ eius hordeo turgescente: siccatæq; in umbra diebus. ix. in sole inarescunt. Fructus nõ pa-
 riter maturescit: sed pars anno sequente: & nux uocatur. Inde cognomen graeci dedere. Demeti-
 tur cum messium maturitate. Lauatum deide ficcatur: & datur cũ papaueris nigri duabus parti-
 bus: ita ut sit totum acetabuli modo: minus hic uomitionibus q̄ superior: ceteri iidem. Aliqui
 sic & folium eius dedere: nucem uero ipsam in mulsõ aut passo: uel cum sesama. Trahit bilem &
 pituitam per aluum. Oris ulcera sanat. Ad nomas oris folium cum melle estur. Tertium genus ẽ
 tithymalli: paralius uocatur siue tithymallis folio rotundo: caule palmum alto: ramis rubenti-
 bus semine albo: quod colligitur incipiente uua: & ficcatum teritur: sumiturque acetabuli men-
 sura ad purgationes. Quartum genus helioscopion appellant: foliis portulacæ: ramulis stansibus
 a radice quattuor aut quinque rubentibus semipedali altitudine succi plenis. Hoc circa oppida
 nascitur: semine albo: columbis gratissimo: quod colligitur incipiente uua. Nomen accepit: quo-
 niam capita cum sole circũagit. Trahit bilem per infèrna in oxymellite dimidio acetabulo: ca-
 teri usus qui characiæ. Quintum cyparissian uocant propter foliorum similitudinem: caule ge-
 mino aut triplici nascentem in campestribus: cui eadem uis quæ helioscopio aut characiæ.
 Sextũ platyphyllon uocant: alii corymbiten: alii amygdaliten a similitudine. Nec ullius latiora
 sunt folia. Pisces necat: aluum soluit: radice: uel foliis: uel succo in mulsõ aut aqua mulsâ drach-
 mis quattuor. Detrahit priuatim aquas. Septimum dendroides cognominant: alii cobionali le-
 ptophyllon in petris nascens: comosissimum ex omnibus maxime: cauliculis rubentibus: & se-
 mine copiosissimum: eiusdem effectus: cuius characiæ. Apio scylla siue raphano sagria funcos
 duos siue tres spargit in terra rubentes: foliis rutæ: radice cepe: sed amplior: quare quidam rha-
 phanum siluestrem uocant. Intus habet mammam candidam extra cortices nigros. Nascitur
 in montuosis & asperis: aliquando & herbosis. Effoditur uere: tosaque in sicili mergitur. De-
 iectoque quod supernat: reliquus succus purgat utraque parte: sesquibolo in aqua mulsâ.
 Sic & hydropicis datur acetabuli mensura. Inspergitur & aridæ radice farina potioni: aiuntq;
 superiorem partem eius uomitione biles extrahere: inferiorem per aluum. Tormina discutiit:
 quodcumq; betonica & panaces præterquam a cruditate. Peucedani succus: inflatiões & ructus
 gignit. Acori radix daucumue si lactucæ modo sumatur. Ladanum cyprium potum interaneo.

uel succosif
 uel pene
 olæ

rā uitis occurrat. Itē gētia nā farina ex aqua tepida fabā magnitudine. Plārago mane sūpta dua
 bus linguis & tertia papaueris in uini non ueteris cyathis. iiii. datur in somnum euntibus addi-
 to nitro seu polenta. Simul si post cibum datur. Colo infunditur hemina succi: uel in febrī. Aga-
 ricum potum obolis tribus in uini ueteris cyatho uno lyeni medetur. Et panace omnium gene-
 rum radix in mulo: sed teucia p̄cipue pota arida & decocta quātum manus capiat in aceti he-
 minis tribus. Ad uulnus illinitur eadem cū aceto: aut si tolerari non possit ex fico uel aqua. Pole-
 monia bibif ex uino. Betonice drachma in oxymelitis cyathis tribus. Aristolochia cōtra serpe-
 tes. Argemonia. vii. diebus i cibo sumpta lyenem cōsumere dicitur. Agaricū in aceto mulso obo-
 lis duobus. Nymphaeā heracliaē radix in uino pota & ipsa cōsumit. Cuiānthemus drachma bis
 die sumpta in uini albi cyathis duobus per dies. xli. lyenem dicitur paulatim emittere per urinaē.
 Prodest & hyfopum cum fico decoctum. Lonchitidis radix decocta prius q̄ semē emittat. Pe-
 cedani quoque radix decocta & lyeni & renibus. Lyen acoro potō cōiunxitur. Præcor diu & illi-
 bus utilissimæ radices. Climeni semen potum diebus. xxx. p̄dere denari in uino albo. Betoni-
 cæ farina ex melle & aceto scyllite pota. Radix lonchitidis in aqua & teucium illinitur. Itē scor-
 dium cum cæra; agaricum cum farina foenogræci uesicæ malis: contraque calculos grauissimis
 cruciatibus: ut diximus: auxilio est. Polemonia ex uino pota: item agaricum. Plantago radice uel
 foliis potis ex passo. Et betonica ut in iocinere diximus. Item ramici pota atq; illita. Eadem ad
 strangurias efficacissima: ad calculos quidam betonica & uerbenacā & millefolium æquis
 portionibus ex aqua pro singulari remedio bibere suadent. Strangurias discutere & dictamum
 certum est. Item quinquefolium decoctum ad tertias in uino ictericis dari atq; illini utilissimū
 est. Xiphii quoq; radix superior urinam ciet infantibus. Enterocœcicis datur ex aqua: & illinitur
 uesicæ uitis. Peucedani succus infantium ramici: & umbilicis eminentibus psylliō illinitur. Vri-
 nam ciet anagalides: achorique radices decoctum: uel ipsa trita potaque: & omnia uesicæ uita
 sanat: & calculos herba & radix conledonis. Itemq; genitalium inflammationem pari p̄dere:
 & caulis & feminis & myrtiæ. Ebuli tenerum cum solis tritum ex uino potū calculos pellit.
 Impositum testes sanat. Epigeron quoq; cum farina thuris & uino dulci: testium inflammationes
 sanat. Symphyti radix illita enterocœcis cohibet: aufert & genitalium nomas hypocisthis alba.
 Artemisia quoque datur contra calculos ex uino dulci: & ad stranguriam. Dolores uesicæ sedat
 ex uino nymphaeæ heracliaē radix. Eadem uis crethmo ab Hippocrate admodum laudata. Est
 autem inter eas quæ eduntur siluestrium herbarum. Hancq; ceate apud Callimachum apponit
 rustica illa hecale. Specie s̄q̄ elatae hortensis: Caulis palmum unum altus. Semen feruens: odora-
 tum ceu libanotidis: rotundum. Siccum rumpitur. Habet intus nucleum candidum: quem alii
 qui cachryn uocāt: folio pingui: albicāte: ueluti oliuæ: crassiore: & salso gustu: radices digiti cras-
 situdine tres aut quattuor. Nascitur in maritimis petrosis. Estur crudum coctumue cum olere
 odorati saporis & iucundi. Seruatur etiam in muria: p̄cipueque eius uis ad stranguriam fo-
 lio uel caule aut radice ex uino. Colorem quoque corporis gratiorem facit. Verū largior quoq;
 inflationes. Aluum soluit decocto. Urinamque: & a renibus dolorem trahit. Sic & almeæ siccae
 farina in uino pota stranguriam tollit: efficacius addito dauco. Lyeni quoque utilis. Aduer-
 sus serpentes bibitur. Iurmentis quoque in pituita aut stranguria hordeo iniperia succurrit. An-
 thyllion est lenti simillima: quæ in uino pota uesicæ uitis liberat. Sanguinem sistit. Altera est an-
 thyllis chamæpityos similis: flore purpureo: odoris grauis: radice intubi: uel magis cepea: similis
 portulacæ: nigriore radice: sed inutilis: nascens in littoribus harenosis: gustu amara. In uino cum
 asparagi radice uesicæ plurimum prodest. Eadem præstat hypericon: quā alii chamæpityn: alii
 corion appellant: oleraceo frutice: tenui cubitali rubente: folio rutæ: odore acri: femine hiliquæ:
 nigro: mature scente cum hordeo. Natura femini spissandi. Asuum sistit. Urinā cit. Ad calculos
 uesicæ cum uino bibitur. Est aliud hypericon: quod alii corin appellant: folio tamarice: & sub
 ea nascit: sed pinguioribus foliis: & minus rubentibus: odoratum: palmo altius: suaue: leniter: acu-
 leatum. Vis femini exalfactoria: & ideo inflationem facit enterocœcicis: sed stomacho nō inu-
 tile: p̄cipuū ad stranguriam si exulcerata nō sit uesica. Medetur & pleuretici ex uino potū. Vesicæ
 autem callitrichon trita similis cumino medet: & data ex uino albo. Verbenaca quoq; foliis de-
 cocta ad tertias: uel radix eius e mulso calido calculos eicit. Itemque perpressia: quæ arretii & in
 illyrico nascitur in aqua decocta e tribus heminis ad unū & pota. Trifolium ex uino sumptū &
 chrysanthemū primū. Anthemū quoq; calculos eicit: paruis e radice foliis quinis: caulibus lon-
 gis duobus: flore roseo: radices trita p̄ sece uelauer crudū. Silaus nascit glareosis & perentibus ri-

uel pericli-
meni

uel entero
cœcicis
ul' symphy-
ti

uel specie-
q; batis

uel in siliq;

uel minori-
bus

uis: cubitalis: apii similitudine. Coquitur ut olus atrum: magna utilitate vesicæ. Quæ si scabiem sentiat: panacis radice sanatur. Aliter inutili vesicis. Calculos pellit malum erraticum radicis libra in uini congio decocta ad dimidias. Inde hemina sumuntur per triduum. Reliquum ex uino cum zio: & urtica marina: & daucum: & plantaginis semen ex uino. Et herba fuluiana trita ex uino: quæ & nomen inuentoris habet nota tractantibus urinas cit. Scordion testium tumores sedat. Hyoscyamum genitalibus medetur. Precedani succus ex melle & semen stranguriz. Agaricū obolis tribus in uini ueteris cyatho uno. Trifolii radix drachmis duabus in uino: dauici una drachma uel seminis. Ischiadici & semie & foliis erythrodani tritis sanatur panace pota. Et infuscata polemonia aristolochiæ decocta foliis. Agarico quidem & neruus qui platys appellatur: atq; hamerorum dolor sanatur obolis tribus in uini ueteris cyatho uno. Quinquefoliū ischiadici: & bibitur & imponitur. Item scamonia decocta cum hordei farina. Semen hyperici utriusq; bibitur ex uino. Sedis uitia & attritus celerrime sanat plantago. Condylomata uero quinquefolium. Sedem conseruam cyclamini radix ex aceto. Anagallides cærulea prociédia sedis retro agit. E diuerso rubens proritat. Cotyledon condylomata & hemorrhoidas mte curat. Testium tumores acori radix decocta in uino tritaq; & illita. Intertrigines negat fieri Cato abinthii poticum secum habentibus.

De pulegio & argemone.

CA. IX.



Lii adiiciunt: & pulegium quod ieiunus quis legerit: si post se alliget. Inguinis dolores prohibet: aut sedat coeptos. Inguinaria: quam quidam argemone[m] uocant: passim in uepribus nascens. Ut prosit inguinibus in mano tantum habenda est. Panos sanat panaces cum melle. Plantago cum sale. Quinquefolium. Perfoliatæ radix ut in strumis. Item damasonium. Verbascum cum sua radice totum uino aspersum: folioque inuolutum: & in cinere calfactum: ut imponatur calidum. Expertique affirmare plurimum remedium esse si uirgo imponat nuda ieiunio: & manu supina tangens dicat: Negat Apollo pestem posse crescere: quam nuda uirgo restringat: atque ita retrorsa manu ter dicat: totiensq; dispuat ambo. Medetur & radix mandragoræ ex aqua: radicis scamoniæ decoctum cum melle. Sideritis cum adipe ueteri: contusa: marubium cum axungia uetere: uel chryssipea cum ficis pinguibus: q; hoc ab inuentore habet nomen.

De nymphaea: & abstinentia: & appetentia ueneris: & de satyrio: erythrococco: & crategi: & sideriti.

CA. X.



Enerem i totum adimit (ut diximus) nymphaea heraclia: eadem semel pota in .xl. dies. insomnia quoq; ueneris a ieiunio pota & in cibo sumpta. Illita quoque radix genitalibus inhihet non solum uenerem: sed affluetiam genitura: ob id corpus alere uocem q; dicitur. Appetentiam ueneris facit radix e xiphio superior data potu in uino. Item quam crethmos agrios appellant. Et orminos agrios cum polenta contritus. Sed inter pauca mirabilis est orchis herba: siue sarapasi: foliis porri: caule palmeo: flore purpureo: gemina radice: testicularis similitudo ut maior: siue (ut aliqui dicunt) tenuior: ex aqua pota excitet libidinem: minor si ue mollior e lacte caprino inhiheat. Quidam folio scyllæ esse dicunt leuiori ac minor: caule spinoso. Eiusq; radices sanant oris ulcera: thoracis pituitas: aluum sistunt e uino potæ. Concitariem uim habet satyriõ. Duo eius genera: una longioribus foliis q; oleæ: caule quattuor digitorum flore purpureo: radice gemina ad formã hois testiu alternis annis intumescere ac residere. Altera satyriõ orchis cognominat: & foemina eē credif. Distinguit iterno ditis: & ramosiore frutice radice fascinis utili. Nascit fere iuxta mare. Hæc tiores & uitia priu erupentia cū poléta illita sedat: uel p se trita. Superioris radix i lacte ouis colidicæ data: neruos itredit. Eadē ex aq; remittit. Græci satyriõ: foliis lilii rubri minoribus & tribus nō aplius e terra exeuti bus tradit: caule leui cubitali nudo: radice gēina: cuius inferior ps & maior mares gignit: superior ac mior foemias. Est & aliud genus satyriõ erythrococco appellat: semie uiticis: maiore: leui: duræ radice: cortice rubro: intus albu includit: sapore subdulci. Fere in motosis iueniri. Venerē eē si oino manu teneat radix stiu Jar. Magis adeo si bibat in uino austero. Arietibus quoq; & hircis signioribus in potu dari. Et a farmatis egs ob assiduū laborē pigrioribus in coitu: quod uitiu proscdamū uocant. Vim eius restringit aq; mulã aut lactuca sumpta. In totū quidē græci cū cōcitationē hãc uolūt significare: satyriõ appellat. Sic & crategin cognominates & thelygonõ: quæ semen testiu simile e. Tithymalli quoq; ramoq; medullã habetes: ad uenerē proniores fieri dicunt. Prodigiola sunt q; circa hoc tradit Theophrastus auctor alioquin grauis: septuageno coitu durare libidinem contactu her-

uel cōryza

uel durior
uel fūgoso
uel ramosouel lacte
ouilo

uel .xvii.

ba cuiusdā: cuius nomen speciemq; non posuit. Sideritis adalligata varices minuit: & sine dolore praestat. Podagræ morbus rarior solebat esse non modo patrum auroq; memoria: verum et nostra Peregrinus & ipse. Nam si Italiae fuisset antiquitas: latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus. Quippe quoniam in multis & sponte desinit: & in pluribus curatur. Medetur panacis radices cum uua passa: succus hyoscyami cum farina: uel semen scordion ex aceto: lberis uti dictum est. Verbenaca cū axungia trita cyclamini radix: cuius decoctum & perniciosis prodest. Podagras refrigerat radix e xiphio. Semen e psyllio. Cicuta cū lythargyrio aut axungia. Aizoum in primo impetu podagræ rubentis: hoc est calide. Vtrilibet uero conuenit erigeron cum axungia. Plantaginis folia trita addito sale modico. Argemonia tusa ex melle. Medef & uerbenaca illita: aut si pedes macerent i eius decocto. Est & lappago similis anagallidi: nisi esset ramiosior ac pluribus foliis: aspera: rugosa: asperioris succi: grauis odoris: quæ talis est mollitudo uocatur. Similis & asperioribus foliis asparago. Superioris succus expressus pondere. xi. denariorum in uini cyathis duobus quotidie sumitur. Præcipue uero liberat eo malo phycolthalamion: id est fucus marinus lactucæ similis: qui conchyliis substernitur: nõ podagræ modo: sed omnibus articulorum morbis impositus priusq; exarescat. Tria autē genera eius. Latum. Et alterum longius: quadantenus rubens. Tertium crispis foliis: quo in creta uestes tinguntur: oia eiusdem usus. Nicander eam & aduersus serpentes in uino dedit. Salutare est & semen eius herba: quam psyllion appellauimus: madefactum aqua admixtis in heminam seminis resinæ colophonæ coclearibus duobus: thuris uno. Laudant & mandragoræ folia cum polëta tusa.

Medicinæ generales de pedibus: talis: articulis: neruis: & remedia contra morbos: qui totum corpus occupat: & de myrtilo: & uigiliis: & paralyfi: & de febribus frigidis: & febre iumentorum: & phreneticis: & chamæacta: & aizoo: & igne sacro.

CA. XL

Alis uero tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mire pdest. Articulis succus e centauro minore. Idem neruis utilissimus. Item cetaurium. Betonica neruis discurrentibus per scapulas humeris: spinæ: lumbis: pota ut in iocinere. Articulis quinquefolium impositum. Mandragoræ folia cum polenta: uel radix recēs tusa cum cucumere siuestri: uel decocta in aqua. Cubitorum ac pedum rimis polypodii radix. Articulis succus hyoscyami cum axungia. Amomi succus cum decocto. Item cētūculus decocta: uel muscus recens ex aqua obligatus donec inarescat. Item lappæ boariæ radix e uino pota. Cyclaminos cū coda in aqua perniuculos curat: omniacq; alia frigoris uitia. Perniuculos curat & cotelydon cū axungia. Folia ex batrachio. Epithymi succus. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo: Verbenaca ex uino. Nunc peractis malis quæ membratim sentiuntur: dicemus de iis quæ totis corporibus grassantur. Remedia autem hæc cōmunia inuenio. Ante omnes pota dodecathrum de qua diximus. Deinde panacis omnium generum radices peculiariter longinquis morbis. Et semen interaneorum uitis. Ad omnes uero corporis dolores succum e scordio. Item betonica: quæ pota colorem plumbeum corporis priuatim emendat: gratioremq; reducit. Geranion aliq; myrthina: alii myrthida appellant. Similis est cicutæ foliis minutioribus: & caule breuiori rotundo: saporis & odoris iucundi. Nostri sic eam tradunt. Græci foliis cādidioribus pauloq; maluz: caulibus tenuioribus & pilosis: ramo sam ex steruallibus binum palmorum & in iis foliis: iter quæ in cacuminibus capitula sunt grauū. Altege genus foliis anemō: stiduisuris iōgioribus: radice mali nõ rotūda: dulci: reficientibus se ab imbecillitate utilissima: & fere talis uera est. Bibit contra phthisin drachma i uini cyathis tribus bis die. Itē cōtra inflationes: q̄ & cruda idē pstat. Succus radice aumbus medef: Opisthotōicis semē drachmis q̄ttuor cū pipere & myrthapotum phthisin sanat: & plātaginis succus: si bibat. Et ipsa decocta in uino cū sale & oleo a iōno maturino refrigerat. Eadem datur iis: quos atrophos uocāt: interpositis diebus. Betōica phthificis eligmate cū melle fabæ magnitudie. Agaricum potum duobus obolis in passo: uel daucū cum centauro maiore in uino. Phagedenis: quod nomen sine modo esurientium est: & aliis ulcerum: tithymalli medentur cum sesamis sumpti. Inter mala uniuersi corporis uigiliæ sunt plerisque. Harum remedio monstratur panaces: clymenos aristolochia: & odore: & peruncto capite. Aizoum siue sedum si inuolutum panno nigro ignorantis: puluino subiiciatur: onothera siue onuris hylarita tem afferunt in uino. Amygdalino est folio: flore rosaceo: fruticosa: longa radice: & cum sicca ta est uinum olente. Hæc in potu data feras quoque mitigat. Cruditates: quæ nauseam faciunt digerit betonica. Eadem pota a cœna concotionem facit in oxymelitis cyathis tribus drachmæ pondere: & crapulam discutit. Item agaricum post cibos in aqua calida potum. Paralyfin beto-

nica sanare dicitur. Ictus febri ut dictum est. Eadem & torpētibus membris prodest. Item argemonia omniāque quae periclitentur secari discutiedo. Comitiales sanantur panacis: quam heracleam diximus: radice pota cum coagulo uituli marini: ita ut sint panacis tres partes. Plantago pota. Betonica in oxymelitis drachma: uel agarici obolis tribus. Folia quinquefolii ex aqua. Sanat & arche zofis: sed cum amineo pota. Sanat & baccharis radix arida in puluerem cōtrita cyathis tribus cum coriandro in aqua calida. Et centūculus trita in aceto aut melle: aut in aqua calida. Verbenaca ex uino pota. Hypopi baccā ternā contritā & in aqua potā diebus sexdecim. Peucedanū cum coagulo uituli marini aquis portionibus potum. Quinquefolii cōtrita folia ex uino sumpta diebus. xxx. in betonica farina pondo denariog. xiii. cum aceti scyllitici cyatho mellis arci uncia. Scamoniū obolis duobus cum castorei drachmis quattuor. Febres frigidas leuiores facit agaricum potū in calida aqua. Tertianas fideritis cum oleo. Item ladanum: quod in febris nascitur contusum. Plantago ex aqua mullā duabus horis ante accessionem pota binis drachmis. Vel succus radicis madafacta uel tusa. Vel ipsa radix trita in aq̄ ferro calfacta. Quidāq; ternas radices in tribus cyathis aquae dederit. lidem in quartanis quaternas fecerunt. Buglossio inarescente si quis medullam e caule eximat: dicatq; ad quem liberandum febre id faciat: & alii get ei septem folia ante accessionem: aiunt a febre liberari. Itemq; betonicae drachmam in aqua mullā cyathis tribus uel agaricum: maxime in iis febribus quae cum horrore ueniūt. Quinquefolii folia quidam ternā tertianis dederit: quaternā quartanis: plura caeteris: aliis omnibus obolis tribus cum pipere ex aqua mullā. Verbenaca quidem & iumētorum febribus in uino medetur. Sed in tertianis a tertio geniculo incisa: quartanis a quarto. Bibif & semen hyperici utriusq; in quartanis: & horribus betonicae farina: quae omnes horrores coerces. Item panaces adeo ex calfactoria natura: ut per niuem bibere: id ac perungi eo praecipiant. Et aristolochia per frictionibus resistit. Phreneticos somnus sanat: q̄ cōtingit peucedano ex aceto capiti in fuso anagallidum succo. E diuerso lethargicos excitari labor est. Hoc praestat euphorbium (ut peribent) ex aceto naribus tactis peucedani succo. Contra insanias betonica bibitur. Carbūculos rumpit panaces. Sanat betonicae farina ex aqua aut brassica cum thure frequenti posita calidā: uel e carbone in conspectu extincto fauilla digito sublata & illita: uel plantago tusa. Tithymallus characites hydropicos sanat. Panaces: plantago in cibo: cum prius panem siccum comederint sine potu. Betonica drachmis duabus in duobus cyathis uini aut mullā. Vel agaricum: uel semen lechitidis duabus linguis ex aqua potum. Psyllium ex uino. Anagallidum succus. Cotelydonis radix ex mullō. Ebuli recentis radix excussa tantum nec collata quantum duo digiti cōprehēdat: ex uini aeteris calidi hemina. Trifolii radix drachmis duabus in uino. Tithymallum: platyphyllon cognomine. Semen hyperici: quod coris appellat. Aetā quam quidam esse ebulum potant radice contrita in uini cyathis tribus si febris absit: uel seruine ex uino nigro. Item uerbenaca falsicu lo manus plenae decocta in aqua ad dimidias. Praecipue tamen chamaeactae succus aptissimus creditur. Eruptiones pituitaē emendat plantago. Cyclamini radix cum melle. Ebuli folia contrita & e uetere uino imposita etiam boam sanant: id est rubentes papulas. Pruriginem succus strychni illitus. Igni sacro medetur aizoum. Folia trita cicuta. Mandragorae radix. Siccatur in asse ut cucumis: primoque super mustum suspenditur: mox in fumo: dein tunditur in uino: aut aceto. Prodest & uino myrteo fouere: mentae sextans: uiui sulphuris uncia ex aceto simul trita: fuligo ex aceto. Ignis sacri plura sunt genera. Inter quae mediū hoiem ambiens: q̄ zoster appellatur: & enecat: si cinxerit. Medetur plantago cū creta cymolia: & peristereos p se. Radix psolata. Aliis quae serpūt cotelydonis radix cū mullō. Aizoum. Succus linozofis ex aceto.

Ad eluxata membra: & cōtra morbū regiū: & cōtra furunculos: & fistulas: & inflationes: & ambustiones: & cōtra alios morbos: ad neruos: & sanguinem. CA. XII.

Radix polypodii illita luxatis medetur. Doloremque & tumores tollunt semen psyllii. Folia plantaginis tusa: sale modico addito. Verbasci semen ex uino decoctum & contritum. Cicuta cum axungia. Folia ephemeris tuberibus atq; tumoribus. Illiturque etiam dum discuti possunt. Morbum regiū in oculis praecipue mirari est tenuitatem illam densitatemque tunicularum felle subeunte. Hippocrates a septimo die in febre mortiferum signum esse docuit. Nos scimus uixisse aliquos etiam ab hac desperatione. Fit uero & citra febres: impugnaturque centaurio maiore (ut diximus) potu. Betonica agarici obolis tribus ex uini ueteris cyatho. Item uerbenacae folio obolis tribus ex uini calidi hemina quatrīduo. Sed celerrime quinquefolii succus medetur tribus cyathis potus

cum sale & melle. Cyclamini radix drachmis tribus bibitur in loco calido: & perfrictionibus rator: adores enim felleos mouet. Folia tusfilaginis ex aqua. Semē linozostis utriusq; insperium portio: uel cum absinthio aut cicere decoctum. Hyssopi baccae cum aqua potae. Lichen herba si cum sumitur: caetero olere abstineatur. Polytrix in uino data. Struthion in mulso. Passim & in q̄cunq; parte ac maximo incommodo nascuntur: qui furunculi uocantur: mortiferum aliquādo malum confectis corporibus. Remedio sunt pignocomi folia trita cum polenta: si nondum caput fecerint. Discutiunt & folia ephedri illita. Fistulae quoq; in omni parte serpunt: medicorū uitio malefectis corporibus. Auxilio est cetaurium minus: collyris cum melle decocto additis. Plantaginis succus infusus. Quinquefolium cum sale & melle. Ladanum cum castoreo. Cotyledon cum medulla ceruina calefacta imposita. Verbasci radices medulla collyrii tenuitate i fistulam additur. Vel aristolochiae radix. Vel succus tithymalli. Collectiones inflammationesq; sanant argemoniae folia illita. Duritias & collectiones omnes uerberena uel quinquefolium: decoctum q; in aceto uerbasci folia uel radix. Hyssopum e uino ipositum. Acori radix decocto eius herbae fouentibus. Aizoum. Item quae contusa sint: duritiasq; & sinus corporis & tela omnia infixae cor poris extrahunt: folia tusfilaginis. Daucum. Semen leontopodi tritum in aqua cum polenta. Supparationibus imponuntur pignocomi folia trita cum polenta: uel semen. Item orchis. Vicia quae sunt in ossibus satyri radice imposita efficacissime sanari dicunt. Nomae & collectiones omnes fucus maris priuquam inarescat. Et almeae radix collectiones discutit. Ambusta sanant plātagine arctio: ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & contrita illinuntur. Radices cyclamini cum aizoo. Herba ipsa hyperici: quod corion appellauimus. Neruis & articulis cōuenit plātago trita cum sale. Argemonia tusa ex melle. Peucedani succo perunguntur spasticis: retanici. Nervorum darciae aegylopiis succo. Doloribus erigeron ex aceto illinuntur. Epithymo spasticis & opi sthotonicis perungit: semine hyperici: quod coris uocatur. Idemq; bibere prodest. Phrynton dicitur etiam abscessos sanare neruos si confestim imponatur trita uel mansa. Spasticis: tremulis: opi: sthotonicis almeae radix bibitur ex aqua mulsā. Sic & rigores exalfacit. Sanguinis profluuium si sit herba peoniae semen tubrum. Eadem & in radice uis. Cyclaminos uero si ore sanguis reticia turisue e naribus: siue aluo fluat: siue foeminarū utero. Itē lysimachia pota uel illita: uel naribus indita. Item plantaginis semen. Quinquefolium potum & illitum. Cicuta semen in nares si inde fluat tritum ex aqua & inditum. Aizoum. Astragali radix sistit. Et ischemon. Et achillea.

De herba equiseti: & stephanomeli: & crisitali: & contra uermes.

CA. XIII.

Quisetum hippuris a graecis dicta & in pratis nascens: uituperata a nobis. Est autem pilus terrae equinae setae similis: licet eorum extinguit decocta sicili nouo ad tertias quantum uas capiat: & per triduum heminis pota: unctis esculentis ante diē unū interdicitur. Graecorum varia circa hanc opinio. Alii pini foliis similem nigricantem eodem nomine appellant: uim eius ammirabilem tradentes: q; etiam sanguinis profluua uel taedio eo tantum homine sistat: alii hippurin: alii ephedron: alii anabasin uocant. Traduntq; iuxta arboris nasci & scandentem eas dependere comis iuncis: multis nigris: ut ex equorum cauda gemiculatis ramis: folia habere pauca: tenuia: exigua: semen rotundum simile coriandro: radice li gnosa: nasci in ambustis maxime. Vis eius spissare corpora. Succus sanguinem e naribus fluentem inclusis sistit. Itē aluum. Medetur dysentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Urinā cit. Tullium orthopnoeam sanat. Item rupta: & q̄ serpunt. Intestinis & uesicae folia bibantur. Entero coelen cohibet. Faciunt & aliam hippurin breuioribus & mollioribus comis candidioribusq; per q̄ utilem ischiadicis: & uulneribus ex aceto impositam: propter sanguinem sistendum: Et nymphaea trita plātagis imponitur. Peucedanum cum semine cupressi bibitur: si sanguis per os red dicitur est: fluitque ab infernis. Sideritis tantam uim habet: ut quamuis recenti gladiatoris uulneri illigata: sanguinem claudat. Quod facit & ferulae cinis uel carbo. Fungus uero etiam efficacius: qui secundum radicem eius nascitur. Per nares autem fluenti & cicuta semen tritum ex aqua inditumque efficax habetur. Item stephanomelis ex aqua. Betonicae farina e lacte capri no pota sistit ex ubere fluentē. Plantagoq; contusa: eiusdem succus uomēribus sanguinē datur. Ad erraticum autē radix perfolatae cum axungia uetere illita. Poratur a ruptis conuulsisq; & ex alto deiectis cetaurium maius. Gētianae radix trita uel decocta uel succos betonicae. Et hoc am plius addo: tocineris aut lateris cōtortionibus: panaces scordion aristolochia pota cū agarico. Itē eductis & eueris potū duobus obolis in mulsi cyathis tribus. Aut si febris sit: in aq̄ mulsā uerbascauius flos sistis auro est. Acori radix. Aizouū omne. Sed e maiori succus efficacissime. Itē sym

uel icianis
uel sextate

hanc p̄ hoo m̄q?
p̄ hanc

phyti radices: uel decoctū. Daucū crudū. Erythale est flore luteo foliis achanti. Bibit e uino. Item chamærops: & in sorbitiones irio uel plantago oibus modis. Item phthiriasi: quo Sylla di-
 ctator cōsumptus est. Nascuntur quoq; in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Resi-
 stitur uoz: taminia succo aut ueratri cū oleo perunctis corporibus. Taminia quidē in aceto de-
 cocta etiā uestes eo tedio liberat.

De ulceribus: & ad plagas: & de polycnemo.

CA. XIII.



Ulcera multoz sunt generum: ac multis modis curantur. Panacis oium genez radix
 ex uino calido illinitur manatibus. Siccat priuatim quā chironiam diximus. Cū mel-
 le trita tubera aperit: ulceribusq; quæ serpunt. Deploratis auxilio est cū aris flore ul-
 no temperata omnibus modis uel flore uel semine uel illitū. Item minoris coma decocta
 uel trita: uetera quoq; ulcera purgat & persanat. Folliculi climeni recentibus plagis imponitur.
 Illinitur autem gentiana ulceribus quæ serpunt radice tusa uel decocta in aqua ad mellis crassi-
 tudinem: uel succo uulneribus. Ex ea factum lichiu. Lysimachia recētibus plagis medetur. Plan-
 tago omnium genez ulceribus: peculiariter foeminaz: senum & infantium: igne mollita meliori
 & cum cæroto crassa ulcerū labra purgat. Nomas sistit. Et trita suis foliis integere oportet. Sup-
 purationes: collectiones: sinus ulcerum. Chelidonia quoq; siccat ulcera adeo: ut etiam pro spo-
 dio utantur eadem iam desperatis cū axungia imponit. Dictamū pota sagittas pellit: & alia tela
 extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho folioz: obolo. Proxime pseudodictamū. Vtraq; et sup-
 purationes discutit. Aristolochia quoque putrida ulcera exest. Sordida expungat cū melle. uer-
 mesq; extrahit. Itēq; clauos in ulceribus natos. Et infixa corpori oia: precipue sagittas & ossa fra-
 cta cum resina. Caua uero ulcera explet per se. Et cum iride recētia uulnera ex aceto. Uetera ul-
 cera uerbenaca: quinque foliū cū sale & melle. Radices persolatæ uulneribus ferro illatis recentibus
 imponunt: folia ueteribus. Cū axungia utraq; & suo folio operitur. Damasoniū autē & in
 struma. Folia uerbasci ex aceto aut uino. Peristereos ad oia genera uel callosoz: putrefactiūq;
 ulcerum facit. Manatia nympeaz heracliaz radix sanat. Itē cyclamini radix uel p se: uel ex aceto
 & cum melle. Eadem & contra steatomata efficax: sicut ad ulcera manatia hyssopum: itē puz-
 danum: cui ad recētia uulnera tanta uis est: ut sanie ossibus extrahat. Præstat hoc & anagides:
 cohibētq; quas uocant nomas: & rheumatismos. Vtilis & recentibus plagis: sed picipue senum
 corpori. Cum cæroto apostemata: & ulcera tetra folia mandragoræ recentia. Radix uulnera cū
 melle aut oleo. Cicuta cōsiliigni mixta mero. Aizoum herpes quoq; & nomas ac putrefectia:
 sicut erigerō uermioia. Recētia aut uulnera astragali radix: & uetera quoq; ulcera purgat hypo-
 cistis utraq; Leontopodii semen tritū in aqua & cū polēta illitum spicula sagittarioz extrahit.
 Item pycnocomi semen: tithymallus. Characites succo gangrenas phagedenas putria: uel deco-
 cto ramoz: cum polēta & oleo. Orchis radices. Hoc amplius & cacoethe ex aceto cū melle sic-
 cæ & recētes. Per se uulnera onothera efferētia sese ulcera sanat. Scythæ uulnera scythice corat.
 Ad carcinomata argemōia ex melle efficacissima ē. Uulnerib; p sanatis asphodeli radix decocta
 ut diximus: trita cum polēta & illita. Quibuscūq; uero apollinaris. Astragali radix in puluerem
 trita humidis ulceribus prodest. Item callitrix decocta in aqua. Priuatim uero iis quæ calciamē
 to facta sint: uerbenaca. Necnon & lysimachia contrita. Ac nympha arida ifricata. Polytrix in-
 ueteratis iisdem utilior. Polycnemon cunilæ bubulæ similis est semine pulegii furculosas multus
 geniculis corymbo odorata acri & dulci odore: quæ ferro factis uulneribus cōmanducata im-
 ponitur: quinto die soluitur. Symphyton ad cicatricē celerrime perducit. Itē syderitis. Hæc im-
 ponitur ex melle. Uerbasci semine ac foliis ex uino decoctis ac tritis oia corpori infixa extrahū-
 tur. itē mandragoræ foliis cum polenta. Cyclamini radicibus cū melle. Trixaginis folia in oleo
 contrita iis maxime adhibent ulceribus: quæ serpunt. Et alga in melle trita. Betonica ad carci-
 nomata. Et melandria: ac ueteres addito sale. Verrucas tollit argemonia ex aceto uel batrachit
 radix: q & ungues scabros aufert. Linoz ostidis utriusque folia uel succus illitus. Tithymalli oēs
 genera uerrucarum omnium. Item omnia pterygia: uarozq; tollunt. Cicatrices cum elegancia ad
 colorem reducit iadanum.

De plurimis experimentis ad inficiendos capillos: & partus cūciendos: & cōtinendos: & alia-
 rum remedia.

CA. XVI.

A Artemisia & elelisphacum alligatas qui habet uiator: negatur lassitudinē sentire. Muliebribus morbis medetur maxie in uniuersum peoniae herbae semen nigrū ex aqua mulsā. Eadē & in radice uis: menses cit. Panacis semen cū abinthio mēses & sudores. Scordotis potu & illitu: Betonica drachma in uini cyathis tribus bibitur contra omnia uuluae uitia. Aut quae a partu fiunt. Menses nimios sistit achillea imposita: & decoctum eius infidentibus. Māmis iponif hyoscyami semē ex uino. Loti radix ex cataplasmate. Et māmis etiā chelidonia. Secūdas morantes uel partus emortuos radices panacis appositae extrahunt. Ipsū panacis semen e uino potū uulua purgat: appositūq; cum melle. Polemonia pota ex uino secundas pellit. Nidore purgat uuluae cetaurii minoris succus potus: fotūq; menses cit. Itē maioris radix in uuluae doloribus iisdē modis prodest. Derafa uero & apposita extrahit partus emortuos. Plantago imponit in lana in dolore uuluae. In strangulatu bibit. Sed praecipua dictamno uis est. Menses cit. Partus emortuos uel trāsuerfos eicit. Bibitur ex aqua foliose obolo: adeo ad haec efficax: ut ne in cubiculū quidē praegnatiū inferat. Nec potu tm: sed & illitu & suffitu ualet. Proximē pseudodictamū. Sed menses cit cū mero decoctū pōdere denarii. Pluribus tñ molochis & aristolochia prodest: nā & menses & secūdas cit. Et emortuos ptus extrahit: myrrha & pipere additis pota uel subdita. Vuluas quoq; prociētes inhiēt potu uel suffitu uel subiectu maxime tenuis. Strangulatū ab iis mēsiūq; difficultatē agaricū tribus obolis tritū in uini ueteris cyatho potū emendat. Peristeros apposita in adipe suillo recenti. Antyrrhinon cum rosaceo & melle. Itē apposita nymphae thesālāe radix pota dolori medetur. In uino pota nigro pfluua inhiēt. E diuerso ciet cyclamini radix pota & apposita. Et uesicae infidentū decocto medet. Secundas pota cissanthemos pellit. Vuluā sanat. Et xiphii radix supior mēses cit drachma ex aceto pota. Peucedanū strangulatus uuluae nidore uisū recreat. Menses aluosq; pēcipue psylliū drachma in cyathis tribus aqua mulsā. Semē quoq; mādragorae potū uuluā purgat. Menses cit succus appositus: & emortuos ptus. Nīmīa rur sus pfluua sistit semen cū uino & sulphure. Alui pfluua sistit & contrahit batrachion potu: uel cibo ardens: alias ut diximus cruda. Sed cocta cōmendat sale & oleo & cymino. Daucū & menses & secūdas potū facillime pellit. Ladanū suffitu corrigit uuluae: dolori eaq; exulceratisq; iponif. Emortua scamoniū pellit potū uel appositū. Menses ciet hypericū: utrunq; appositū. Ante alia uero ut Hippocrati uidet erysimon e uino semine uel radice. Cortice trahit & secūdis succurrit & stragulatōnibus ex aq; pota. Itē radix e geranio peculiariter secūdis inflammationibusq; uuluae: conueniens. Purgat hippuris pota & apposita uuluae. Polygonus pota menses cit. Et almeae radix. Folia plātaginis pellūt. Itē agaricū ex aq; mulsā. Artemisia uuluae medet trita ex oleo irino aut fico: aut cū myrrha apposita. Eiusdē radix pota in tm purgat: ut ptus enectos extrahat. Menses & secūdas cit ramoz; decoctū infidentibus: itē folia pota drachma. Ad eadē oīa prosunt uel iposita uentri imo cū farina hordeacea. Achoron quoq; utile est in terioribus foeminae morbis. Et coniza utraq;. Et crethmos. Et anthyllides duae uuluis utilissimae. Tormibus & secūdage morae in uino potae. Callitrix fotu locis medet. Albugines in capite tollit. Capillos inficte oleo trita. Geranion in uino albo potū: & hypocisthis in rubro pfluuiū sistit. Hysoptū suffocationes laxat. Radix uerbenacae pota ex aq; ad oīa in ptu: aut ex partu mala pstantissima est. Peucedano qdā miscet in uino nigro semen cupressi cōstritū. Nā semē psylli de feruefactū in aq; cū intepuerit: epiphoras oēs uteri lenit. Symphyton tritū in uino nigro euocat menses. Partus accelerat scordotis pota drachma succi itaq; mulsā cyathis q̄tuor. Dietami folia pclare danf ex aq;. Cōstat unius oboli pōdere: uel si mortui sint in utero infantes: ptinus reddi sine uexatiōe puerperae. Similiter pdest pseudodictamū: sed tardius. Cyclaminos adalligata. Cissanthemos pota. Itē betonicae farina ex aq; mulsā. Arsenogonō & thelygonō herbae sunt hñtes uuas floribus oleae similes: pallidiores tñ. Semen albū: papaueris mō. Thelygoni potu foemina cōcipi narrat. Arsenogonon ab ea semie oleae: nec alio distat. Huius potu mares gnari phibent: si credimus: alii utraq; ocimo similitē tradūt. Arsenogoni aut semē geminū esse testibus simile. Māmage uitis aizoum: qd̄ digitellū appellauimus unice medet. Erigerō ex passo māmas uberiores facit. Sonchū in farre coctū. Quae uero mastos uocatur indita pilos māmage: e partu nascentiū: & tineas aufert in facie: aliaque cutis uitia emendat. Gentiana nymphae heraclia illita cyclamini radix maculas oēs. Cacaliae grana mixta caerae liquida extendūt cutē in facie: rugatq;. Vitis oīa acori radix emendat. Capillū lismachia flauū facit. Denigrat hypericō: qd̄ & corion uocat. Itē ophrys herba denticulato oleri similis: foliis duobus. Nigritiam dat & polemonia in oleo decocta. Psilothrum nos quidē in muliebribus medicamentis tractamus: uerum etiam uiris in usu est. Esti-

B

causissimum autem habetur archezostis. Item tithymalli succo uel in sole cum oleo illito crebro: uel eoullis pilis. Quadrupedum scabiem sanat hyosopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter si deritis. Verum & reliqua genera herbarum reddamus.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXVII.
PROOEMIUM.

Reliqua herbarum genera.



Rescit apud me certe tractatu ipso admiratio antiquitatis. Quoties maior copia herbarum dicenda restat: tanto magis adorare priores inueniendo curam: in tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata hoc modo posset uideri etiam regem naturae ipsius munificetia: si humani operis esset inuentio. Nunc uero deorum fuisse eam apparet: aut certe diuinam: etiam cum homo inuenierit. Eandemque omnium parentem gentiisse haec: & ostendisse: nullo uitae miraculo maiore: si uere fateri uolumus. Scythica herbam a maotidis paludibus & euphorbiam e monte atlante: utraq; Herculis colonas: & ipso regem naturae defectu. Parte alia britannica ex oenanthe isulis extra terras positis: itemque aethiopicam ab exusto syderibus aut. Alias praeterea aliunde: uel citius humane salutis in toto orbe terrarum portare immensa romanae pacis maiestate: non homines modo diuersi inter se terris gentibusque: uere et montes: & excedentia in nubibus iuga: passusque pecora: & herbas quoque inuicem ostentant. Aeternum quae deorum sit munus istud. A deo romanos uelut alteram locum dedisse rebus humanis uidentur.

De aconito: & panthera: & quae extinguitur aconito.

CA. II.

uel idignū

Sed antiquorum curam diligentibus quis possit satis uenerari: cum constet omnium uenenosum occisimum esse aconitum: & tactus quoque genitalibus foemini sexu a saluti eodem die inferre mortem. Hoc fuit uenenum quo intereptas dormientes a Calpurnio Bestia uxoribus. M. Cecilius accusator obiecit. Hic illa atrox poratio eius in digito eas mortuas. Fabulae narrare e spūs Cerberi canis extrahente ab inferis Hercule. Ideoque apud tracliam porticam ubi monstratur eius ad inferos aditus gigni. Hoc quoque tamen in usus humane salutis uertit. Scorpionum ictibus aduersari experiendo: aconitum datum in uino calido. Ea est natura ut hominem occidat: nisi inuenierit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur: uelut pari intus inuenit. Sola haec pugna est: cum uenenum in uisceribus repererit. Mirumque extitalia per se ambo cum fuerit duo uenena in homine commoriantur: ut homo super sit. Immo uero et ferarum remedia antiqui prodiderunt: demonstrando quod uenenata quoque ipso sanant. Torpescunt scorpiones aconiti tactu: ista pentagone pallentes: & uinci se consistunt. Auxiliatur eis helleborus albus tactu resoluit. Ceditque aconitum duobus malis suo & oium. Quod si quis illa forte ab homine excogitari potuisse credit: ingratum deorum intelligit munera. Tangunt carnes aconito: necantque gustatu earum pantheras: nisi hoc fieret repleturas illos situs. Ob id quidam pardalianches appellauerunt. At illas statim liberari morte excrementorum: hominis gustu demonstratum. Quod certe casu repertum quis dubitet: & quotiens fiat etiam: ut nouum nasci: quoniam feris ratio & usus inter se tradi non possit.

Quod oium creaturarum conditor sit deus.

CA. III.

uel thelyphonon

Ille ergo casus hic est ille: qui plurima inuenit in uita deus. Hic habet nomen: per quod intelligitur eadem & parens rerum omnium & magistra natura: utraq; coniectura pariter: siue illa quotidie ferarum inuenire: siue semper scite iudicemus. Pudendumque: rursus omnia animalia quae sunt salutaria ipsis: nosse ipsa: praeter hominem. Sed & maiores oculorum quoque medicamentis aconitum misceri saluberrime promulgauerunt: aperta professione: malum quidem nolum sine aliquo bono dicere. Fas ergo nobis erit: qui nulla diximus uenenata: nunc demonstrare quale sit aconitum uel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini: aut cucumeris non plura quatuor ab radice leniter hirsuta. Radice modicam camaro simile marino. Quare quidam camaron appellauerunt. Alii lycocthonon ex qua diximus causa. Arida radix incuruatur paulum scorpionum modo: quare & scorpionum aliqui appellauerunt. Nec defuere qui myoclonon appellare mallent: quoniam procul & e longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis cauitibus: quas aconas uocant. Et sic aconitum aliqui dixere nullo iuxta ne puluerem quidem nutriente. Hac aliqui rationem non-

nis attulere. Alii quoniam uis eadem in morte esset: quæ cotibus ad ferri aciem deterendam statim admota uelocitas sentiretur.

De æthiopide: & amaranto: & aloë: & alcea: & alipho: & alina: & androsace: & androsamo: & ambrofia: & anconi: & anagyro: & anonymo.

CA. IIII.

Aethiopsis folia habet phlomo similia: magna & multa: & hirsuta ab radice. Caulem quadrangulum scabrum: similem arctio: multis coccuum. In alis semen eruo simile cadi-
dum geminum: radices numerosas longas. Plenas: molles: glutinosas: gustu sicca nigre-
scunt duranturque ut cornua possint uideri. Præterea in æthiopia nascunt: & in ida mō-
te troadis: & in messenia. Colliguntur autumnō: siccantur in sole aliquot diebus: ne situm sentiant.

uel i undis
uel gustu
siccanti

Medentur uuluis potæ in uino albo: ischiadicis: pleureticis: faucibus scabris: decocta potu danf.

uel iliaco

Sed q̄ ex æthiopia uenit: eximia est: atq; illico prodest. Aieraton ferulacea est duoz: palmorum
altitudine: origano similis: flore bullis aureis. Huius usq; nidor urinæ cit. uuluaq; purgat: tato ma-
gis insidentibus. Causa Nominis nō hæc: sed qm̄ diutissime non marcescit. Aloe Scyllæ similitu-
dinem hēt maior & pinguioribus foliis ex obliquo striata. Caulis eius tener est rubens medius:
si dissimilis antherico. Radice una ceu palo in terra dimissa: graui odore: gustu amara. Laudatiss-
sima ex india afferitur: sed nascitur & in asia: non tri ea utuntur: nisi ad uulnera recentibus foliis:

uel iiliaco
Handwritten note: Scyllæ

mitifice enim cōglutinat: uel succo: ob id inturbibus cadorum eam serunt ut aizoum maius:
Quidam & caulem ante maturitatem seminis icidunt succi gratia: aliqui & folia. Inuenitur & p-
se lachryma adhærens. Ergo pauimentandum ubi sata sit censent: ut lachryma nō absorbeatur.

uel iiliaco

Fuere qui traderent in iudæa super hierosolymam metallicam eius naturam: sed nulla magis im-
proba est: neq; alia nigritate humidior. Erit ergo optima p̄guis: ac nitida: ruffi coloris: fria
billis: locineris modo coacta: facile liquefens. Improbanda nigra & dura: harenosa quoque:
quæ & gustu intelligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius spissare: dēfere: & leuiter cal-
facere. V̄sus in multis & principalis aluum soluere: cum pene sit sola medicamentorum: quæ per
se id præstant. Confirmat etiam stomachum: adeo ut non infestet ulla uis contraria: bibi drach-
ma. Ad stomachi uero dissolutionem in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ: coclearis men-
sura bis ter in die ex interuallis ut res exigit. Purgationis etiam causa plurimum tribus drach-
mis. Efficacior si pota ea sumatur cibus. Capillum fluentē continet cum uino austero capite i so-
le contra capillum peruncto. Dolorem capitis sedat temporibus & frōti imposita ex aceto & ro-
sacro. Diluitorq; infusa: oculorum uitia omnia sanari ea conuenit. Priuatim pruriginis & scabiē
genarum. Item insignata ac liuida illita cum melle: maxime pontico. Tonsillas: gigijas: & omnia
oris ulcera. Sanguinis excreationes si modicæ sint: drachmæ pondere ex aqua: si minus ex aceto
pota. Vulneta quoq; sanguinem & undecunq; fluentem sistit per se uel ex aceto. Alias etiam ē
uulneribus utilissima ad cicatricem perducens. Eadem inspergitur exulceratis genitalibus uiro-
rum: condylomatibus: rimisq; sedis: alias ex uino: alias ex passo: alias sicca per se: ut exigit mitiganda
curatio: aut coercenda. Hemorrhoidum quoq; abundantiam leniter sistit. Dysenteria infundit-
tur. Et si difficiliter concoquantur cibi: bibitur a coena modico interuallo. Et in regio morbo tri-
bus obolis ex aqua. Deuorantur pilulæ cum mellis decocto: aut resina terebinthina ad purgan-
da interiora. Digitorum pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur: ut quod sit arenosis-
simum subsidat. Aut torretur in testa: pennæq; subinde uersatur: ut possit æqualiter torreri. Al-
cea folia habet similia uerbenacæ: quæ & peristereō cognominatur. Caules tres aut quattuor fo-
liis: plenos: florem rosæ: radices albas cum plurimū sex cubitales: obliquas. Nascitur in p̄guis so-
lo: nec sicco. V̄sus radiceis ex uino uel ex aqua dysentericis: aluo citæ: & ruptis conuulsis. Alypon
cauliculus est molli capite non dissimilis betæ: acre gustatu: ac lentum: mordensq; uehementē &
accendens. Aluum soluit in aqua mullā addito sale modico. Minima portio duarum drachmarū:
media quattuor: maxima sex: ea purgatione quibus datur e gallinaceo iure. Alfine: quam qui-
dam mysotis appellant: nascitur in lucis: unde & alfine dicta est. Incipit a media hyeme. Arescit
uistate media cum proreperit: musculorum aures imitatur foliis. Sed aliā docebimus esse quæ iusti
us mysotis uocetur. Hæc eadem erat quæ Helxine: nisi minor minusq; hirsuta esset. Nascit in
hortis & maxime in parietibus. Cum teritur: odorem cucumis reddit. V̄sus eius ad collectiones
insulationesque. Quin emendat omnia quæ Helxine sed infirmius. Epiphoris peculiariter impo-
nuntur. Item ueredis: ulceribusq; cum farina hordeacea. Succus eius auribus infunditur. Andros-
ces herba est alba amara sine foliis: folliculos in cirris habens: & in iis semen. Nascit in maritimis
Hæltis maxime. Datur hydropicis drachmis duabus tusa aut decocta in aqua uel aceto uel ui-

Handwritten note: Scyllæ

no. Vehementer enim urinas cit. Datur & podagris: illinitureq. Idem effectus est & semini. Androsomon: siue (ut alii appellauerunt) ascyron: non ablimile est hyperico: de qua diximus capitulo maioribus densioribusq. & magis rubentibus. Folia alba rutæ figura. Semen papaueris nigri. Comæ trita sanguineo succo manant. Odor ei resinofus. Gignitur in uineis. Fere medio autumno effoditur: suspenditurque. Vfus ad purgandam aluum rutæ cum semine potæque matutino: uel a cocna duabus drachmis in aqua mulsâ: uel uino uel aqua pura: totius potionis sextario. Trahit bilē. prodest ischiadicis maxime. Sed postera die capparidis radicē resinæ permixtâ deuorare oportet drachmæ pondere. Iterūq. quatruidi intervallo eadem facere. A purgatione autem ipsa robustiores uinum bibere: infirmiores aquam. Imponitur & podagris & ambustis & uulneribus cohibēs sanguinem. Ambrosia uagi nominis est: & circa alias herbas fluctuans: fruticē unum habet densum ramosum: tenuem: trium fere palmorum. Tertia parte radice breuiore: foliis rutæ: circa inum caulē in ramulis semen est uuis dependentibus: odore uinofus: qua de causâ botrys a quibusdam uocatur: ab aliis artemisia. Coronatur illa cappadoces. Vfus eius ad ea quæ discuti opus sit. Anonin quidam ononida malit uocare ramosam: simile fenogrecum: nisi fruticosior hirsutiorq. esset: odore iucundo. Post uer spinosa. Estur etiam muria condita. Recens uero margines uicrum erodit. Radix decoquitur in posca dolori dētium. Eadē cum melle pota calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. Anagyros: quā aliqui acopon uocant: fruticosa est: grauis odore: riore ualeris: semen in corniculis non breuibus gignit: simile renibus: quod durefcit per menses. Folia collectionibus imponuntur: difficulterq. parietibus adalligantur: ita ut a partu statim auferantur. Quod si emortuus hæreat: & secundæ mensēque morentur: drachmæ pondere bibunt in passo folia. Sic & suspiriosis dantur: & in uino uetere ad phalangiorum morsus. Radix discutendis concoquendisque adhibetur. Semen comanducatu uomitiones facit. Anonymos a non inueniēdo noie nomē inuenit. Afferre scythia celebrata ab Hicelio nō potæ aut floritatis medico. Itē aristogētō in uulneribus p̄clara ex aqua rosa & ipsita. Potæ uero māmīs præcordiisque p̄cussis. Itē sanguinem excreantibus. Putauerunt & bibendam uulneratis. Fabulosâ abitor: quæ adiiciuntur: recente ea si uratur: ferrum aut æs ferruminari.

De aparine: & arctio: & aspleno: & asclepiade: & astere: uel bubonio: & ascyro: uel ascyroide: & aphace: & de alcibio: & alectorolopho.

CA. V.

Aparinē aliqui omphacocarpon: alii philanthropon uocant: ramosam: hirsutam: quinis sensu in orbem circa ramos foliis per interualla: semen rotundū: durum: concuū: subdulce. Nascitur in frumētario agro: aut hortis: prati sue: asperitate ēt uestiū tenaci. Efficax contra serpentes semine potō ex uino drachma: & contra phalagia. Sanguinis abundantia ex uulneribus reprimūt folia ipsita. succus auribus infundit. Arction aliqui potius arctuz uocat: similis est uerbasco foliis: nisi q. hirsutiora sunt: caule longo molli: semine cymini. Nascitur in petrosis: radice tenera: alba: dulciq. Decoquitur in uino ad dentiū dolorē: ita ut contineatur ore decoctū. Bibit p̄pter ischiada: & stranguriā e uino: ambustis imponit & prionibus. Fouent eadē cū radice semine trito in uino. Asplenū sunt qui hemionion uocat: foliis triangularibus multis: radice limosa: cauernosa: sicut filicis candida: hirsuta: nec caulē nec florē habet. Nascit in petris: parietibusq. opacis: hūidis: laudatissima in creta. Huius folioq. iure in aceto decocto p̄ dies. xl. potō lyenē absumi aiūt. Et illinunt. Eadē aut sedāt singultus: nō danda steruānis: qm̄ sterilitatē facit. Asclepias folia hederæ hēt: ramos lōgos: radices numerosas: tenues: odoratas: floris uirus graue: semē securidace. Nascit in montibus. Radices tormibus medent: & contra serpentium ictus non solum potum sed ēt illitū. Aster ab aliquibus bubonio appellatur: qm̄ inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus i caecum ne capitula stellæ modo radiata. Bibitur aduersus serpentes. Sed & ad inguinum medicinam sinistra manu decerpi iubent: & iuxta cistis alligari. Prodest & coxendicis dolori adalligata. Ascyron & ascyroides similia sunt inter se & Hyperico: sed ascyron maiores habet ramos: qui ascyroides uocantur ferulaceos omnino rubētes: capitulis paruis luteis. Semen in caliculis pusillum: nigrum: resinofum. Comæ trita uelut cruentata. Qua de causâ quidam hanc androsomon uocauerunt. Vfus seminis ad ischiadicos potus duabus drachmis in hydromelitis sextario. Aluū soluit. Bilem detrahit. Illinitur & ambustis. Aphace tenuia admodum folia habet: pusillo altior lenticula est. Siliqs maiores fert: in quibus terna aut quæternā semina sunt nigriora & madidiora & miora lenticula. Nascitur in aruis. Natura ei ad spissandū efficacior q̄ lentu. Reliquo usū eisdem effectus habet. Stomachi aliq. fluctiones silit semen decoctum. Alcibion qualis esset herba apud aucto-

Dio. brassi
caz

res nō repperi. Sed radicem eius & folia trita ad serpētis morsus imponi & bibi iubēt. Folia quā-
tum manus capiat trita cum uini meri cyathis tribus: aut radicem drachmarum trium pondere
cum uini eadem mensura. Alektorolophos quæ apud nos crista dicitur: folia habet similia galli-
næ: cristæ plura: caulem tenuem: & semen nigrum in siliquis. Vtilis tussientibus cocta cum sa-
ba fresa melle addito: & caligini oculorū. Solidum semen conicitur in oculum: nec turbat: sed
in se caliginem contrahit. Mutat colorem: sed ex pigra albicare incipit: & intumescit: ac per se exit.

De Alo.

CA. VI.

Alum nos uocamus: græci symphyton petreum: simile cunilæ bubulæ: foliis paruis: ra-
mis tribus aut quattuor a radice: cacuminibus thymi: furculosum odoratū: gustu dul-
ce: saluam ciēs: longā radice: rutila. Nascitur in petris: deoq; petreum cognominatū.
Vtilissimum lateribus: lyenibus: renibus: torminibus: pectoribus: pulmonibus: sangui-
nem reicientibus: faucibus asperis. Bibitur radix trita & in uino decocta: & aliquando superlini-
tur. Quin & cōmaducata sitim sedat: præcipueq; pulmonē refrigerat. Luxatis quoq; imponitur
& conuulsis: lyenit: interaneis. Alium sinit coacta in cineres. Detrahit quoq; folliculis trita cum
piperis nouem granis & ex aqua pota. Vulneribus sanandis tanta præstantia est: ut carnes quoq;
cū coquantur conglutinet addita. Vnde & græci nomē iposuerunt. Ossibus quoq; fractis medet.
De alga & actea: & de ampelofagnia: & absinthio.

CA. VII.

Alga ruffa scorpionum ictibus. Actea graui folioꝝ odore: caulibus anisi geniculatis: se-
mine nigro ut hederæ: bacis mollibus. Nascitur in opacis & asperis & aquosis. Datur
acetabulo pleno interioribus foeminarum morbis. Ampelos agrta uocatur herba fo-
litis duris cineracei coloris: qualem supra satis diximus: uiticulis longis callosis ruben-
tibus: qualiter flos quem iouis flammā appellauimus in uolūtis: fert semen ponici mali simile in aci-
nis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis additis uini: coi cyathis duobus aluū soluit: leni-
ter. Ideo hydropicis datur. Vuluæ uitiæ & cutis in facie mulierum emendat. Ischiadicos quoque
ut hac herba prodest: tusa cum foliis & illta cum succo suo. Absinthii genera sunt plura. Santoni-
cum appellatur a galliæ ciuitate. Ponticū a ponto: ubi pecora pinguescunt illo: & ob id sine fel-
le reperiuntur. Neq; aliquod præstantius. Multoq; italico amarius: sed medulla pœtici dulcis. De
usu eius cōuenit dicere: herba facillimæ atq; inter paucas utilissimæ. Præterea sacris Populi Ro-
celebratæ peculiariter. Siquidem latinarum feris quadrigæ certant in capitolio: uictorūq; absin-
thium bibit. Credo: sanitate præmio dari honorifice arbitratis maioribus. Stomachum corro-
borat: & ob hoc sapor: eius in uina transfertur ut diximus: Bibitur & decoctū aqua ac postea no-
cte & die refrigeratum sub diuo decoctis sex drachmis folioꝝ cum ramis suis in caelestis aquæ
sextariis tribus. Oportet & salem addi. Vetusissime in usu est. Bibitur & madefacti dslutum. Ita
enim appellatur hoc genus. Diluti ratio ut quisquis fuerit modus aquæ: tegatur per triduiū. Tri-
tum raro in usu est: sicut & succus expressi. Exprimitur autem cum primum semen turgescit ma-
defactum aqua triduo recens aut sicum septem diebus. Deinde coctum in æneo uase ad tertias
x. heminis in aquæ sextariis. xlv. iterumq; percolatum. Herba electa lenta coquitur ad crassitudi-
nem mellis qualiter ex minore cetaureo quæritur succus: Sed hic absinthii inutilis stomacho ea-
pitique est: cum sit ille decoctus saluberrimus. Nāque astringit stomachum: bilemque detrahit:
Vrinam cit. Alium emollit: & in dolore sanat. Ventris animalia pellit. Malaciam stomachi & in-
flammationes discutit: cum sile & nardo gallico: aceto exiguo addito. Fastidia abstergit. Conco-
ctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta & pipere & sale. Antiqui purgationis causa dabāt
eū maris aquæ: ueteris sextario semis sex drachmis: cū tribo salis & mellis cyatho. Efficacius pur-
gat duplicato sale. Diligenter autem teti debet propter difficultatem. Quidam & in polenta de-
dere supradictū pondus: addito pulegio. alii contra paralytism. alii pueris folia in fico: sic ut ama-
ritudinem fallerent. Facile thoracem purgat: cum iride sumptum. In regio morbo crudum bibi-
tur cum appio aut adianto. Aduersus inflationes calidum paulatim forbetur ex aqua. locineris
causa cum gallico nardo. Lyenis cum aceto aut pulte aut fico sumitur. Aduersatur fungus ex ace-
to. Item uisco. Cicutæ: ex uino: & maris aranæ morsibus. Draconi marino. Scorpionibus. Oculorū
claritati multum confert. Epiphoris cum passo imponitur. Suggillatis cū melle. Agres eius
decoctū uaporis suffitu sanat. Aut si manat sanies cū melle tritum. Vrinam ac menles ciunt tres
quattuordec ramuli cū gallici nardi radice una cyathis aquæ. vi. Menses priuatim cum melle sum-
ptum: & in uellere appositum Anginis subuenit cum melle & nitro. Epinyctidas ex aqua sanat.
Vulnera recentia prius q̄ aqua tangantur ipositum. Prætereaq; capitis ulcera. Peculiariter ictibus

uel asperis

uel sale

B i i i

imponitur cū cypria cæra: aut cum fico. Sanat & pruritus. Non est dandum in febrī. Nauſas maris arceat in nauigationibus porum. Inguinum tumorem i uētrali habitū. Somnos allicit oſſacū: aut inſcio ſub capite poſitum. Veſtibus inſertum tineas arceat. Colices ex oleo perunctis abigit: & fumo ſi uratur. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum litteras a muſcis tuetur. Capillum denigrat abſinthii cinis unguento roſaceoꝝ permixtus. Eſt & abſinthium marinum: quod quidam ſcripſium uocant: probatiſſimum in tapoſiri egypti. Huius tamū iſiaci præferre ſolent habent. Anguſtius priore: minusq; amarum ſtomacho inimicū. Aluum molit. Pellitq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & ſale: aut i fatinæ trimenſtris forbitiōe dilutum. Coquitur quātum manus capiat: in aqua ſextario ad dimidias.

De ballote: & botrye fruticoſa: & brauylla: & brio: & bupleuri: & catanæce: & calla: & circea: & circæſio: & crategono: & theligo: & crocodilo: & cynoſorchi: & chryſollachano: & cuculo: & conſerua. CA. VIII.

nuſpraſion
Dio.



Alloten alio nomine melampraſion græci uocant: herbam fruticoſam anguloſis caulibus: nigris: hirsutis: foliis: ueſtientiſ: maioribus q̄ marrubii: & nigrioribus: graueolentibus. Vis eius efficac: aduerſus canis morſus: ex ſale foliis tritis impoſita. Item ad condylomata coctis cinere in folio oleris. Purgat & ſordidā ulcera cum melle.

Botrys fruticoſa herba eſt luteis ramulis. Semen circa totam naſcitur: folia cicorio ſimilia. Inuenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc cappadoces ambroſiam uocant: alii autem ſiſam. Braylla ſpiſſandi uim habet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores. Brio marina herba ſine dubitatione lactuæ foliis ſimilis: ruſoga ueluti contracta: ſine caule ab ima radice exeuntibus foliis. Naſcitur in ſcopulis maxime: teſtiſq; terra comprehenſis. Præcipua ſiccandi et ſpiſſandiꝝ uis & collectiones omnes inſtāmationeſq; cohibēdi: præcipue podagra: & quicquid refrigerare opus ſit. Bupleuri ſemen ad icūs ſerpētium dari reperio: ſouēque plagas decocta ea herba: ad icūs foliis mori aut origani. Catanacem theſſalam herbam qualis ſit: a nobis deſcribi ſuperuacū eſt: cū ſit uſus eius ad amatoria tantum. Illud nō ab re eſt dixiſſe ad detegēdas magicas uanitates electā ad hūc uſū coniectura: quoniam areſcens contraheret ſe ad ſpecie unguium milui exanimati. Eadē ex cauſa & temoſ ſilebitur a nobis. Calla duorum generū eſt. Vna ſimilis aro. Naſcitur in arationibus. Colligitur anteq̄ inareſcat. Vſuſq; eodē habet quos aroꝝ. Bibitur quoq; radix huius ad exinanendas aluos: menſeſq; mulierum. Item caules cum foliis in leguminibus decocti ſanant tenaſmum. Alrege genus eius quidam anchuſam uocant: alii rinochliſam. Folia lactuæ longiora: plumoſa: radice rubra: quæ ignes ſacros cū folio polentæ ſannat impoſita. Locineris autem uitia in uino albo pota. Circea ſtrychno ſatiuo ſimilis eſt: flore nigro puſillo. Paruo ſemine: ut milii naſcente in quibuſdam corniculis: radice ſemipedali: triplici ſerme aut quadruplici: alba: odorata: guſtus calidi. Naſcitur in apriſis faxis. Diluitur in uino. Bibiturq; ad dolorem uulue & uitia. Macerari oportet in ſextariis tribus quadrantem radice tuſe per noctem & diem. Trahit eadē potio ſecundas ſemine. Lac minuit i uino aut nullā aqua

uel circa

uel circæſio
uel circæſo

potā. Cirſion cauliculus eſt tener duum cubitoꝝ: triangulo ſimilis: foliis ſpiſiſ circū datus. Spine molles ſunt. Folia bouis linguæ ſimilia: minora: ſubcandida: & in cacumine capitula: purpurea: quæ ſoluuntur in lanugines. Hanc herbam radicemue eius adalligatam dolores uariū ſanare tradunt. Crategonon ſpice tritici ſimile eſt: multis calamus ex una radice emicantibus multoꝝq; geniculorum. Naſcitur in opacis: ſemine milii: uehementer a ſpero guſtu. Quod ſi bibant ex uino ante coenam tribus obolis in cyathis aquæ totidem mulier ac uir ante cōceptum diebus. xl. uirilī ſexus partum futurum aiunt. Eſt & alia crategonos: quæ theligonos uocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus. Sunt qui ſtorem crategoni bibentes mulieres intra. xl. diem concipere tradant. Eadem ſanant ulcera uetera nigra cum melle: & plent ſinus ulcerum. Et atrophā canoſiora faciunt. Parulēta expurgāt. Panos diſcutiunt. Podagras: collectioneſque omnes leniunt: peculiariter mammaram. Theophraſtus aī boris genus intelligi uoluit: crategonon ſiue crategona: quam italia aquifolium uocat. Crocodilon chamaeleontis herbæ nigræ figuram habet: radice longa: æqualiter craſſa: odoris aſperi: Naſcitur in ſabuleſis. Pota ſanguinem per naris pellit copioſum craſſumque. Atque ita lyenem conſumere dicitur. Cynoſorchin aliqui orchin uocant: foliis oleæ: mollibus: ternis: ſemipedis longitudinis i terra ſtratis: radice bulbōſa: oblonga: duplici ordine: ſuperiore quæ durior eſt: & inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti in uineis ſere inuenti. Ex iis radicibus ſi maiorem edāt uiri mares generari dicuntur. Si minorem ſemine alterum ſexum. In theſſalia molliorē in lacte caprino uiri bibunt ad ſtimulandos coitos: durio

tēm vero ad inhibendos. Aduersatur alter alteri. Chrysolachanum in pineto lactucae simile nascitur. Sanat nervos incisos: si confestim imponatur. Et alibi genus chrysolachani traditur: flore aureo: foliis oleris. Coctum estur: ut olus molle. Herba hæc alligata morbum regium habentibus: ita ut spectari ab iis possit: sanare id malū traditur. De chrysolachano nec satis dici scio: nec plura reperio. Nāq; & hoc vitio laborare proximi utiq; herbarii nostri: quod ipsis notas ueluti vulgares strictim & nominibus tantum indicauerit. Tanq̄ coagulo terræ aluum sistit: stranguriā distulsi bibatur ex uino aut aqua. Cacubali folia trita cū aceto serpentū ictibus: & scorpionū meri. Quidam alio hanc nomine strumum appellant: alii græce strichnon: acinos habet nigros. Ex iist cyahus succi cum nulli duobus medetur lumbis. Item capitis doloribus cum rosaceo in fuis: ipsa strumis illita sanandis peculiaris est: alpintis maxime fluminibus. Conferua appellata a conferuamando: spongia aquarum dulcium uerius q̄ muscus aut herba uillosa densitatis: atq; fistulosa. Curatum ea sclo omnibus fere ossibus cōtractis prolapsū ex arbore alta putatorem: circumdata uniuerso corpori: aquam suam inspergentibus quotiens inaresceret: raroque: nec nisi deficientē herbā mutationis causa resoluentibus conualuisse uix credibili celeritate.

De cocco gnidio: & dryopteris: & dryphono: & elatine: & empetro siue calcifraga: & epicacti: uel helleborine: & epimedio: & enneaphyllo: & filice: & de femore bubulo. CA. IX.



Occo gnidio color cocci: magnitudo grano piperis maior: uis ardens. Itaq; in pane de uoratur: ne adurat cum gulā transit. Huic uis præsentanea contra cicuta. Sistit aluū. Diplosacos folia habet lactucae: bullasq; spinosas in dorsi medio: caulem duorum cubitorum: iisdem spinis horridum: genicula eius binis foliis amplectētib;: concauo alarum sinu: in quo subsistit ros salus. In cacumie capitula sunt echinata spinis. Nascitur in aquis. Sanat rimas sedis. Item fistulas decocta in uino radice usq; dum sit crassitudo cæræ: ut possit in fistulam collyrium mitti. Item uerrucas omnium generum. Quidam & alarum quas supra diximus succum illinunt iis. Dryopteris filici similis in arboribus nascitur: tenui foliorum subdulci um incisa: radice hirsuta. Vis ei caustica est. Ideo & psylotrum est radix rosa. Illinitur enim uel que dum sudores euocet. Iterumque & tertio: ita ne sudor abluatur. Dryphonō similis herba ē: cauliculis tenuibus: cubitalibus: circumdatis utrinque foliis: pollicari amplitudine: qualibus & oxymyrsine. Sed candidioribus mollioribusque: flore candido sambuci. Edunt cauliculos decoctos. Semine uero eius pro pipere utuntur. Elatine folia habet helixina: pusilla: pilosa: rotunda: semipedalibus ramulis quinque senisue: a radice statim foliosis. Nascitur in segetibus. Acerba gustu: & ideo oculorum fluctationibus efficax: foliis cum polentā tritis & impositis: subdito lintheolo. Eadem cum lini semine cocta sorbitionis uisa a dysenteria liberat. Empetron quam nostri calcifragam uocant: nascitur in montibus maritimis fere in saxo: quo propius mari fuerit minus salsa est: potaque bilem trahit ac pituitas: quo longius magisq; terrena: amarior sentitur. Trahit aquā. Sumitur autem in iure aliquo aut in hydromelite. Vetustate uires perdit. Recens urinas cit decoctum in aqua uel tritum calculos frangit. Qui fidem promisso huic quærunt: affirmant lapillos: qui sufferue fiant una rumpi. Epicactis ab aliis helleborine uocatur: parua herba: exiguis foliis iocineris uitis utilissima: & contra uenena pota. Epimedion caulis non est magnus hederæ foliis dens: atque duodenis: nunq̄ florens: radice tenui nigra graui odore. Nascitur in humidis: & huic spissandis refrigerandique natura. Forminis cauenda. Folia in uino trita uirginum mammas cohibent. Enneaphyllon longa folia nona habet: causticæ naturæ. Imponitur lana circumdata: ne urat latus: continuo enim pustulas excirat: lumborum doloribus & coxendicum utilissimum. Filicis duo genera nec florem habent: nec semen. Pterin græci uocant: alii blachnon: cuius ex una radice q̄ plures exeunt filices: bina etiam cubita excedentes longitudine: non graues odore. Hanc marē existimant. Alterum genus thelypterin græci uocant: alii nympheopterin. Est autem singularis atque non fruticosa breuior molliorque & densior foliis ad radicem canaliculata. Vtriusque radice sues pinguescunt. Folia utriusque lateribus pinnata: unde nomen græci s. posuere. Radices utrique longæ in obliquum: nigra: præcipue cum inaruerit: Siccari autem eas sole oportet. Nascuntur ubique: sed maxime frigido solo. Effodi debent uergiliis occidētib;. Uis radice in trimatu tantum: neque ante neque postea. Pellunt interaneorum animalia. Ex iis tineas cum melle. Cætera ex uino dulci triduo pota. Vtraque stomacho inutilissima. Aluum sol uit primo bilem trahens: mox aquam. Melius tineas cum scamonii pari pondere. Radix eius dum obolorum pondere ex aqua post unius diei abstinentiam bibitur: melle prægustato contra rheumatismos. Neutra danda forminis: quoniā grauidis abortum: cæteris sterilitatē facit. Farl.

B iiii

fiā earū ulceribus tetris inpergitur. lumentorū quoq; cetiuisibus. Folia cimicē necant. Serpente non recipiunt. Ideo subiterni utile est in locis suspectis. Vtā etiā fugant nidore. Fecere medici huius quoq; herbæ discrimen. Optima macedonica est. Secunda castipica. Femur bubulum appellatur herba neruis & ipsa utilis; recens in aceto ac sale trita. Galeopsis; aut ut alii Galeobdolo uel galion. Caulē & folia habet urticæ; leuioꝛa; & quæ grauem odorem trita reddat. Flore purpureo. Nascitur circa sepēs ac semitas ubiq;. Folia caulesq; duritias; & carcinomata sanant; ex aceto trita & impolita. Item strumas. Panos & parotidas discutunt. Ex usu est & decocto succo fovere. Putrescentia quoq; & gangrenas sanat cum sale. Glauz antiquitus eugalacton uocabat cythiso & lenticulæ foliis simili aucta candidiora. Rami in terram serpunt quini senie admodum tenues ab radice. Flosculi purpurei exuunt. Inuenitur iuxta mare. Coquitur in sorbitone similaginis ad excitandam ubertatem lactis; eamq; qui hauserint balneis uri conuenit.

De glaucio; & glycyliide; & glaphalio; siue chamæzelo; & galedrago; & holco; & hyosiri; & holsteo; & hypopetto. CA. X.



Laucion in syria parthia nascitur humilis herba densis foliis fere papaueris; minoribus tamen; sordidioribusque; odoris tetrici; gustus amari cum astrictione. Granum habet crocei coloris. Hoc in olla fictili iuto circūlitum in clibanis calefaciunt; deinde expro succum exprimūt eiusdem nominis. Vfus est & succi & foliorū si terantur aduersus epiphoras; quæ uniuersæ uno impetu cadunt. Hinc temperatur collyrium; quod medici dia glaucion uocant. Lactis quoq; ubertas intermissa restituitur. Sumitur eius rei causa ex aqua. Glycyliide; quam aliqui peoniam; aut pentorobon uocant; caulem habet duum palmorum; comitantibus duobus aut tribus subrutulum cute lauri folia; qualia satis pinguiora rotundioraque & minora. Semen in siliquis aliud grano rubente; aliud nigro. Duo autem genera sunt. Fœminis est stimatur; cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut sex inhaerent. Mas plures habet; quoniam non una radice nixus est; palmi altitudine; candidaque. Ea gustu astringit. Fœminæ folia myrrham redolent; & densiora sunt. Nascuntur in siluis. Tradunt noctu effodiendas; quoniam pico mastro impetum in oculos faciente interdum periculosum sit. Radix uero cum effodiatur; periculū esse ne sedes procidat. Magna id uanitate ad ostētiōem rei fictum arbitror. Vfus in iis diuersus. Rubra enī grana rubentis menses sistunt. xv. fere pota in uino nigro. Nigra grana uuluis medentur ex passo; aut uino totidem pota. Radix omnes uentris dolores sedat in uino; aluumque purgat. Sanat opisthotonum; morbum regium; renes; uescicam. Matricem autē & stomachum decocta in uino. Aluumque sistit. Estur etiam contra malum mētis; sed i medēdōnū. drachmæ satis sunt. Grana nigra auxiliantur & suppressionibus nocturnis in uino pota quo dictum est numero. Stomacho uero & rosionibus & esse ea & illinitre prodest. Suppurationes quoque discutuntur. Recentes nigro femine; ueteres rubro. Vtrunque auxiliatur a serpente percussis. Et pueris contra calculos incipiente stranguria. Gnaphalion alii chamæzelon uocant; cuius foliis albis mollibusque pro Tomento utuntur. Sane & similia sunt. Datur in uino austero ad dyfenteriam; uentris solutiones. mensesque mulierum sistit. infunditur autem tenasmo. Illinitur & putrescentibus ulcerum. Galedragon uocat Xenocrates leucacantho similem palustrem & spinosam; caule ferulaceo alto; cui summo in capite inhaereat simile ouo. In hoc excrecente ætate uermiculos nasci tradunt; pyxide conditos ad alligari cum pane brachio ad eam partē qua dens doleat; mireque illico dolorem tolli. Valere non diutius anno & ita si terram non artigerit. Holcus in faxis nascitur siccis. Aristas habet in cacumē tenues culmo; quale ordeum restibile. Hæc circa caput adalligata; uel circa lacertum educit e corpore aristas. Hanc quidam ob id arillidā uocant. Hyosiris in tumo similis; sed minor; & tactu asperior. Vulneribus contusa; præclare medetur. Holsteon sine duricia herba ex aduerso appellata a græcis; sicut fel dulciterenus usque in capilamenti speciem; longitudine quattuor digitorum ceu gramen foliis angustis astringens gustu. Nascitur in collibus terrenis. Vfus eius ad conuulsa rupta in uino pota. Vulnere quoque coaglutinat. Nam & carnes concoquuntur ad dita. Hypophæstion nascitur in spinis; ex quibus fiunt æneæ fullonæ; sine cauliculo; sine flore; capitulis tantum inanibus; & foliis paruis; multis; herbæ crocei coloris; radicales habens albas; molles. Succus earum exprimitur æstate ad soluēdam aluum tribus obolis; maxime in comitialibus morbis; & tremulis; hydropticis. Contra uertigines; orthopnoeas; paralyses incipientes.

De hypoglossa; & hypocooidæ; isopyro; latyri; leontopetalo; litapso; litofermo; lapide uulgari; de limbo leuco. CA. XI.



Ypoglossa folia habet figura siluestris myrti concava spinosa: & in his ceu linguas folio paruo exeunte de folio. Capitis dolorem corona ex his imposita minuit. Hypocoon in segetibus nascitur: foliis rutæ. Natura eius eadem q̄ papaueris succo. Idææ herbæ folia sunt q̄ oxymyrtinæ adharēt his uelut pāpini i quibus flos. Aluum mensēq̄ & omnem abundantiam sanguinis sistit. Spissandi coibendiq̄ naturam habet. Ispyron uocant aliqui phasolion: quoniam folium quod est aniso simile in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia: plena seminis melanthii. Contra tussim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua multa. item iocineri utilissima. Lathyrus folia habet multa lactucæ similia tenuiora: gemina multa: in quibus semen tuniculis continetur ut capparibus: quæ cum inarere: eximunt granapiperis magnitudine: candida: dulcia: facilia purgati. Hæc uicena in aqua pura aut multa pota hydropicos sanant. Trahunt & bislé. Qui uehementius purgari uolunt: cum folliculis ipsi sumunt eam: stomachum lædunt. Itaq̄ inuentum est ut cum pisce aut iure gallinacei sumerentur. Leontopetalon alii rhapetion uocant: folio brassicæ: caule semipedali: alæ multæ: semē in cacumine in siliquis ciceris modo. Radix rapæ similis: grandis: nigra. Nascitur in aruis. Radix aduerfatur omnium serpentium generibus ex uino pota: nec alia res celerius p̄ficit. Datur & ischia dicitur. Lycopsis longioribus q̄ lactuca est foliis crassioribusque. Caule longo hirsutis: adnatis multibus: cubitalibus: flore paruo: purpureo. Nascitur in campestribus. Illinitur cum farina hordeacea igni sacro. Sudorem in febris mouet succo aquæ calidæ admixto. Inter omnes herbas lithoiperno nihil est mirabilius. Aliqui hagonycon uocant: alii diospyro: alii hieraclion. Herba quincuncialis fere foliis duplo maioribus q̄ rutæ: ramulis surculosis crassitudine iunci. Gerit iuxta folia singulas ueluti barbular: & in eorum cacuminibus lapillos candore: & rotunditate margaritarum magnitudine ciceris. Duritia uero lapidea. Ipsi qua pediculis adhereant cauernulas habent & intus semen. Nascitur & in italia: sed laudatissima in creta. Nec quicquā inter herbas maiore quidē miraculo aspexit. Tantus est decor uelut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. lacere atq̄ humi serpere auctores tradunt. Ego uulgam non hærentem uidi. his lapillis drachmæ p̄dere potis uino. albo calculos frangi: pellicque constat: & stranguriam discutit. Neque in alia herbarum fides ē. Visus statim ad quacūq̄ medicinam nata sit: est autem eius species ut etiam sine auctore usus statim nosci possit. Lapis uulgaris iuxta flumina fert mucum liccum canū. Hic fricatur altero lapide: addita hominis salua. illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit dicit. Pheugete cātharides tychos agrios hymas dioci. Limeum herba appellatur a gallis: qua sagittas in uenatu tingunt medicamentor: quod uenenum ceruarium uocant. Ex hac in tres modios saluati additur: quātū in una sagitta addi solet: ita offa dimittitur in boum faucibus in morbis. Alligari postea ad præsepia oportet donec purgēt. Infantæ. n̄. solēt. Si sudor in se q̄ aqua frigida p̄fundi. Leuce mercuriali similis non men ex causa accepit per medicinam foliam candida linea transcurrente. Quare mesoleuco quidā uocant. Sucus eius fistulas sanat. Ipsa cōtrita carcinomata. Fortassis eadem sit quæ leucas appellatur. Contra omnia marina uenena efficax. Speciem eius auctores non tradunt: nec aliud q̄ siluestrem latioribus foliis esse: efficacitorem hæc semine acritore. Leucographis qualis esset scriptū non repperi. Quod & magis miror: quoniam utilis prōditur sanguinem excreantibus tribus obolis cum croco. Item cœliaciis trita ex aqua & apposita. Profluuiio foeminarum. Oculorum quoq̄ medicamentis. Et explendis ulceribus: quæ fiunt in teneris partibus corporis.

De medio: & myosota: & myagro: & nattice: & othōe: & onoma: & onopordo: & oxyri: & oxyes: & barrachio: & polygono: & leucanthemo: & plythema: & phyllo: & phellandrio: & phuleri: & polyrhizo: & proserpinaca: & de rhecoma: de reseda & stochade. CA. XII:

Edion folia habet iridis satiuæ: caulem tripedalem: & in eo florem grandem purpureum rotundum semine minuto: radicem semipedalem. In saxis opacis nascitur. Radix drachmis. ii. cum melle menses foeminarum sistit et ligmate per aliquot dies sumpto. Semen quoque in uino tritum contra abundantiam foeminarum datur. Myosota siue myosotis læuis herba: caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus concutis ab imo: foliis angustis oblongis: dorso acuto nigris per interualla assidue geminatis & tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus: flore cæruleo. Radix digitali crassitudine multis capillamentis fibrata. Vis ei septica & exulceratrix: ideoq̄ ægylopos sanat. Tradunt ægyptii mensis quem thiatin uocāt: die. xxvii. fere in augusto mense incurere: siq̄ huius herbæ succo inungat: mane priusq̄ loquat nō lippiturū eo anno. Myagros herba ferulacea est foliis similis rubiæ tri-

uel rhapo-
dion

silicibus

silicibus

uel seridis

pedanea. Semen oleosum: quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis hoc succo. Herba
 quæ uocatur nigina tribus foliis longis intubaceis illita: cicatrices ad colorem reducit. Natrix
 uocatur herba cuius radix euulsa uirtus hirci redolet. Hac in piceno a foeminis abigunt: quos
 mira persuasione fatuos uocant. Ergo species lymphantium hoc modo animorū esse credimus:
 qui tali medicamento iuentur. Odontites inter fœni genera est: cauliculis densis ab eadem ra-
 dice geniculatis triagulis nigris geniculis: folia parua habet longiora tamen q̄ polygonon. Semē
 in alis hordeo simile. florem purpureum: pusillū. Nascitur in pratis. Decoctum cauliculorū eius
 in uino austero quantum manus capiat. dentium dolori medetur: ita ut contineatur ore. Othōe
 in syria nascitur: similis erucæ perforatis crebra foliis flore croci: quare quidam anemones uocā
 uerunt. Succus eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet enim leuiter & exalfacit albu-
 gites: siccādo. Purgat cicatrices & nubeculas: & quicquid obstat. Quidam tradunt lauari: atq̄
 ita siccatā digeri in pastillos. Onosma longa folia habet fere ad tres digitos in terra iacencia tra-
 ad similitudinem anchusæ incisa sine caule sine flore sine semine. Prægnās si edat eam aut super-
 gradiat: abortum facere dicitur. Onopordon si comederint asini: crepitus reddere dicuntur.
 Trahit urinas & menses. Aluum sistit suppurationes & collectiones discutit. Oiris ramulos fert
 nigras tenues lētos: & i iis folia nigra ceu lina. Semēq̄ i ramulis nigrū in iō: dein colore mutato
 rubescens. Smegmata mulieribus faciunt ex iis: radicum decoctum potū sanat arquatos. Eardē
 priusquā maturescat semē: concisā & sole siccatā aluum sistunt. Post maturitatē uero collectā
 & in sorbitione decoctā rheumatismis uentris medentur: & per se trita ex aqua calesti bibun-
 tur. Oxis folia terna habet. Datur ad stomachum dissolutū. Edunt & qui enterocœlon habēt.
 Polyanthemum: quam quidam batrachion appellant: caustica ui exulcerat cicatrices: & ad colo-
 uel femiale rem reducit. Eademq̄ uiriliginē concorporat. Polygonon graeci uocāt quā nos sanguinariā nō
 attollitur a terra foliis rutæ similis gramini. Succus eius in fusus naribus supprimit sanguinem:
 & potus cū uino cuiuslibet partis profuuiū excretionēq̄ cruentas inhibet. Qui plura genera
 polygoni faciunt: hanc marē intelligi uolunt: appellariq̄ a multitudine seminis: aut dēitate fru-
 ticis calligonon. Alii polygonaton a frequentia geniculorum. alii athalida: alii carcinothron: alii
 clema: multi myrtopetalon. Nec non inueniunt qui hanc foeminā esse dicāt. Marē autē maiore
 minusq̄ nigram & geniculis densiorem: semine sub oibus foliis turgescētē. Quocūq̄ hac mo-
 do se habeant: uis earum est spissare ac refrigerare. Semine aluum soluunt largius sumpto. Vri-
 nā ciēt. Rheumatismos cohibent. Qui si nō fuerit: nō plunt. Stomachi feruori folia imponunt.
 Vesicæ dolori illinūt & ignibꝫ factis. Succus & auribus purulētis istillat: & oculorū dolori p se.
 Dabatur & in febribus ante accessiones duobus cyathis in tertianis quaterniue præcipue. Item
 uel farctis cholericis dysentericis: & in solutione stomachi. Tertium genus oreon uocatur in montibus na-
 scens: arundini teneræ simile: uno caule: densis geniculis: & in se fractis. Foliis aut piceæ: radicis
 superuacua: inefficacius q̄ superiora: peculiare ischiadicis. Quartū genus siluestre appellat pene
 arboris frutice radice lignosa stirpe cedri rubicundo. Ramis sparti binū palmorū nigris genicu-
 lorum ternis quaternisq̄ articulis. Huic quoq̄ spissandi natura. Sapor mali cotonei. Decequitur
 in aqua ad tertias: aut acridi farina ispergit: & oris ulceribus: & attritis partibus. Propter gingiua-
 rū uero uicia ipsa cōmanducat. Nomas sistit: oīaq̄ quæ serpunt aut difficilem cicatricē habent.
 Priuatim uero sanat: a niue facta ulcera. Herbarii & ad anginas utuntur illa. Et in capitis dolo-
 re coronam ex ea imponunt. Et contra epiphoras collo circumdant. In tertianis quidem sinistra
 manu euulsam adalligant: adeo contra profluuia sanguinis. Nec ullam magis aridam q̄ polygo-
 num seruant i Pancration aliqui scyllam pusillam appellare malunt: foliis albi lili longioribus
 crassioribusq̄. Radice bulbi magni colore ruffo. Aluum soluit succo cum farina erui sumpto.
 Vlcera purgat. Hydropicis splenicisq̄ cum melle datur. Alii decoquunt eam donec aqua dul-
 cis fiat. Eaꝫ effusa radicem terentes digerunt in pastillos sole siccatos: & postea utuntur ad ca-
 pitis ulcera: & cætera quæ repurganda sunt. Item ad tussim quantum tribus digitis apprehen-
 derint: in uino dantes. Et ad lateris dolores aut peripneumonias eligma dantes. Propter ischia-
 da in uino bibendum: Et propter tormina mensesq̄ ciendos. Peplos: quam aliqui sychem: alii
 meconion aphrodes uocant ex una radice tenui fruticat: foliis rutæ paulo latioribus semine
 sub foliis rotundo: minore candido q̄ papaueris. Inter uites fere colligitur mensesibus. Siccaturq̄
 cum fructu suo subiectis aquis: in quas excidat. Hoc potio aluum soluitur. Bilis ac pituita deta-
 hit. Media potio est acetabuli: mētura i aquæ mulsæ heminis tribꝫ & cibus ispergit obsonisq̄
 ad moliedā aluum. Periclymenos fruticat & ipsa ex interuallo duo folia habēs subcāda mollia.

In circamine autē semen inter folia durum: & quod difficile euellatur. Nascitur in aruis ac septibus conuoluens se adminiculis quibuscung. Semen eius in umbra siccatur: tunc dicitur: & in patulis digeritur. Si resoluti dantur in uini albi cyathis tribus tricenis diebus ad lyenem: cumq; urina cruenta aut per aluum absumit: quod intelligitur a decimo statim die. Vtinam eient & folia decrocta: quae & orthopnoicis profunt. Partum quoq; adiuuant: secundaq; pellunt pota simili modo. Pelecinum in segetibus dicitur nasci fruticosam: cauliculis: foliis cicercis. Semen in filiquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaternisue: quale git nouimus amarū: stomacho utiliter. Additur in antidotis. Polygala palmi altitudinem petiunt caule summo foliis lenticula: gutta stricto: quae pota lactis abundantiam facit. Poterion aut ut alii uocant phymion uel neruas large fruticat: spinis retorrída: lanugine spissa: foliis paruis: rotundis: ramulis longis: mollibus: lenticulis: tenuibus: flore longo: herbacei coloris: feminis nulli usus: sed gustu acuto & odorato. Inuenitur in aquis collibus. Radices habet duas aut tres binum cubitorum in altitudine neruofas cādidas: firmas. Circunfodiē autumnō & praeciso frutice: Dat succū gummi simili. Radix mira uulneribus sanandis traditur: praecipueq; neruis uel precisis illita. Decoctū quoq; eius cum melle potum dissolutiones neruorum & firmitates & incisuras iuuat. Phalāgites a quibusdam phalāngion uocatur: ab aliis leucanthemon: uel ut in quibusdam exemplaribus inuenio leucacātha. Ramuli sunt ei nunquam pauciores duobus in diuersa tendentes. Flos cādidus hirsuto rubro similis: semine nigro: lato: ad lenticulae dimidia figuram multo tenuiore: radice herbacei coloris. Fruus folio uel flore uel semine auxiliantur contra scorpionum phalāgiorūq; & serpentium ictus. Item contra tormina. Phyteuma qualis sit describere superuacuum habeo: cum sit usus eius tantū ad amatoria. Phyllon a graecis uocatur herba in saxosis montibus foemina magis herbacei coloris: caule tenui: radice parua: semine rotundo: papaueri simili. Haec sui sexus facit pattus. Ma res aut femine tantū differunt: quod est incipiente oliua. Vtrunq; bibit in uino. Phellandron nascitur in palustribus: folio apii. Bibitur semen eius ppter calculos & uelica incōmoda. Phalaris thyrsum habet longū tenuem ceucalamū in summo flore inclinatū. Semen simile se lamae. Ex hoc calculus frangit potū ex uino uel aceto uel cū melle & lacte. Item etiā uitia uelicae sanat. Polythizon folia habet myrti: radices multas. Haec uisae dantur i uino contra serpentes. Profunt & quadrupedibus. Proserpinaca herba vulgaris est eximi aduersus scorpiones remediū. Eadem cōtuta addita muria & oleo anginae exime curari tradunt. Praeterea in quantalibet lassitudine recitari defessus: etiam cū obmutuerit: si subiciatur lingua. Si deuoretur: uomitionē sequi salutarē. Rhecoma affertur ex his quae supra potum sunt regionibus. Radix costo nigro similis minor & rufior paulo: sine odore: calfaciēs gustu & astringens. Eadem trita uini colorem reddit ad crocum inclinātem. Illita collectiones inflammationesq; sedat. Vulnere sanat. Epiphoras oculorum sedat ex passio illita. Insignita cum melle. Et alia liuentia ex aceto. Farina eius inpergitur cōtra cacochethe & sanguinem reuicentes drachma pondere in aqua. Dyfentericis etiam & celiacis si fibri careant in uino. Sin aliter ex aqua. Facilius teritur nocte antecedente madefacta. Datur & decoctum eius bibendum duplici mensura ad rupta conuulsa cōtulis ex subitū deuolutis. Si pectoris sint dolores addit pipetis aliquid & myrrhæ. Si dissolutio stomachi ex frigida aqua sumitur: siue intus siue extra purulentis excreationibus. Itē epaticis: splenicis: icthicis ad remedium uitia: suspiria orthopneas. Arteria: icabritias sanat ex passio tribus uobolis potius trita: aut de coctum eius. Lichenas quoq; ex aceto imposita purgat. Bibitur contra inflationes: & perficatio nes: febres frigidās: singultus tormina: asperitates: capitis grauitates: melancholicas uertigines: lassitudinē: dolores: & conuulsiones. Circa arimnum nora est herba: quā refeda uocāt. Discutit collediones inflammationesq; oēs. Qui curat ea addit haec uerbā. Refeda morbos refeda: si sine scine q; hic pullos egerit: radices nec caput nec pedes habeat. Haec ter dicitur: totiq; despuat. Stoeas in silis tantū eiusdem nominis gignitur: odorata herbacoma hyssopi: amara gustu. Mēses cit potus: pectoris dolores leuat. Antidous quoq; miscetur.

De solano: & smyrnio: & thelephio: & trichomana: & thalietro: & thlaspe: & tragonia: & tragopogono: & trago: & tragopogo: & spodiū. Et q; qdā morbi in quibusdā nō sunt gentibus. CA. XIII: Olanum graeci strychnon uocant: ut tradit Cornelius Celsus. Huic us reprimentū refrigerandiq;. Smyrnion caulem habet apii: folia latiora: & maxime circa stolones multos: quorum a sinu exiliunt pingua ad terram infracta: odore medicato cum qdā acrimonia iucūda colorē: hircū laeuescē: etia capiti bycauliū orbiculatis: ut apii semine rotundo nigro: qui arefit incipiente aestate. Radix quoq; odorata: gustu acri mordet: ut

uel quod ē simile inci piēti oliuae

uel ancti

eosa: mollis. Cortex eius foris niger. intus pallidus. Odor myrrhae habet qualitatem: unde & no-
 men. Nascitur & in saxosis collibus & terrenis. Vfus eius exalfacere: extenuare. Vrinam & men-
 ses ciunt folia & radix. Aluum semen listit. Radix collectiones & suppuraciones non veteres. Ite
 duricias discutit illita. Prodest & contra phalagia: ac serpentes admixto chachry: aut polline: aut
 mellysophyllo i uino pota: sed particularim: quoniam uniuersa uomitione mouet. Qua de can-
 sa aliquando cum ruta datur. Medetur tussi & orthopnoeae semen uel radix. Item thoracis: aut
 lyenis: & renum: & uescicae uitis. Radix autem ruptis conuulsis. Partus quoque adiuuat: & secunda
 pellit. Datur ischiadicis cum crethmo in uino. Sudores ciat & ructus. Ideo inflationem stomachi
 discutit. Vulnera ad cicatrice pducit. Exprimis succus radice utilis & feminis: & thoracis: pra-
 cordiorumque desideris. Calfacit enim & coequit: & purgat. Semē peculiariter hydropicis datur po-
 tu: quibus & succus illinitur & malagmate cortice arido. Et ad obsonia utuntur cum mullio & oleo: &
 garo maxime in elixis carnibus simul. Concoctiones facit. Sapore simillima piperi. Eadem in do-
 lore stomacho efficax. Telephion portulacae similitis & caule & foliis. Rami a radice septeni octo-
 nigi fruticant: foliis crassis: carnosiss. Nascitur in cultis & maxime iter uites. Illinitur lentigini: &
 cum inaruit: teritur. Illinitur & uiriliginis: ternis fere mensibus senis horis noctis aut diei: postea fu-
 rina hordeacea illinitur. Medetur & uulneribus: & fistulis. Thricomanes adiantho similis est:
 exilius modo: nigriusque: foliis lenticulae densis: amaris: aduersis inter se. Decoctum eius tragorion
 sanat in uino albo potum: addito cymino rustico. Succus cohibet capillos defluentes: aut si effu-
 xerint reparat. Alopeciaque densat tritum & in oleo illitum. Sternutamenta quoque gustata mouet.
 Thaliertum folia coriandri habet: pinguiora paulo: caulem papaueris. Nascitur ubique: praecipue in
 caespitibus. Medetur ulceribus folia cum melle. Thlaspe duum generum est: angustis foliis digitali
 longitudine & latitudine in terram uersis: in cacumine diuisis: cauliculo semipedali: non sine tra-
 mis peltarum specie: femine incluso lenticulae effigie: nisi quae infringitur: unde nomen. Flos albu-
 cat. Nascitur in semitis & sepibus. Semen asperi gustus. Bilem & pituitam utrinque extrahit. Modus
 sumendi acetabuli mensura. Prodest & ischiadicis infusum: donec sanguinem extrahat. Menses quo-
 que citi: sed partus necat. Alterum thlaspen aliqui pertheonaps uocant latis foliis: radicibus ma-
 gnis. Et ipsum utile ischiadicorum infusioni. Prodest & inguinibus utrinque. Praecipitur ut qui col-
 ligit: dicat sumere se contra inguina: & contra omnes collectiones: & contra uulnera: unquam manu
 tollat. Tragonia herba qualis sit: non traditur. Credo & falsum esse promissum Democriti. Poe-
 tentosum enim est: ad alligatam triduo absumere lyenes. Tragonis: siue tragion nascitur in creta ti-
 rois isula in maritimis: unipero similis: & femine & folio et ramis. Succus eius lacteus i gummi
 spissatus: uel semē impositione spicula e corpore eicit. Tunditur recens: & cum uino illinitur: aut
 sicca farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit: matumque unice medetur. Est & alia
 herba tragos: quam aliqui scorpion uocant: semipede alta: fruticosa: sine foliis: pusillis racemis ru-
 bentibus grano tritici acuto cacamine: & ipsa in maritimis nascens. Huius ramorum .x. aut .xii. ca-
 cumina trita ex uino pota coeliacis dysentericis: sanguinem excreantibus: mensiumque abundan-
 tia auxiliantur. Est & tragopogon: quem alii comen uocant. Caulem habet paruum: foliis croci
 radice longa: dulci: super caulem calice lato: nigro. Nascitur in asperis sine usu. Et de herbis qui-
 dem memoria digna haecenus aut accepimus: aut comperimus. In fine earum admonere non ab-
 re iudicamus: alius alias uirium aetates esse. Longissimo tempore durat elaterium: ut diximus. Cha-
 mazleon niger .xl. annis. Centaurium non ultra duodecim. Precedanum & aristolochia quaeque sex. ut
 tis siluestris anno. In umbra seruantur. Et animalium quidem caeterorum nullum aliud radices a nobis
 dictas attingit: excepta spondile: quae omnes persequitur. Genus id serpentis est. Ne illud quidem
 dubitatur: omnium radicum uim esse effectusque minui: si fructus prius maturescant. Item feminam
 ante radice propter succum incisa. Resoluitur autem omnium uis consuetudine. Et desinunt
 prodesse cum opus est: quae quotidie in usu fuerit: aequaeque nocere. Omnes uero herbae uehe-
 mentiores effectum uiribusque sunt in frigidis locis: & in aquilonis. Item siccis. Sunt & gentium
 differentiae non mediocres. Sicut accepimus de tineis: lumbricisque in esse aegypti: Arabia: syriae:
 Ciliciae: populi. E diuerso graeciae phrygiae omnino non nasci. Minus id mirum quod in coos-
 nio atticae boeotiaeque thebanis in nascunt: cum absint atheniensibus. Quae contemplatio autem nos ad
 ipsorum animalium naturas: ingenitasque uis uel certiores morborum omnium medicinas. Rursus enim ue-
 ro rerum omnium parens nullum animal ad hoc tantum ut pasceretur: aut alia satiaretur: uoluit.
 Quin artes salutare i seruit & uisceribus. Quippe cum surdis etiam rebus in seruerit. Tum ue-
 ro illa animae auxilia praestantissima ex animalia esse uoluit contemplatione ante cuncta mirabilis.

uisus et uisus
 et uisus et uisus

5 hanc lat
 uel utrang
 uisus uisus

uisus et uisus
 et uisus et uisus

uisus et uisus

uisus et uisus
 et uisus et uisus

uisus et uisus
 et uisus et uisus

uisus et uisus
 et uisus et uisus

De Medicinis ex animalibus.

CA. I.



Dictae erant omnium rerum naturae inter caelum ac terram nascentium: restabantque ex ipsa tellure sodiuntur: si non herbarum: ac fructuum tractata remedia auferrent transuersos: ex ipsa animalibus: quae sanantur reperta maiore medicina. Qui ergo diximus herbas & flores imagines: ac pleraque inuentu rara: ac difficilia: idem tacebimus: quid in ipso homine proficit hominis: caeteraque genera remediorum inter nos uiuentia: cum praesertim nisi carenti doloribus morbiisque: uita ipsa parua fiat. Minime uero. Quin omnem insumemus operam: licet fastidii periculum urgeat: quando ita decretum est: minorem gratiae quam utilitatem uitae respectum habere. Quinimmo externa quoque & barba ros etiam ritus indagabimus. Fides tantum auctores appellet. Quamquam & ipsi consensu proprii iudicii ita eligere laborauimus: potiusque curae rerum: quam copiae institimus. Illud admonuisse perquam necessarium est: dictas iam a nobis naturas animalium: & quae cuiusque essent inuenta. Neque enim minus profuere medicinas repiendae: quam profuere praebendo. Nunc quae in ipsis auxiliantur indicari: neque illic in totum omittenda. Itaque haec esse quaedam alia: illis tamen connexa. Incipiemus autem ab homine: ipsum sibi exquirentes: immensa statim difficultate obuia. Sanguinem namque gladiatorum bibunt: ut bibentibus populis procul sint committales morbi. Quod spectare facientes eadem harena feras quoque horror est. At hercule illi ex homine ipso sorberi efficacissimum putant calidum: spiritantemque: & una ipsam animam ex osculo uulnere. Cum e plagis hunc ne ferarum quidem admoueri ori fas sit humano. Alii medullas crucae quaerunt: & cerebrum infantium. Nec pauci apud graecos singulorum uiscerum membrorumque etiam sapores dixere. Oia persecuti usque ad resegmina unguium. Quali uero sanitas uideri possit feram ex homine fieri. Quin morbo dignum non ipsa medicinae gratia. Egregia hercule frustratioe si non proficit. A spici humana exta nefas habetur: quatenus magis mandis. Quis ista inuenit ostenta? Tecum enim res erit euerfor iuris humani: monstrorumque artifex: qui primus ea condidisti. Fecisti credo ne uita tui obliuisceretur. Quis inuenit singula membra humana maderet? Qua coniectura inductus: Quam potest medicina ista origine habuisse? Quis ueneficia innocenciora effecit quam remedia? Esto barbari externique ritus inuenerint: Etiam ne graeci suas fecere has artes? Democriti extant comentationes ad alia noxii hominis & ex capite ossa plus praesentia: ad alia amici & hospitis. Iam uero ut interempti dente gingiuae in dolore scarificari Apollonius efficacissimum scripsit. Miletus oculorum suffusiones felle hominis sanari. Arte mon caluaria interfecti: igneque cremati prope nauit aquam e fonte comitalibus morbis. Ex eadem suspensio interempti catapotia fecit contra canis rabidi morsus Antheus. Atque et quadrupes homines sanauere: contra inflationes bouum perforatis cornibus inferentes ossa humana. Vbi homo occisus esset aut crematus siliginem: quam pernoctasset: suum morbis dando. Procul a nobis nostrisque litteris absint ista. Nos auxilia dicemus non pericula. Sicubi lactis puerperae usus mederi poterit: sicubi salua tactusque corporis caeteraque similia. Vitam quidem non adeo extendendam censemus: ut quoquomodo pertrahenda sit. Quisquis es talis aequae morere est cum obscenus uixeris: aut nefandus. Quapropter hoc primum quod in remediis animi sui habeat: ex omnibus bonis quae homini tribuit natura: nullum melius esse repestiua morte. In eaque id optimum: quod illam sibi quisque praestare poterit.

An sit in medendo aliqua uis uerborum: & sanari & depelli.

CA. II.

EX homine remediorum primum maxime quodnis & semper incertae est: ualeat ne aliquid uerba & incantamenta carminum. Quod si uegetus est homini acceptum fieri oportere conueniet. Sed uirum sapientissimi cuiusque respuit fides. In uniuersum uero omnibus hominibus credit uita: nec sentit. Quippe uictimas caedi sine praecatioe non ut referre nec deos rite consuli. Praeterea alia sunt uerba ipetrantis: alia depulsoris: alia comentiatiois. Vidimusque certis praecatioibus obsecrante sumos magistratus. Et ne quid uerborum praetereatur aut postea dicatur: de scripto praecare aliquae. Rursusque alium custodere dari quod attendat: alium uero praepositi sauari linguis iubeat. Tibicinem canere: ne quid aliud exaudiat. Vt traxerit memoria insigni: quotiens ipsae dicitur obstrepentes nocuerit: quotiens praecatio errauerit. Sic repente extis adimi capita uel corda: aut geminari uel

ul' Cu qde
 admoueri
 ora mos sit
 humanus
 uel hoc
 more fera-
 rum qdem
 admoueri
 ori fas sit.
 Humanas
 alii medul-
 las

ctima stante acciderit. Duratq; immenso exemplo Deciorum patris filii; quo se deuouere ca-
 men. Extrat Tucia uestalis incestæ precatio: qua uis aquam tulit in cribro: anno urbis romæ. dc.
 nono. Boario uero in foro græcum græcamq; defossos: aut aliarum gentium: cum quibus tū res
 esset: etiam nostra ætas uidit. Cuius sacri precationem qua solet præire quindecim collegit
 magister: si quis legat: profecto uim carminum fateatur. Ea oia approbantibus ostingetoz. xxxi
 annorum euentibus. Vestales nostras hodie credimus nondum egressa urbe mæcipia fugitiua re-
 tinere in loco precationis. Quod si semel recipiatur ea ratio: & deos preces aliquas exaudirent
 ullis moueri uerbis: confitendum sit de tota coniectatiõe. Prisci quidem nostri perpetuo talia p-
 didere. Difficillimumq; ex iis etiam fulmina elici: ut suo loco e docuimus. L. Piso primo annaliū
 auctor est Tullum Hostiliū regem ex Numæ libris eodē quo illum sacrificio Iouem celo de-
 uocare conatum: quoniam parum ritæ quædam fecisset fulmine ictum. Multi uero magnarum
 rerum fata & ostenta uerbis permutari. Cum enim in tarpeio fodientes delubro fundamēta cap-
 put humanum inuenissent: missis ob id a senatu legatis ethruriæ celeberrimus uates Olenus Ca-
 lenus præclarum id fortunatumq; cernens: interrogatione in suam gentem transferre tentauit
 scipione prius determinata templi imagine in solo ante se. Hoc ergo dicitis romani hic templū
 Iouis optimi maximi futurum est. Hic caput inuenimus. Constantissima annalium affirmatiõe
 transiturum fuisse fatum in ethruriā: ni præmoniti a filio uatis legati romani respondissent: si
 plane hic sed romæ inuentum caput dicimus: iterum id accidisse tradunt cum in fastigium eius-
 dem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuissent. Et iterum simili modo retentiū
 augurium. Hæc satis sint exemplis: ut appareat ostentorū uires & in nostra potestate esse: ac ut
 quæque accepta sunt: ita ualere. In augurum certe disciplina constat: neq; diras aues: neque ulla
 auspicia pertiere ad eos: qui quæque rem ingredients obseruare se ea nauigauerint. Quo mane-
 re diuinæ indulgentiæ maius nullum est. Quinetiam & legum ipsæ in .xii. tabulis uerba sunt:
 qui fruges excantasset. Et alibi. Qui malū carmen incantasset. Verrius Flaccus auctores ponit: q;
 bus credat: in oppugnationibus ante omnia solitum a romanis sacerdotibus euocari deum: cuius
 in tutela id oppidum esset: promittique illi eundem aut ampliore locum apud romanos
 cultū. Durat in pōtificum disciplina id sacrum. Constatq; ideo occultatum: in cuius dei tute-
 la roma esset: ne qui hostium simili modo agerent. Desigi quidem diris deprecationibus nemo
 non meruit. Huc pertinet ut ouorum exorbuerit quisq; calices: cochlearumq; protinus frangi:
 aut eosdem cochlearibus perforari. Hinc Theocriti apud græcos: Catulli apud nos: proximeq;
 Virgili incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera multi rumpi credūt tali modo.
 Non pauci etiam serpentes ipsos recantari. Et hunc unū esse ipsis intellectum: contrahique mor-
 forum cantu etiam in nocturna quiete. Etiam parietes incendiōrum deprecationibus conscribū-
 tur. Neque est facile dictu: externa uerba atque ineffabilia derogent fidē. Validius an latina ino-
 pinata: & quæ ridicula uideri cogit animus semper aliquid immēsum expectans: ac dignum deo
 mouēdo: imo uero quod numini imperet. Dixit Homerus profluuiū sanguinis uulnerato femi-
 ne Vlyxē inhibuisse carmine. Theophrastus ischiadicis sanari. Cato prodidit luxatis mēbris car-
 mē auxiliari. M. Varro podagris. Cæsare dictatore post unū ancipitē uehicali casum serunt sem-
 per ut primū confedisset (id quod plerisque nūc facere scimus) carmie ter repetito securitatē iti-
 nerū aucupari solitū. Licet hanc in partē singulorū quoque consciētia coarguere. Cur. n. primum
 anni incipiētis diē lætis precationibus inuicē faustū ominamur? Cur publicis Iustris et nomina
 uictimas ducētium prospere legimus? Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus?
 Alii græcam Nemesis inuocantes: cuius ob id romæ simulacrum in capitolio est: quamuis lati-
 num nomen non sit. Cur ad mentionem defunctorum testamur memoriam eorum a nobis nō
 sollicitari? Cur impares numeros ad omnia uehementiores credimus: idque in febris dierum
 obseruatiõe intelligitur? Cur ad primitias pomorū hæc uetera eē dicimus: alia noua optamus? Cur
 sternutamentis salutari? Quod etiam Tyberium Cæsarem tristissimum (ut constat) hominum
 in uehiculo exegisse tradunt. Et aliqui nomine quoque consalutare religiosus putant. Quin &
 absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se receptum est. Attalus affirmat scipione ui-
 so si quis dicat duo: cohiberi nec ulbrare ictus. & quoniam scorpio admonuit: i africa nemo de-
 stinat aliquid: nisi præfatus africam. In cæteris uero gentibus deos ante obtestatur: ut uolent.
 Nam si mens assit: nullum ponere translatiū uidebimur: quoniam multas etiam poltere reli-
 giones manifestū est. Alius salua post aurē digito relata: sollicitudine animi propiciat. Pollices
 cū faueamus: premere et prouerbio iabemur. In adorando dexteram ad osculum referimus: to-

u' abrogēt

uel p'spera
eligimus

uel sternu-
tantes salu-
tamus

atq; corpus circūagimus. Quod in leuam fecisse galliæ religioſus credunt. Fulgetras poppyſſimis adorare conſenſus gentiū eſt. Incendio inter epulas nominato aquam ſub menſa profundū abominamur. recedente aliquo ab epulis: ſimul uerri ſolum. Aut bibente conuiuia mēſam uel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur. Seruiſ Sulpitii principis comentatio eſt: quā obremēſa linquēda non ſit. Nondum enim plures q̄ quinq; conuiuæ numerabantur. Nam ſternuamēto reuocari ſerculū mēſamue: poſtea ſi nō guſteſ aliqd: interdita habetur. Aut oīno inane eſſe hac inſtituere illi: qui oībus negotiis horiſq; intereſſe credebant deos. Et ideo placatos ēt uitis noſtris reliquerunt. Quin & repente conticeſcere cōuiuium adnotatū eſt: non niſi in pari præſentium numero: qua in re fame labor eſt: ad quēcunq; eorū pertinens. Cibus ēt e manu prolapſus reddebat. Atq; per menſas uetabant mundiciarum cauſa deſiſte. Et ſunt cōdita auguria quid loquenti cogitantue id acciderit: inter execratiffima. Si pōtiffici accidat ditis cauſa epulanti: in menſa utiq; id reponi adoleriq; ad larem piatio eſt. Medicamenta prius q̄ adhibeantur in menſa forte depolita negantur prodeſſe. Vngues reſecari nundinis romanis tacenti atq; a digito indice: multorum pecuniæ religioſum eſt. Capillum uero contractari cōtra deſluuia ac dolores capitis. xvii. luna atq; xxix. Pagana lege in pleriq; italiæ prædiis cauetur: ne mulieres p̄ inueta ambulantes torqueāt ſuſos: aut oīo detectos ferant: quoniam aduerſetur id omnium ſpei: præcipue frugum. M. Seruilius Nouianus princeps ciuitatis non pridē in metu lippitudinis prius q̄ eā ipſam nominaret: aliuſue ei prædiceret: duabus litteris græcis. ρ & α charā inſcriptam circūligatam lino ſubnectabat collo. Mutianus ter conſul eadem obſeruatione uiuentem muſcam in linteolo albo: his remediis carere ipſos lippitudine p̄dicātes. Carmina quædā extāt contra grandines. Contraq; morborum genera. Contra ambuſta. Quædam etiam i parrus. Sed in prodendo obſtat ingens uerecundia in tanta animorum uarietate. Qua propter de his ut libitum cuiq; fuerit: opinetur.

uel incēdia iter epulas noſata ags ſub mēſam p̄fuſis abominamur

uel q̄ fame uel fame is labor eſt

Remedia ex homine contra magos.

CA. III.

Omnium monſtrificas naturas & ueneficos aſpectus plenius diximus in portētis gētium: & multas animalium proprietates: quæ repeti ſuperuacūū eſt. Quorundā hominū tota corpora profunt: ut ex iis familiſ: quæ ſunt terrori ſerpentibus: tactu ipſo leuant percuffos: ſuctuue modico. Quorum e genere ſunt pſylli marſiq; & qui obliſgenes uocātur in inſula cypro. Ex qua familia legatus Hexagon nomine a conſulibus romæ in doſium ſerpentium conicētus experimēti cauſa circūmulcentibus linguſ miraculum præbuit. Signum eius familiæ eſt ſi modo adhuc durat uernis tēporibus odoris uirus. Atq; eorum ſudor quoq; medebatur: non modo ſaliua. Nam in inſula nili tenyrti naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori: ut uocem quoq; eorum fugiant. Horum oīum generum in ſua repugnantia interueniū quoq; mederi conſtat. Sicuri aggrauari uulnera introitu eorum: qui unquam fuerint ſerpētium canifoe dente læſi. Idem gallinarum incubitus: pecorum foetus abortu uitiant. Tātum remanet uirus excepto ſemel malo: ut uenefici ſiant uenena paſſi: remedio eſt abluī prius manus eorum: aquaq; illa eos quibus medearis inſpergi. Ruſus a ſcorpione aliquando percuffi nunq̄ poſtea a crabronibus: uel ſpis: apibusue: feriuntur. Minus miretur hoc: qui ſciat: ueſtem a tineis non attingi: quæ fuerit in funere. Serpentes ægre præterq̄ leua manu extrahi.

uel ophio: genes

uel accepto

De quibusdam fortilegitis & ſaliua hominis.

CA. IIII.

Pythagoræ inuentis non temere fallere: impoſitiuorum nominum imparem uocaliū numerum clauditates: oculorūue orbitatem: ac ſimiles caſus: dextris aſſignare partibus: parem leuis. Ferunt difficiles partus ſtatim ſolui: cum quis tectum in quo ſit grauida: tranſiſerit lapide: uel miſſile: ex iis quæ tria aīalia ſingulis icibus interfecerint: boiem: aprum: uſ ſam. Probabilius id facit haſta uel itaris euulſa a corpore hominis: ſi terrā non attingit. Eoſdem enim illata effectus habet. Sic & ſagittas corpore e ductas: ſi terram non attingent: ſubiectas cubantibus a matorum eſſe Orpheus & archelaus ſcribunt. Quin & comitalē morbum ſanari eſto e carne ſeræ occiſæ eodem ferro quo homo interfectus ſit. Quorundam partes medicæ ſunt ſicuti diximus de Pyrrhi regis police. Et elide ſolebat oſtēdi Pelopis haſta: quam eburneam aſſumabant. Neuos in facie tondere religioſum habent ēt nunc multi. Oſum uero in primis ieſunam ſaliuam contra ſerpentes præſidio eſſe docuimus. Sed & alios efficaces uel in faciem & ſiſus recognoſcat uita. Ita deſpuius comitiales morbos: hoc ē cōtagia regerim. Simili mō & ſiſinationes repercutimus ſiniſtræ dextræq; clauditratis occurſu. Veniā quoq; a deis ſpei alius audacioris petimus in ſinū ſpuendo. Et iā eadē rōne terna deſpuere deprecatione in omni

uel neuos in faciem tendere uel in terrā

medicina mos est: atque effectus adiuvare. Incipientes furunculos ter praefignare salina salina. Nunc mirum dicemus: sed experimeto facile. Si quem poeniteat ictus eminus cominusve illat: & statim expuat mediam in manum: qua pcuti sit: leuatur illico percussus a poena. Hoc saepe de lumbata quadrupede approbatur: statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam vero aggrauat ictus ante conatum simili modo salina in manu ingesta. Credamus ergo & lichenas lepraesq; ieiuno illitu assiduo arceri. Item lippitudines matutina quortidie uelut inunctione. Carcinomata malo terrae subacta. Ceruicis dolorem salina ieiuni dextra manu ad dextrum poplite relata: leua ad sinistrum. Si quod animal aurem intrauerit: & inspuatur exire. Inter amuleta est editae quaeq; urinam expuat. Similiter in calciametum dextri pedis anteq; induatur. Item cum gr transeat locum in quo aliquod periculum adierit. Martion Smyrneus qui de simplicibus effectibus scripsit rumpi scolopendras marinas sputo tradit. Item rubetas aliasq; ranas. Ophilius serpentes siquis in hiatum earum expuat. Salpa torporem sedari quocumq; membro instupete siquis in sinum expuat. Aut si superior palpebra salina tangatur. Nos si haec & illa credamus rite fieri. Extranei interuentu: aut si dormiens expectetur infans a nutrice terna expui quae religione mutatur & fascinus. Imperatorq; quoq; non solum infantium custos: qui deus inter sacra romana a ue stilibus collitur: & currus triumphantium. Sub his pendes defendit medicus inuidia: iuberq; eodem recipere. Similis medicina lingua ut sit exorata a tergo fortia gloria carnifex. Morus hominis inter asperimos quoq; numeratur. Medetur sordes ex auribus. Ac nequis miretur etiam scorpionum ictibus serpentiūq; statim impositae. Melius e percussis auribus profunt. Ita & rediuiua sanari serpentium uero ictum contusi dentis humani farina. Capillus puero qui primū de cibus est podagrae impetus dicitur leuare circūligatus. Et in totum impubium impositus. Vinorum quoq; capillus canis morsibus medetur ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulso crucei quartanis. Combustus aequo capillus carcinomati. Pueri qui primū ceciderit dens: ut terram non attingat inclusus in armillam & assidue in brachio habitus muliebrium locoque dolores prohibet. Pollex in pede praeligatus proximo digito tumores unguinum sedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati distillatōes atq; lippitudines arcet. Quin & eictus capillus calculoso alligatus supra pubem leuare caeteros dicitur: ac socinris etiam dolores. Ac celeritatem partus facere. Ad didit Granius efficaciorē ad hoc esse ferro exemptum. Partus accelerat uicinos ex quo quaeq; conceperit: si cinctu suo soluto foemina cinxerit: dein soluerit: adiecta precatione se uinxisse eandem & soluturū atq; abierit. Sanguine ipsius hominis ex quacumq; parte emisso efficacissime anginam illini tradunt Orpheus & archelaus. Item ora comitiali morbo lapsorum exurgere enim protinus. Quidam si pollices pedū pungantur. Exoque iis guttae referantur in faciem. Aut si uirgo dextro pollice attingat. Hac coniectura cēlentes uirgines carnes edendas. Echines atheniensis excrementorum cinere anginis medebatur & tonsillis: uulsiq; & carcinomatis. Hoc medicamentum uocabat botryon. Multa genera morborū primo coitu soluuntur: primoque foeminarum mense. Aut si non id contingat: longinqua sunt: maximeq; comitiales. Quin & a serpente ac scorpione percussos coitu leuari produnt. Verum foeminas uenere ea laxa di. Oculorū uitia fieri negant: nec lippire eos qui cum pedes lauant aqua sēter oculos tangant. Immatura morte raptorum manu strumus parotidas guttura tactu sanari affirmant. Quidam uero cuiuscq; defuncti dūtaxat sui sexus leua manu auersa. Et e ligno fulgure icto reiectis post terga manibus demorderi aliquid ad dentem: qui doleat admoueri: remedio esse produnt. Sunt qui praecipiant dentem suffiri dente hominis sui sexus. Et eum qui caninus uocetur in sepulcro exemptum adalligari. Terram ex caluaria pilothrum esse palpebrarum tradunt. Herba uero siqua ibi genita sit cōmanducata dentes cadere. Ulcera nō serpere ex offe hominis circūscripta. Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent: & proliant nouo sicili. Reliquum dant in tertianis accessu febrium bibendum. Item in quartanis fragementum clauis cruce inuolutum lana collo subnectunt. Aut spartum e cruce: liberatoque condunt cauerna quam sol non attingat. Magorum haec commenta sunt. Ut cotem qua ferramenta saepe exacuta sunt subiectam ignari ceruicalibus de ueneficio deficientes euocare. Indicium ut ipse dicat: quid sibi datum sit: & ubi: & quo tempore: auctorem tamen non nominare. Fulmine utique percussio circūactum in uulnus hominem loqui protinus constat. Inguinibus medentur aliqui licium telae detractum alligantes nouenis septenisue nodis ad singulos nominantes uiduam aliquam: atq; ita inguina adalligantes licio. Et clauum: aliudue quod quis calcauerit: alligatum ipsos habet gerere: ne sit doloxi uulnus. Verrucas auellunt a uicesima luna in limibibus supini ipsam intruente

uel in pcuti
so poena
uel percul
sa culpa

uel mutat
& facias

al' rediuias

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

oidgo

ultra caput manibus porrectis: & quicquid comprehendere eo fricantes. Clauum corporis cum cadat stella si quis distingat: uel cito sanari aiunt. Cardinibus hostiorū aceto assisus lutum fronti illitum capitis dolorem sedare. Item laqueum suspensioſi circum datum temporibus. Si quid e pisce hæserit faucibus: in aquam demissis frigidam pedibus cadere. Si uero ex aliis ossibus: impositis capiti ex eodem uase ossiculis. Si panis hæreat: ex eodem in utraque aurē addito pane. Quin & foedes hominis i magnis fecere remedijs quæstuosorum gymnasia græcorum: quippe ea si frigida molliant: calefaciunt: discutiunt: complent sudore & oleo medicinam facientibus. Vulus inflammatis contractisque admoventur. Sic & menses cient. Sedis inflammationes & condylo mata leniunt. Item neruorum dolores: luxata: articularum nodos. Efficaciora ad eadem strigmenta a balneis: & ideo miscentur suppuratorijs medicamentis. Nam illa quæ sunt e carotide permixto cæno: articulos tantū molliunt: calefaciunt: discutiunt efficacius: sed ad cætera minus ualent. Excedit fidem impudens cura: qua sordes uirilitalis contra scorpionum ictus singularibus remedijs celeberrimi auctores clamant. Rursus in foeminis quas infantium aluo editas in utero ipso cõtra sterilitatē sub si cõsent: meconiū uocāt. Immo et ipsos gymnasioꝝ rasere parietes. Et ille quoq; sordes exal factorū uim habere dicitur. Panos discutiunt. Vlceribus senum pueroꝝ: & desquamatis ambustisue illiuntur. Eo minus omitti conuenit ab animo hominis pedites medicinas. Abstineri a cibo nimio: aut potu: alias uino tantū: aut carne: alias balneis: cū ad eorū postulerit ualitudō: si p̄nissimis remedijs hñt. His remedijs aduerſat exercitatio: intentio uocis: ungue fricari cū ratō: uēhēmēs. n. fricatio spissat: lenis molit. Multa adimit corpus. Auget modica. In primis uero prodest ambulatio: gestatio: & ea pluribus modis. Equitatio stomacho & coru utilissima. Phthisi nauigatio. Longis morbis locorum mutatio. Item somno mederi si bibat lectulo aut rara uomitione. Supini cubitus oculis conducunt: at proni tuſibus. In latera aduersū distillationes. Aristoteles & Fabianus plurimū s̄nari circa uernū & autū tradūt: magis supino cubitu: at p̄no nihil. Theophrastus celerius cõcoꝝ dextris lateris i cubitu difficilior in supinis. Solū quoq; remedijs maximum ab iplo sibi praitari potest: sicuti linteorum strigilium uēhēmētia. Perfūdere caput aqua calida ante balnearum uapotationē: & postea frigida: saluberrimum intelligitur. Item præsumere cibos: & interponere frigidam eiusdemq; potu somnos antecedere: & si libeat interrumpere. Notandum nullū aliud animal præter hoīem calidos potus sequi: ideoq; nō esse naturales. Meto ante somnos colluere ora: p̄p̄ altus. Frigida aq̄ matutinis impart numero ad cauendum dentium dolores. Item posca oculos contra lippitudines.

De obseruatione in uictu.

CA. V.

Erta sunt experimenta totius corporis ualitudinis uarietate uictus in obseruata. Hippocrates tradit nō prædentiū exta celerius senescere. Verge id remedijs cecinit: nō epulis. Quippe multo utilissima est tēperantia in cibis. L. L. uculus hanc de se præfecturā seruo dederat. Vltimog; probro maius in cibis triūphalibus sedenti dicebatur: uel in capitolio epulanti pudente re: seruo suo facilius parere q̄ sibi.

De sternutamento: & uenerē: & cæteris remedijs.

CA. VI.

Sternutamenta p̄nna grauedinē emendant. Et si quis muris nares (ut tradunt) osculo attingat. Sternutamenta & singultum. Ob hoc Varro suadet palmā altera manu scalpere. pleriq; annulum e sinistra in longissimū dextræ digitū transferre. Aut in aquam seruentē manus immergere. Theophrastus senes laboriosius sternuere dicit. Venerē damnauit Democritus: ut in qua nō alius exiret ex hoīe. Est hercule raritas eius. utilior. Athletæ tñ torpēs restituantur. Venerē uox reuocatur: cū ea candida declinat in fuscā. Medetur & lumborum dolori: Oculog; hebetationi. Mentecaptis ac melācholicis. Adidere grauidis uel cū remediū alicui adhibeatur digitis pectinatim inter se amplexis ueneficiū est. Idq; compertū tradunt Alcmena Hercule pariente. Peius si circa unum amboue genua. Itē poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in cõsilijs ducū potestatiue fieri uetere maiores uelut omnem actum impediētia. Vetere uero & sacris uonſue simili mō interesse. capita aut aperiri aspectu magistratum nō uenerationis causā iussere: sed ut Varro auctor est ualitudinis: quo firmiora consuetudine ea fierent. Cū quid oculo incidit: alteq; comprimi prodest. Cum aqua dextræ auriculæ si nistro pede exultare capite in dextrum humerum de uexo: in uicē e diuersa aure. Si tuſis cõcitet: saluam in fronte ab alio afflari. Si faceat uua: a uertice mortū alterius suspendi. In ceruicis dolore poplites fricare. Aut ceruicem in poplitum. Pedes in homo deponi: si nerui in his cruribus uel in humero tendantur in lectulo. At si in leua parte id accidat: sinistræ plantæ pollicem dextra manu sp̄mido

C

uel faciētes

prehendi. Item e diuerso. Extremitates corporis: uel aurium uel catibus: perfringi contra ho-
 res corporis sanguinem uel narium imodicū. Lino uel papyro principia genitalium: femur medi-
 um: ad cohibenda urinae profiuua. In stomachi solutione pedes pressare: aut manus in seruitū
 aquā dimittere. Iam & sermoni parci multū de causis salutare est. Triennio Mœcenatē Melissū
 accepimus silentium sibi imparauisse a conuulsione reddito sanguine. Nam e diuerso scāderet
 ac iacentes: si quid ingruat cōtraq; tētus spiritum cohibere singularis praesidiū est. Quod inuētū
 esse animalis docuimus. Clauum ferreum defigere in quo loco primum caput deluxerit: corruē
 morbo comitiali absolutorium eius mali dicitur. Contra renum ac lumborum uescicq; crucia-
 tus in balnearum foliis pronos urinam reddere mitigatorium habetur. Ac uulnera nodo Hero-
 lis praeligare: imiq; quantum ocior medicina est. Atq; et quotidiani cinctus tali modo uim qui-
 dam habere utilem dicitur. Quippe cum Hercules eum prodiderit. Numerum quoq; quaterna-
 rium Demetrius condito uoluntate & quare quaterni cyathi sextariū nō eēt potandi. Contra
 lippitudines retro aures fricare prodest: & lachrymosis oculis frontem. Augurium ex hōie ipā
 non est timēdi mortē in aegritudine: quādiu oculoq; pupillae imaginē reddant. Magna & urinae
 non ratio solum: sed etiam religio apud auctores inuenitur digesta in genera. Spadonum quoq;
 ad foecunditatis beneficia. Vege ex iis quae referre fas sit: impubiū pueros: cōtra saluas spiritū:
 quas pythas uocant: qm̄ uenera in oculos hominū expuant. Contra oculoq; albugines: obicunt
 tates: cicatricē: argemā: palpebras: & cum erui farina cōtra adustiones. Contra aurii pituitas: uel
 miculoseq; si decoquat ad dimidias ptes cū porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoq; ea mē-
 ses foemināq; cit. Salpa fouet illa cum oculis infirmitatis causa illinit sole uita cum ouā albugi-
 ne efficacius struthocamelis binis horis. Hac & atramenti litorae abluuntur. Vitis podagris me-
 detur argumentis fullonum: quos ideo tentari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis ostroq;
 aduersus eruptiones in corpore infantium & oia ulcera manātia. Ea exhis ambustis: sedis uul-
 thagadiis: & scorpionū tētibus illinitur. Obstetricū nobilitas non alio succo efficacius curari pro-
 nunciavit corpore pruritus nitro addito ulcera capitum: pruriginē: nomas: praecipue genitaliū.
 Sua cuique autem (quod fas sit dixisse) maxime prodest. Confectum per fuso canis morū echino-
 rumq; spinis inhaerentibus & in spongia lanisue imposita: aut aduersus canis rabidi morūs cō-
 re ex ea subactio. Contraq; serpentium tētus. Nam contra scolopendras mirum proditur uentice ta-
 cto urinae suae gutta liberari protinus laesos. Auguria ualitudinis ex ea traduntur. Si mane canē
 da dein ruffa sit. Illo mō cōcoquere: hoc cōcoxisse significatur. Mala signa rubrae. Pessima nigrae.
 Mala bullantis & crassae. In q̄ quod subdit si albu est: significat circa articulos: aut uiscera dolo-
 rem iminere. Eade uiridis morbu uiscerum: pallida bilis: rubens sanguinis. Mala & in qua uela-
 ti furfures atq; nubeculae apparēt. Diluta quoq; alba uitiosa ē. Mortifera uero crassa graui odo-
 re. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi uetant eius causa contra solē lunamq; nudari: aut umbra
 cuiusq; ab ipsa respersi. Hesiodus iuxta obstantia reddi suadet: ne deū aliquē nudatio offendat.
 Ostantes cōtra mala medicamēta oia pmittit auxiliari matutinis horis sua cuiq; instillatā in pedē.

De remediis molebribus.

CA. VII.

Quae ex mulierum corporibus traduntur: ad portetoz; miracula accedūt: ut sileamus
 diuisa membratim in scelera. Abortus: mensium piacula: quaeque alia non obiter
 modo: uege etiam ipsae meretrices prodiderē. Capilli mulieris si cremetur: odore ser-
 pentes fugari. Eodem odore uuluae morbo strangulatus respirare. Cinere eo quidem
 si intesta sunt cremati: uel cū spuma argenti scabrias oculoq; ac pruriginē emendari. Item ure-
 rucas & infantū ulcera cum melle. Capitis quoq; uulnera & omnium ulcerum sinus simul addi-
 to melle & thore. Panos podagras cum adipe sūllo. Sacru ignē sanguinē fisti illico: & informica-
 tiones corpore. De lactis usu conuenit esse dulcissimum molissimumq;. Quare & in longa febre
 coeliacis utilissimū: maxime eius quae iam infantē remouerit. Et in malacia stomachi febribus
 rosionibus efficacissimū experiuntur. Item mamarum collectionibus cum thore oculo ab ictu
 cruore suffuso & i dolore aut epiphoris si imulgeatur: plurimum prodest. Magisq; cum melle &
 narcissi succo: aut thuris polline. Semperq; in omni usu efficacius esse eius quae marem enixa sit
 multoq; efficacissimū eius quae gemios peperit mares. Et si uina ipsa cibisq; acrioribus abicit.
 Mixto praeterea ouorum candido liquore: madidatq; lana frontibus impositum si uisionē oculo-
 rum suspendit. Nā si rana salua sua oculum asperferit praecipuū est remedium. Et cōtra mor-
 sum eiusdem bibitur stillaturq;. Qui simul matris siliacq; lacte inunctus sit: liberari oculoq; me-
 tu in totam uitam affirmat. Aurium quoq; uitis medetur modice admixto oleo. Aut si ab ictu

dolent. Anserino adipe tepesfactum. Si odor grauior sit (ut plerumq; fit) longis uittis diluto melle lana includitur. Et contra morbum regium in oculis relictum instillatur cum elaterio. Peculiariter ualet potum contra uenena quæ data sunt cum marino lepore buprestis; ut Aristoteles tradit dorycnidion. Et contra insaniam quæ facta sit hyoscyami potu. Podagris quoq; iubet illini cum cicuta. Alii cum hyosopo & adipe anserino: qualiter etiam uuluarum doloribus imponitur. Alium etiam sistit potum ut Rabirius scribit. Et menses ciet. Eius uero quæ formina enixa sit ad uittia tantum in facie sananda præualet. Pulmonum quoq; incommoda lacte mulieris sanantur: cui admisceatur impubis pueri urina & mel atticum. Omnia singulorum coclearium mensura. Marmora quoque aurium eiici inuenio. Eius quæ marè peperit lacte gustato canes rabiosos fieri negant. Mulieris quoque saluam ieiunæ unam potentem diiudicant oculis cruētatis. Et si cōtra epiphoras feruentes anguli oculorum subinde madescuntur. Efficacius si cibo uinoque se pridie ea abstinerit. Inuenio & fascia mulieris alligato capite dolores minui. Post hæc nullus est modus. Iam primum abigi grandines turbinesq; contra fulgura ipsa in mense cōnudata: sic auerti uiolentiam cæli. In nauigando quidem tēpestates etiā sine mensuris. Ex ipsis uero mensibus mōstrificis alia (uti suo loco indicauimus) dira & infanda uaticinantur. E quibus dixisse nō pudeat: si in defectu lunæ solisue congruat uis illa: irremediabilē fieri. Non segnius & in silente luna coitus suos maribus exitiales esse atque pestiferos. Purpuram quoq; ab iis eo tempore pollui. Tanto uim esse maiorem. Quocumq; alio mēstruo: si nudata segetē ambiant: erucas ac uermiculos scarabeosque ac noxia alia decidere. Metro dorus Scepius in cappadocia inuentum prodit ob multitudinē cantharidum illas ire per media arua retectis super clunes uestibus. Alibi seruat ut nudis pedibus eant capillo cinctaque dissoluto. Capendum uero ne id oriētē sole faciāt: sementem enim arefcere. Nouella uitis eius tactu in perpetuū læditur. Vt ad noxiam res medicatissima transferatur rutam & hederas illico mori. Multa diximus de hac uiolentia. Sed præter hæc certum est tactis aluearū apes fugere. Linaque cum coquantur nigrescere. Aciem in cultris tonforum hebetari. Aes contactum graue uirus odoris accipere & eruginem. Magis si decrescente luna id accidat. Equas si sint grauidæ tactas abortum pati. Quin & aspectu omnino quamuis procul uisas: si purgatio illa post uirginitatem prima sit: aut in uirginea ætate spontanea. Nam bitumen in iudæa nascens sola hac ui sponte superari. Et fila uestis contactæ ut docuimus: ne igne quidem uincuntur quo cuncta. Cinisq; etiam ille si quis aspergat eum lauandis uestibus purpuræ mutat. Floribus colorem adimit. Ne ipsis quidem forminis malo suo immunibus. Abortum facit illitus: aut si omnino prægnans supergrediatur. Quæ Lais & Cleophantus inter se contraria prodidere de abortiuis carbone e radice brassicæ uel myricæ uel tamaricis in eo sanguine ex tincto. Item asinas non concipere tot annis: quot grana hordei contacta ederint. Quæque alia nuncupauerunt monstrifica aut inter se pugnantia: cum hic fecunditatem fieri iisdem modis quibus illa sterilitatem pronunciant: melius est non credere. Bythus dyrrhachinos hebetari aspectu specularum nitorem tradit. Iisdem aduersa rursus contuentibus omnemque talem uim resoluunt: si nulum piscem habeant secum. Multi uero inesse etiam remedia tanto malo aiunt. Podagras illini: strumas: & parotidas: panos: sacros ignes: furunculos: epiphoras tractatu earum mulierum liniri. Lais & Salpa canum rabiosorum morsus & tertianas quartanasque febres mēstruo in lana arictis nigri argento brachiali incluso. Diothymus thebanus uestis omnino ita infectæ portuicula acu: uel pellitio brachiali inserta. Sotira obstetrix tertianis quartanisq; efficacissimū dixit. Plantas ægri subterlini. Multoq; efficacius ab ipsa muliere etiam ignoranti. Sic & comitiales excitari morbosque sanari. Icthidias medicus quartanas coita siniri incipientibus duntaxat mensuris sponondit. Inter omnes uero conuenit: si aqua potusq; formidetur a morsu canis supposita tantum calici lacinia mēstruo tincta tali: statim metum cum discuti uidelicet præualente sympathia illa græcorum: cū rabiem canū eius sanguinis gustatu icipere dixerimus. Cinere eo fumentorum omnium ulcera sanari certum est. Addita caminorum farina & cæra. Maculas autem e ueste eas non nisi eiusdem farina ablui. Cinerem per se rosaceo mixtum foeninarum præcipue capitis sedare dolores illinū fronti. Asperimamque uim profuuii eius esse primis annis uirginitate resoluta. Id quoque conuenit: quo nihil equidem libentius crediderim: tactis omnino mēstruo postibus: irritas fieri magorum artes: generis uanissimi ut aestimare licet. Ponam enim uel modestissimum ex promissis eorum. Ex homine siquidē resegmina unguium e pedibus manibusque cæra petmixta: ita ut dicatur tertianæ uel quotidianæ uel quartanæ febrī remedium quærit: ante solis ortum alienæ ianæ affigi tubent ad remedia in iis morbis: quanta uanitate si

falsum est: quantæ noxa si transferunt morbos ad innocentiores. Ex his omnium digitorum re
segrina unguium ad cauernas formicarum abicit iubent: eamque quæ prima cepit trahere
corruptam subnecti collo: & ita discuti morbum.

Medicinæ ex animalibus peregrinis: de elephanto & leone: & camelo: & hyena: & crocodillo: & cha
maleonte: & stinco: & hippopotamo: & lyncibus.

CA. VIII.

Aec sunt quæ retrulisse fas sit: ac pleræque ex his non sine honore dictæ. Reliqua inesta
bilia & infanda: ut festinet oratio ab homine fugere. In cæteris claritates animalium: aut
operum sequemur. Elephantis sanguis præcipue maris fluctiones omnes: quas rheuma
tismos uocant: sistit. Ramentis eboris cum melle attico (ut aiunt) nubeculæ in facie.

Scobe paronychia tollunt: efficacius si extenuata. Proboscidis tactu capitis dolor leuatur: effi
caciùs si & sternutur. Dextra pars proboscidis cum lemnia rubrica adalligata imperus libidini sti
mular. Sanguis & ischiadicis prodest: iecurque comitialibus morbis. Leonis adeps cum rosæo cu
tem in facie custodit a uitis: candoræque seruat: & sanat adusta niuribus articolorum tumores.
Magorum uanitates perunctis eo adipe faciliore gratiam apud reges populose promittunt. Præ
cipue tamen eo pingui quod sit inter supercilia: ubi esse nullum potest. Similiter detis maxime ad
dextera parte: uillique e rostro inferiori promissa sunt. Fel aqua addita claritate oculis inunctis
facit. Et cum adipe eiusdem comitiales morbos discutiit leui gustu: & ut protinus qui sumptere
cursu id digerant. Cor in cibo sumptum quartanis medetur. Adest cum rosæo quotidianis febr
bus. Perunctos eo bestiarum fugiunt. Resistere etiã in diis uidetur. Cameli cerebrum refectum potius
ex aceto comitialibus morbis aiunt mederi. Itẽ fel cum melle potum: hoc & anginæ. Cauda are
facta solui aluum. Fimi cinere crispari capillum cum oleo. Et dysentericis prodest illitos cinis po
tusque quantum trinis digitis capitur: etiã comitialibus morbis. Urinã fullonibus utilissimam esse
tradunt. Itẽq; ulceribus manantibus. Barbaros eam seruare quinquennio: & heminis pora cire
aluom. Setas e cauda contortas: & sinistro brachio illigatas quartanis mederi. Hyena magi ex o
bus animalibus in maxima admiratione posuerunt: ut pote cui & ipsi magicas artes dederunt:
uimque qua alliciat ad se homines mente alienatos. Permutationes sexus ex his annua uice dixi
mus: cæteraque monstrifica naturæ eius. Nunc persequamur quæcunque medicinis produntur.
Præcipue pantheris esse in metu hyenæ dicuntur: ut ne conentur quidẽ resistere. Et aliquid de
corio earum habentẽ non appeti. Mirumque dictum si pelles utriusque contrariæ suspendantur de
cidere pilos pantheræ. Cum fugiunt uenantem declinant ad dextram: ut prægressi hominis ue
stigia occupent. Quod si successerit: alienari mente uel ex equo hominem decidere. At si in leui
detorserit: deficientis argumentum esse: celeremque capturam. Facilius autẽ capi si cinctus suos
uenator flagellumque & ipsos equos septenis alligauerit nodis. Mox autẽ ut est solers ambagi
bus uanitas magorum capi iubet geminorum signum transeunte luna singulosque prope pilos
seruari. Capitis dolori alligatam cutem prodest quæ fuerit in capite eius. Lippitudini fel illitum
frontibus. Aut ne omnino lippiat: decoctum cum mellis attici cyathis tribus & croci uncia illitum
Sic & caligines discuti: & suffusiones. Claritatem excitari: melius in ueterato medicameto. Affe
uari autem in cypria pyxide. Eodem sanari argema: scabricias: ex crescentia in oculis: item cicatri
ces. Glaucomata uero iocineris recentis inasati sanie cum despumato melle inunctis. Dentis eius
dentium doloribus tactu prodest uel alligatos ordine. Humeros humerorum & lacerorum do
loribus. Etiusdẽ dentes si de sinistra parte rostri eruti sint illigatos pecoris aut capri pelle: stoma
chi cruciatibus. Pulmones in cibo sumptos illiacis uentriculis cinerẽ cum oleo illitum. Neruis me
dullas e dorso cum oleo uetere ac felle. Febris quartanis iecur degustari ante accessiones. Po
dagris spinæ cinerem cum lingua & dextro pede uitali marini addito felle taurino omnia pari
ter cocta atque illita hyenæ pelle. In eodem morbo prodest: & fel cum lapide asio. Tremulis is
chiadicis exsistentibus: & quibus cor palpitet aliquid ex corde mandendum: ita ut reliquæ partia
cinis cum cerebro hyenæ illinatur. Pilos etiam auferri hac cõpositione illita: aut per se felle eul
fis: prius quos renasci non libeat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes e
lumbis edendas: illinendasque cum oleo. Sterilitatem mulierum emendari oculo cum glycy
rhiza & aneto sumpto in cibo: promisso in triduum conceptu. contra nocturnos pauores umbra
rumque terrorem unus e magnis dentibus lino alligatus prodest. Suffiri furentes eodem & cit
cũligari ante pectus suum cum adipe renũ aut iocinere aut pelle præcipiunt. Mulieri prægnan
ti a pectore hyenæ caro: & pili septem & genitale a ceruice si alligentur dorcadis pelle collo su
spensa: contineri partus promittuntur. Venerẽ stimulari genitali ad sexus suos in melle sumpto.

uel naris



etiam si uiri mulierum coitus oderint. Quinimmo totius domus concordiam eodem genitali & articulo spinæ cum ad hærente corio conseruatis constare: quem spinæ articulum siue nodū atlantion uocant. Est autē primus. In comitialium quoque remediis habent eum. Adipe accenso serpentes fugari dicunt. Maxillæ parte cōminuta in aniso & i cibo sumpta horrores sedari. Eodē suffitu mulieribus mēstrua euocari. Tantumque est uanitatis: ut si ad brachium aligetur superioris rostri dextræ partis dens: iaculantium ictus deerratos negent. Palato eiusdem arefacto: & cum alumine ægyptio calefacto ac ter in ore permutato: fetores & ulcera oris emendantur: Eos uero qui linguam in calciamento sub pede habeant: non latrari a canibus. Sinistra parte cerebri naribus illita: morbos perniciosos mitigari: siue hominū: siue quadrupedum. Frontis corium fascinationibus resistere. Cervicis carnes siue mandantur siue bibantur arefactæ: lumborum medetur doloribus. Neruis a dorso armisq; suffiēdos neruorum dolores. Pilos rostri admotos mulierum labris: amatorium esse, lecur potum torminibus & calculis mederi. Lam cor in cibo potuue sumptum: omnibus doloribus corporum auxiliari. Lyenem lyenibus. Omentum ulcerum infāmationibus cum oleo. Medullas doloribus spinæ & neruorum: lassitudini renū. Neruos potos in uino cū thure foecūditatē restituere ademptam ueneficio. Vuluam cū mali punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum uulua: Adipe e lumbis suffiri difficulter parientes: & statim parere. E dorso medullam adalligatam cōtra uanas species opitulari. Spasticis genitale e maribus suffitu. Item lippientibus: ruptis: & contra inflationes seruatos pedes tactu leuos dextris p ribus: dexteris leuis. Sinistrum pedem superlatum parturienti lateralem esse. Dextro illato facile eniti. Mēbranā quæ fel continerat a cardiācis potam i uino uel in cibos sumptam succurrere. Vesicam in uino potam contra urinæ incontinentiā. Quæ autem in uesica inuenta sit urina additis oleo ex selamo & melle asiano prodesse agrimonizæ ueteri. Costarū primā & octā uam suffitu ruptis salutarem esse. Ex spina uero parturientibus ossa. Sanguinē cū polenta sūptū torminibus. Eodem tactis postibus ubi cūq; magogæ insectari artes. Non elici deos: nec colloq; siue lucernis: siue uisu: siue pluuiis: siue aqua: siue pilis: siue quo alio genere tentētur. Carnes si edātur: cōtra canis rabidi morfus efficaces esse. Etiamnū iecur efficacius. Carnes uel ossa hoīs siquæ in uentriculo occisæ inueniant suffitu podagricis auxiliari. Si unguis inueniant in iis: mortē aliquid capientium significari. Excrementa siue ossa reddita cum interimitur: contra magicas infidias polleze. Fimum qui in intestinis inuētus sit: arefactum ad dysentericos ualete potum. Illitū q; cum adipe anserino opitulari toto corpore lætis malo medicamento. A cane uero morfus ad pē m illitum. Et corium si sit substractū. Rursum tali sinistra cinere decocto cum sanguine mustelæ perunctis omnibus odio euenire. Idem fieri oculo decocto. Super oīa est: q; extremam fistulā intestini contra ducum ac potestatum iniquitates cōministrat: & ad successus petitionū iudicio rumq; ac litium euentus: si omnino aliquantulum quis secū habeat. At eiusdem cavernā sinistro lacerto religata si quis mulierem respiciat: amatorium esse: tam præsens ut ilico sequat. eiusdē loci pilos: cinere ex oleo illitum uiris qui sint pbrose moliciæ non modo pudicos: sed & seueros mores induere. Proxime fabulosus est crocodilus ingenio quoq; illo: cui uita in aqua terraq; cōmunis. Duo enim genera eorum illius e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus (si credimus) stimulant. Canini eius dentes febres statas arcant repleti. Sunt enim caui: ita ne diebus quinq; ab ægro cernantur qui adalligauerit. Idem polleze & uentre exēptos lapillos: aduersus februm horrores uenientes tradunt. Hac etiā de causā ægyptii perungūt adipe ægros suos. Alter illis similis multum infra magnitudinē in terra tantū: odoratissimiq; floribus uiuit. Ob id testina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore refacta crocodileā uocant oculorum uitis utilissimam cum porri succo inunctā & cōtra suffusiones uel caligines. Illita quoq; ex oleo cyprino: molestias in facie enascētes tollit. Ex aqua uero morbos oēs: quoq; natura serpit in facie: nitorē q; reddit. Lentiginis tollit ac uaros: omnesq; maculas. Et cōtra comitiales morbos bibi ex aceto mulso binis obolis. Apposita menses ciet. Optimaq; est quæ candidissima & friabilis: minime q; ponderosa: cum teratur inter digitos fermētescens. Lauatur ut carusa. Adulterant amylo aut cymolia: sed maxime sui captos oryza tantum pascunt. Felle inunctis oculis ex melle contra suffusiones nihil utilius prædicant. Intestinis & reliquo corpe eius suffiri uolua laborantis salutare tradunt. Item uelleribus circundari uapore eius infectis. Cori utriusq; cinis ex aceto illitus iis partibus quas secari opus sit: aut nidor cremati sensum omnem scalpelli aufert. Sanguis utriusq; claritatem uisus inuētis donat: & cicatrices oculorum emendat. Corpus ipsum excepto capite pedibusq; elixum manditur i schiadicis. Tullum ueterem emendat: præcipue in pueris. Itē lumbos

ul' argemōi

ul' g captos

C iii

rum dolores. Et adipem habent; quo tactus pilus defluit. Hic perunctos a crocodilis tuetur: illaturque moribus. Cor annexum in lana ouis nigrae: cui nullus alius color incurauerit: & primo partu genita sit quartanas abigere dicitur; iungemus illis simillima & peregrina a qua anima lia. Priusq; chamaeleontem peculiari uolumine dignum existimatum Democrito. Et per singula membra defecratum non sine magna uoluptate nostra cognitis proditisq; mendacis graece uenitatis. Similis est magnitudine supradicto crocodilo: spinæ tantum acutiore curuata: & eade amplitudine distans. Nullum animal pauidius esse existimatur: & ideo uersicoloris esse dematationis. Vis eius maxima contra accipitrum genus. Detrahere enim supra uolantem ad se traditur: & uoluntarium præbere lacerandum cæteris animalibus. Caput eius & guttur si roboreis lignis accendantur imbrium & tonitruum concursus facere Democritus narrat. Item secur in tegulis usitum. Reliqua ad ueneficia pertinentia quæ dicitur: q̄q̄ falsa existimantes omittimus: præterq; in risu coarguentium. Dextro oculo: si uiuenti eruat: albugines oculorum cum lacte caprino tolli. Lingua adalligata: pericula puerperit. Eundem salutarem esse parturientibus circa domum. Sin uero domibus inferatur: perniciosissimum. Linguam si uiuenti exempta sit: ad iudiciorum euentus polere. Cor aduersus quartanas illigatum nigra lana primæ tōsuræ. Pedē e prioribus dextrum hyenæ pelle illigatum sinistro brachio: contra latrocia terroresq; nocturnos polere. Item dextram mamillam contra formidines pauoresq;. Sinistrum uero pedē torrerit in furno cum herbis quæ etiam chamaeleon uocatur. Additog; unguento in pastillos digeri. Eos in ligno uase conditos præstare (si credimus) ne cernatur ab aliis qui habeat. Armū dextrum ad uincendos aduersarios uel hostes ualere utiq; si abiectos eiusdem neruos calcauerint. Sinistrū mirum quibus monstris confectet qualiter somnia quæ uelis: & quibus uelis mittantur: putet referre. Omnia ea dextro pede resoluunt: sicut sinistro latere lethargos: quos fecerit dextrū. Capitis dolores inperso uino in quo latus alterutū maceratum sit: sanari foeminis. Si sinistri pedis cineri miscetur lac suillum podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & suffusiones corrigi prope creditur tridui incho ne. Serpentes fugari lyene instillato. Mustellas contrahi in aqua coniecto. Corpore uero illito detrahi pilos. Idē præstare narrant secur cum ranæ rupetæ pulmone illitum. Præterea iocinere amatoria dissolui. Melancholicos autem sanari si ex corio chamaeleontis herbæ succos habere bibatur. Intestia & simum eoz; cum id animal nullo cibo uiuat cum simia; urina illita inimico; imane odium & otium hoium iis conciliare. Cauda flumina & aquarum impetus sisti. Serpentes fo porari. Eadē medicata cedro & myrrha illigata; gemino ramo palmæ percussam aqua discuti: ut quæ intus sint: oia appareant. Atq; utinā eo ramo cōtractus esset Democritus: qm̄ ita loquacitates immodicas promissit inhiberi. Palāq; est uirum alias sagacem & uitæ utilissimum nimio in uandi mortales studio prolapsus. Ex eadem similitudine est scincus: quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerūt. Cæcidione autē & tenuiore cute. Præcipua tñ differētia dinoscitur a crocodilo aq̄tico squāmāq; seta a cauda ad caput uersa. Maximus indicus. Deinde arabicus. Afferunt falli. Rostrum eius & pedes in uino albo poti cupiditates ueneris accendunt. Vtiq; cum satyrio & eruca; semine singulis drachmis oronium; ac piperis duabus admixtis: ita ut pastilli singularū drachmarum bibantur. Per se laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ efficaciores ad idem creduntur. Prodest contra sagittas uenenatas: ut Apelles tradit postea sūptus. In antidota quoq; nobilia additur. Sestius plusquam drachmæ pondere in uini hemina potum perniciem afferre tradit. Præterea eiusdem decoctum cum melle sumptum uenerem inhibere. Est crocodilo cognatio quædam affinitasq; amnis eiusdem geminici; uictus cum hippopotamo repertore trahendi sanguinis ut diximus. Plurimi autem super sciticam inter ægypti præfacturas. Huius coris cinis cum aqua illitus panos sanat. Adeps frigidas febres. Itē simus sufficit. Dentes e parte leua dolores dentium scarificatis gingiuis. Pellis eius e sinistra parte frontis in ingaina adalligata: uenerem inhibet. Eiusdem cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua cōtra serpentes bibitur. Sanguine pictores utuntur. Peregrinæ sunt & lynces: quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt. Ungues earum omnes cum corio exuri efficacissime in carpato insula tradunt. Hoc cinere potio propudia uirotum: eiusdem aspersu foeminarum libidines inhiberi. Itē pruritus corporum. Urina stillicidia uescit. Itaq; eam protius terra pedibus aggesta obruere traditur. Eadē autem & unguularum dolori monstratur in remedio hæctenus de externis. Nunc reuertemur ad nostrum orbem.

Medicinæ communes ex feris animalibus: aut eiusdem generibus placidis. Lactis usus & obseruationes: & caseis: butyro: & adipe.

CA. IX.

uel poni p
putia uiro
rum

PRimumq; cōmunia aialū remedia atq; eximia dicemus: Sicoti e lactis usū: utilissimum cuiq; mater nū: nutriticis exiosum est. Hi sunt enim infantes qui colostrati appellant: densato lacte in casei specie. Est aut colostrata prima a partu spongiosa densitas lactis. Maxime aut alit quodcunq; humanū: mox caprinum. Vnde fortassis fabula Ionē ita nutritū dixere. Dulcissimū ab hoīs camelinū. Efficacissimū ex asinis. Magnozq; aialim & corporum facilius reddif. Stomacho accomodatissimū caprinū: qm̄ fronde magis q̄ herba uestitur. Bubulum medicacius. Ouillū dulcius: & magis alit. Stomacho minus uile: qm̄ est pinguis. Oē aut uernū aquatius æstiuo. Et de nouellis. Probatissimū uero quod in ungue hæret: nec defluit. Innocentius decoctum: præcipue cum calculis marinis. Aluus maxime soluitur bubulo. Minus inflat quodcunq; decoctū. Sanat uuas lichenas. Ad omnia utile contusa: aut luxata. Maxime renes: uelicā: interanea: fauces: pulmones. Foris pruritū cutis eruptiōes pituitæ: cibi aut potus abstinentia. Nā ut i achaia bubulū biberēt phthifici syntectici & cachectæ dixius i rōne herbagz. Sūt inter exempla qui asininū bibendo liberati sunt podagra chitragraue. Medici speciem unam addidere lactis generibus: quod sc̄histon appellauerunt. Id fit hoc mō. Fictili nouo feruet maxime caprinū: ramilq; ficulneis recentibus miscetur: additis totidē cyathis nulli quot sint hēinæ lactis. Cū feruet ne circū fundat: præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus ita ne quid infundatur. Deinde igni demptū refrigeratiōe diuiditur & discedit serum a lacte. Quidā & ipsum serum multo potentissimū decoquunt ad tertias partes: & sub diuo refrigerant. Bibitur aut efficacissimē heminis per interualla diebus. v. a potu illius solitis gestari. Datur comitalibus: melancholicis: paraliticis: in lepris: elephantias: articularibus morbis. Infundif quoq; lac contra rosiones a medicamentis factas. Et si urat dysenteria decoctū cum marinis lapillis: aut cum ptisana hordeacea. Item contra rosiones intestinorum bubulum aut ouillum utilius. Recens quoq; dysentericis infunditur. Ad colum autem crudum. Item uulæ: & contra serpentium ictus phthificis: cantharidū: aut salamandræ: aut buprestis: aut pityocampes uenenis. Priuatim bubulum iis qui colicū biberint aut cicutam aut dorychnium: aut leporem marinum: sicut asinum contra gypsum & cærusam: & sulphur: & argentum uiuum. Item duræ aluo in febrī. Gargarissatur quoq; faucibus exulceratis utilissime. Et bibitur ab imbecillitate uires recolligētibz: quos atrophos uocant. In febrī etiam quæ creat dolore capitis. Pueris aut cibum lactis asinini heminā dari conuenit. Aut si in exitu cibi rosiones sentiant. Antiqui in arcanis habuerunt. Sed hoc si nō esset: habuerunt e caprio. Bubuli serū ortopnoicis prodest ante cætera addito nasturtio. In ungū etiam oculi in lactis heminis sesam: additis drachmis quattuor tritis i lippitudine. Caprio lyenes sanantur post bidui in ediam tertia die hedera pastis capris per triduum potio sine alio cibo. Lactis usus alias cōtrarius capitis doloribus. Epaticis: splenicis: meruorum uitio: febres habentibus: uertigini: præterq; purgationis gratia: grauedini: tussientibus lippis. Suillum utilissimum tenasmo: dysentericis: nec non phthificis. Hoc etiam muliebribz qui dicerent saluberrimum: fuerunt. De generibus caseorum diximus: cum de uberibus singulisq; animalium membris doceremus: Sextius eosdem effectus equino quos bubulo tradit. Hoc uocat hippacem. Stomacho utiles: qui non sunt salii: id est recentes. Veteres aluum sistunt: corpusq; minuunt: stomacho utiliores. In totum salia minuunt corpus: alunt mollia. Caseus recens cum melle suggillata emendat. Mollis aluū sistit. Sedat tormina pastillis i uino austero decoctis: rurufq; in patina tostis cum melle: Sapru uocant: cum sale & sorbis siccis e uino tritus potusq; medetur coeliacis. Genitalium carbunculus caprinus tritus & impositus. item accidus cum oxymelle. Maculis in balneo illitus oleo interlinif. E lacte fit & butyrum barbararum gentium laudatissimus cibus: & qui diuites a plebe discernat. Plurimum e bubulo: & ide nomen. Pinguisimum ex ouibus. Fit & ex caprinis: sed hyeme calefacto lacte æstate expressio tantum: crebro iactatu in longis uasis angusto forami ne: spiritū accipientibus sub ipso ore alias præligato. Ad datur paulum aquæ ut acefcat. Quod ē maxime coactum in summo fluitat id exemptum addito sale oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod supernatat: butyrum est oleosum natura. Quod magis uirus respuit: hoc præstātius iudicatur. Pluribus compositionibus miscetur inueteratum. Natura eius astringere: mollire: replere: purgare. Oxygala fit & alio modo accido lacte addito in recēs: quod dum acefcat utilissimum est stomacho. Effectus dicemus suis locis. Proxima in communibus laus est adipi: sed maxime suillo. Apud antiquos etiam religiosus erat. Certe nouæ nuptæ intrantes etiam solemne habent postes eo atringere. Inueteratur duobus modis: aut cum sale: aut sincærus: tito uulior: quanto fit uetustior. Axungiam etiam græci appellauerunt in uoluminibus suis. Necq;

est occulta uirium causa: quoniam id animal herbarum radicibus uescitur. Itaq; etiam simo in numeri usus. Quamobrem non de alia loquemur sue multo efficaciore foemina: & quæ non peperit. Multo uero præstantior in apris est. Vnus igitur axungia est ad mollienda: excofacienda: discutienda: purgandaq;. Medicorum aliqui admixto anseris adipe taurorumq; seuo & hyssopo ad podagras uti iubent. Si uero permanet dolor cum cæra: myrto: resina: pice. Sincera axungia medetur ambustis uel niue. Pernionibus autem cū hordei cinere & galla pari modo. Prodest & confricatis membris. Itinerumq; lassitudines & fatigationes leuat. Ad tussim ueterem recens de coquitur quadrantis pondere in uini cyathis tribus addito melle. Vetus etiam phthisis in pilulis sumpta sanat: quæ sine sale iueterata est. Oio .n. nō nisi ad ea q̄ purganda sint: aut q̄ nō sint exulcerata: & calida recipitur. Quidam quadrantes axungia & muli in uini cyathis tribus decoquant contra tussim: quotq; die picem liquidam in ouo sumi iubent citū ligatis lateribus & pectoribus: & scapulis eorum qui phthisin sentiunt. Tantaq; est uis ut genibus etiam adaligata redeat in os sapor: amq; expuere uideantur. E sue quæ nō peperit aprissime utitur ad cutem mulieris. Contra scabiem uero quouis admixto iumentorum seuo pro parte tertia & pice pariterq; subferuefactis. Sincera partus in abortum uergentes nutrit collyrii modo subdita. Cicatrices: cō colores facit cæruā admixta uel argenti spuma. At cum sulphure unguium scabritias emendat. Medetur & capillo fluenti. Et ulceribus in capite mulierum cum gallæ parte quarta. Et infusa ta pilis oculorum. Darur & phthisicis unciatim cum uini ueteris hemina decocta: donec tres uncia e toto residant. Alii & mellis exiguum adiciunt. Panos sanat illita cum calce. Item furunculos: duritiemq; mammarum. Rupta & conuulsa & spasmata & luxata sanat. Clauos & rimas collicq; uitia cum helleboro albo. Parotidas ammixta farina e salamentaria testa. Quo genere proficit ad strumas: pruritus & papulas in balneo perunctis tollit. Alioq; etiamnum modo. Podagricis prodest mixto oleo ueteri: contrito una sarcophago lapide & quicq; folio tula in uino: uel calce: uel cum cinere. Facit & peculiare emplastrum. lxxxv. pondere. C. spumæ argenteæ mixtis: uti lissimum contra inflammationes ulcerum adipe uerrino confici. Et inungi putant utile. lique quæ serpant illinire cum resina. Antiqui maxime axibus uehiculorum perungendis ad faciliore circūactum rotarum utebantur: unde nomen. Sic quoq; utilis medicina cum illa ferrugine rotarum: ad sedis uitia: uirilitalisq;. Et per se axungiam medici antiqui maxime probabant renibus detractam: & exemptis uenis aqua cælesti fricabant crebro: decoquebantq; sicili nouo sæpius: tum demum asseruantes. Conuenitq; salām magis mollires: excofacere: discutere: utilioremq; e uino lotam. Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. Ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas: ne quid mali medicamenti inferretur. Quæ ratio adipis eadem in his que ruminant: seui est: aliis modis non minoris potentia. Perficitur omne exemptis uenis aqua marina uel salā lotum: mox i pila tulum: aspersum maria. Crebro postea coquitur: donec omnis aboleatur odor. Mox assiduo sole ad candorem reducitur. A renibus autē omne laudatissimum ē. Si uero uetus reuocetur ad curam: liquefieri prius iubet. Mox frigida aqua lauari sæpius: dein liquefacere affuso uino q̄ odoratissimo. Eodēq; modo iteq; ac sæpius cogunt: donec uirus euanescat. Multi priuatim sic taurorum: leonū: pantherarum: ac cameloz; pinguia curari iubent. Vnus dicit suis locis. Cōmunis & ratio medullæ est. Oēs molliunt: explent: siccant: excofaciunt. Laudatissima ceruina: mox utulina: dein hircina & caprina. Curantur ante autūm recentes lotæ: sic catæq; in umbra per cribrum. Dein liquate per linthea exprimunt: ac reponuntur in sicili locis frigidis. Inter oia autē cōia aialium fel præstantius in effectu. Est enī uis eius excofacere: mordere: scindere: extrahere: discutere. Minoz; aialium subtilius intelligitur. Et ideo ad oculorum medicamenta utilius existimatur. Tauri non præcipua potentia etiā in ære pellibusq; colore aureo ducendis. Oē aut curatur recēs præligato ore lino crasso demissum in feruentē aquā semihoras mox siccatū sine sole: atq; in melle cōditū. Dānatur equinū tm̄ inter uenena. ideo flammī sacro equum tangere nō licet cū romæ publicis sacris equis ēt imoles. Quin & sanguis eoz; septicam uim habet. Itē equoz; præterq; uirginū erodit: emarginat: ulcerat. Taurinus quidē recēs inter uenena est excepta egypta. Ibi enim sacerdos terræ uaticinatura tauri sanguinem bibi: priusq; de cō Draus tribunus plebis tradidit caprinū bibisse cū pallore & iuidia ueneni sibi dati simulati. Quæ Cephionē inimicum uellet. Hircoz; sanguini tanta uis est: ut ferramentorum subtilitas nō aliter acuat: aut induretur: aut scabrica poliat: uehementiusq; q̄ lima. Non igitur & sanguis animalium inter communia dici potest: & ideo suis quæque dicuntur effectibus. Digerent enim

ul' phthisin

uel uix
uel in ute-
rū collyrii

In animalia singula usus plurimūq; cōtra serpentes. Exitio iis eē ceruos nemo ignorat: ut si quæ sunt extractas cauernis mādāt. Nec uero ipsis spirātes tñ aduersant: sed mēbratim quoq; fugari eos nidore cornus eoge si uras dictū est. At e sūmo guttore uisus ossibus cōgregari dicunt. Pelles eiusdē aialis subtraçtæ securos p̄stāt ab eo metu sōnos. Coagulū quoq; ex aceto potū ab ic̄tu: & si oīno tractatū sit: eo die nō ferit serpēs. Testes quoq; eius inueterati: uel genitale maris: salutariter dant in uino. Itē uentres q; cētipeliones uocant fugiūt. Et oīno aliqd cerui hñtes: aut medulla perunctos seuoue cerui aut uituli. Sūmis autē remedijs præfert hinuli coagulū in matris utero exēctū ut indicauimus. Sanguine quoq; ceruino si una urant dracōtion & cunilago & anchusa lēti sct ligno cōtrahi serpētes dicūt. Dissipari deide si sanguie detractō adiciat pyretrū. Inuēio apud auctores græcos aial ceruo minus: & pilo demū ac dentē simili quod ophion uocat. Sardiniam eum tantū fetre solitā. Hoc interesse arbitror. Et ideo medicinas ex ea omitto.

Medicinæ de apro: & capris: & equis feris: & remedia de bestijs cōtra oēs morbos. CA. X.

Pri quoq; cerebrum contra eos laudatur cum sanguine. Iecur etiam inueteratum potum cum ruta & uino. Item adeps cum melle resinaque. Simili modo uerrinum iecur exempris duntaxat fibris quattuor obolog; pondere: uel cerebrum in uino potum.

Caprarum cornu uel pilis accensis fugari serpentes dicunt. Cineremq; eoge potū uel silitū contra ic̄tus ualere. Itē lactis haustus cum uua aminea. Vel urinz cū aceto scyllitico. Caseū caprinū cū origano impositū uel seuū cū cara. Milia præterea remediog; ex eo aiali demonstratur: sicut apparebit. Quod equidem miror: cū febrī negetur carere. Amplior potētia feris eiusdē generis: quod numerosissimū eē diximus. Alia uero ex hircis. Democritus etiānū effectus auget eius qui singularis natus sit. Fimus quoq; caprarum in aceto decoctus & illitus in ic̄tus serpētū placet: & recentis cinis in uino. Atq; in toto difficiliter se recolligēs a serpētū ic̄tu: in capribus optime cōualescūt. Qui medicari efficacius uolūt: occisæ capræ aluū dissectā cū fimo intus repto statim illigant. Alii carnē recentē hædoq; pilo suffiunt: eodēq; nidore fugant serpentes. Vtuntur & pelle eoge recente ad plagas: carne & fimo equi in agropastū. Coagulo leporis ex aceto contra scorpionē: & murē araneū. Anūt autē nō ferit leporis coagulo punctos. Percussis a scorpione si mū capræ efficacius cū aceto decoctū auxiliatur. Lardū iusq; decocti potū iis q; buprestim hauserit. Quinetiā si quis asino in aurē dixerit percussum se a scorpione transire malū protinus tradit.

Venenatq; oīa accēso eius pulmōe fugere. Et fimo uituli suffiri percussis a scorpione pdest. Canis rabidū morfu facta uulnera circūcidūt ad uinas usq; carnes: qdā carnēq; uituli admouēt: & ius ex codē carnis decoctæ dant potui: aut axungia cū calce tusām. Laudant hirci iecur: quo si posito ne tentari quidē aquæ metu affirmant. Laudant & capræ fimū ex uino illitū aut melle. Mellis & cuculi & hirundinis decoctū & potum. Ad reliquos bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano imponunt: & bibi iubent. Ad hominis morsus carnem bubulam decoctam. Efficacius uituli si non ante quintum diem soluūt. Veneficis rostrum lupi resistere inueteratum aiunt. Ob idq; uilarū portis præfigūt. Hoc idem p̄stare & pellis e ceruice solida manica existimatur: quippe tātas uis est animalis. Præter ea quæ retulimus & uestigia eius calcata equis afferunt torporem. Iis qui argentum uiuum biberint lardū remedio est. Afinito lacte potō: uenena restringuntur. Peculiariter si hyoscyamum potum sit: aut uiscum: aut cicuta: aut lepus marinus aut opocarpathū: aut pharicō: aut doryeniū. Et si coagulum alicui nocuerit: nam id quoq; uenenum est in prima lactis coagulatione. Multos eius & alios usus dicemus. Sed meminisse oportebit recentī utendū: aut nō multo postea tepefacto. Nullum enim celerius euanescit. Ossa quoq; asini contracta & decocta cōtra leporis marini uenenum dantur. Omnia eadem onagris efficaciora. De equiferis non scripserunt græci: quoniam terræ illæ non gignebant. Verūtamen fortiora eadē q; in equis intelligi debent. Lactē equino uenena leporis marini & toxica expugnātur. Nec uros aut bisontes græci in experimentis habent quamquam boue fero refertis indixē sil uis portione tamen eadem efficaciora omnia ex iis credi par est. Sic quoq; lactē bubulo cuncta uenena expugnari tradunt: maxime supradicta: & si ephemerum impadum sit: aut si cantharides data uomitione oīa egeri. Sic & caprino iure cantharides. Contra ea uero quæ exulceratio ne enecant: seuum uistolīnū seu bubulum auxiliatur. Nam contra sanguifugas potas butyrum remedio est cū aceto ferro calefacto. Quod & per se prodest contra uenena. Nam si oleū nō sit uicem eius representat. Multipedū morsus cum melle sanat. Omnia se fami quoq; iure potō uenena supradicta expurgari putāt. Priuatī uero aconita & cicutas. Itēque uitulino seuo. Caprinus caseus recens iis qui uiscum biberint. Lac uero contra cantharidas remedio est: & contra ephē-

uel hinuli

.i. serpentel

alibi mani
ca nō legifuel caricū
alibi sine in
ctis legitur

interuti potum cum taminia uua. Sanguis caprinus decoctus cū medulla: contra toxica uenena famitur. Hædinus contra reliqua. Coagulū hædi contra uiscum: & chamaeleontem album. sanguinemq; taurinum: contra quæ & leporis coagulū est ex aceto. Cōtra pastinacam uero & omnium marinorum ictus uel morsus coagulū leporis: uel hædi: uel agni drachmæ pondere ex uino. Leporis coagulū & contra uenena addit antidotis. Papilio quoq; lucernarum luminibus adolans inter mala medicamenta numeratur. Huius contrarium est iecur caprinum: sicut fel ueneficis ex mustella rustica factis.

De remedijs ad morboꝝ multa genera ex aialisibus.

CA. XI.



Inc deinde reuertemur ad genera morborum. Capilli defluuii urinis adeps mixto ladano & adiantho continet. Alopeciasque emendat & raritatem superciliorum cum fungis lucernarum ac fuligine quæ est in rostris earum. Porriginē cum uino prodest. Ad hanc & cornus ceruini cinis e uino: utque non tedia animalium capillis incrementant. Item fel caprinum cum creta cymolia & aceto: sic ut paululum capilli inarescant. Item fel hircinum cum urina tauri. Si uero uetus sit: etiam sulfurares adiecto sulphure emendat. Cinere genitalis asini spissati capillum putant & e canitie uindicari si raris illinatur. Plumboque tritis cum oleo densari: & asinini pulii cum urina: admiscuntque nardum: fastidii gratia. Alopecias felle taurino cum ægyptio alumine tepefactas illinunt. Capitis ulcera manantia urina tauri effaciter sanat. Item hominis uetus: si cyclaminum adiciat & sulphur. Efficacius tamen uitulinū fel. Quo cum aceto calefacto tolluntur & lēdes. Serum uitulinū cum sale tritum capitis ulceribus utilissimū. Laudatur & uulpium adeps: sed præcipue fel & simum cū sinapi pari modo illitum. Caprini cornus farina uel cinis magisq; hircini addito nitro & tamarici femine: & butyror oleoq; prius capite raso mire continent ita fluentem capillum. Sicut & canis cinere ex oleo illno supercilia nigrescūt. Lacte caprino lendes tolli tradunt. Fimo cum melle alopecias expleri. Item unguularum cinere cum pice fluentem capillum contineri. Leporinus cinis cum oleo myrtheo capitis dolores sedat. Itē aq; pota q̄ de bouis aut asini potu relicta ē. Et si credimus uulpis masculæ genitali circūligato. Cornus ceruini cinis illitus ex aceto & rosaceo: aut ex irino: oculoꝝ epiphoras. Easq; bubulo seuo cū oleo cocto illinūt. Ceruini cornū cinis scabrias eodē unguine sanat. Mucros aut ipsos efficaciores putat. Lupi excrementis circūlini suffusiones p̄dest. Cinere eorū cū atico melle inungi obscuritates. Itē felle urino. Epinyctidas adipe aprino cū rosaceo. Unguæ asininae cinis inunctus e suo lacte cicatrices oculoꝝ sanat & albugines tollit. Medulla bubula ex dextro crure priore trita cū fuligine pilis & palpebræ uitis angulorūq; occurrit. Calliblepharigā mō fuligo i hoc usu tepat. Optie elychnio papyraceo: Oleoq; sesamino. Fuligie i nouo uase pēnis deterfa. Efficacissime tñ euulsos tibi pilos coequet. Felle tauri cū oui albumie collyria fiūt: aquaq; dissoluta inungunt p̄ quatrīduū. Serum uituli cum ansetis adipe & ocimi succo genage utitis aptissimū est. Eiusdē medulla cū pari pōdere caræ & olei uel rosacei addito ouo duritia genage illinunt. Caseo molli caprino iposito ex aqua calida epiphoræ sedat. Si tumor sit ex melle. Vtrūq; uero sero calido fouēdū. Sicca lippitudo lūbulis suū tollit atq; cōtritis & ipositis tollit. Capras negat lippire: qm̄ ea quasda herbas edat: itē dorchades. Et ob id simū eaz caræ circūdatū noua lūa daorari iubēt: qm̄ noctu eā quoq; cernat. Sanguie hircio sanari luctuosos putat nyctalopas appellat greci. Capræ uero iocinere i uino austero decocto. Quidā inasari iocineris sanie inungūt. Aut felle capræ: carneq; eas uesti: & dum coquatur: oculos uaporari præcipiūt. Id quoq; referre arbitrant: si rutili coloris fuerint. Volūt & oculos suffiri iocinere i ollis decocto. Quidā inasato. Fel qdē caprinū pluribus modis assumūt cū melle cōtra caligines. Cū uerari cadidi tertia pre cōtra glaucomata. Cum uino cōtra cicatrices: & albugines: & caligines: & pterygia: & argemata. Ad palpebras uero euulso prius pilo cū succo oleris: ita ut uncto inarescat. Contra ruptas Tuniculas cum lacte mulieris. Ad oia aut iueterata fel efficacius putant. Nec abdicat simū ex melle illitū epiphoris. Cōtraq; dolores medullā. Itē pulmonē leporis. Sedat caliginē fel cum passo aut melle. Lupino quoq; adipe uel medulla suū fricari oculos cōtra lippitudines præcipiūt. Nā uulpinam linguā habentes in armilla lippituros negant. Auriū dolori & uitis medef urina aprī in vitro seruata. Fel aprī uel suis: uel bubulū cum oleo citreo & rosaceo æquis potibus. Præcipue uero taurinū cū porri succo tepidū: uel cū melle si suppurent. Cōtraq; odorē grauem p se tepefactum in malicorio. In ea parte rupta cum lacte mulieris efficaciter sanat. quidam etiā in grauitate aures sic perlundendas putant. Alii cum senecta serpentium & aceto includunt lamas ante aqua calida collutas. Et si maior si grauitas aurium fel cum myrrha & ruta in malico.

ro exalfactū in fundunt. Lardū quoq; pingue. Item simum afini recēs: cui rosaceum instillatur. Oīaq; ea tepefacta. Vtilior equi spuma: uel equini fimi recentis cinis cum rosaceo. Scuum bubulum cum adipe asinerino. Butyrum recēs: Vrīna capri: uel tauri: aut fullonia uetus calfacta uapores per lagenæ collum subeunte. Admōscēt & acetū tertiam partem. Et aliquid urīnæ uituli qui nondam herbam gustauerit. Fimum etiā mixto felle eiusdem. Et cutem quam relinquant angues exalfactis prius auribus. Lana autem medicamina ea includuntur. Prodest & seuum uituli cum asineris adipe: & ocimi succo: cum eiusdem medulla admixto cumino trito infusa. Virus uermium e scropha ex coitu exceptū priusq; terram attingat contra dolores. Auribus fractis glutinum e naturis uitolorū factū & i aqua liquatum. Aliis uitiis adeps uulpiū. Itē fel caprinum cū rosaceo tepido aut porri succo: aut si sint rupta ibi aliqua e lacte mulieris. Si grauitas sit audiendū: fel bubulū cum urina capræ: uel hirci uel si pus sit. In quocūq; autem usu putant hæc efficaciora in cornu caprino per .xx. dies infumata. Laudant & coagulū leporis tertia denarii parte dimidia quoq; sagapeni in amineo uino. Parotidas urīnus adeps comprimit pari pondere cæræ & taurini seui. Addunt quidam hippocysthidem: & per se butyrum illitum: si prius foueātur fœnograci decoctū succo. Efficacius cum strychno. Profunt & uulpiū testes: & taurinus sanguis arduos tritus. Vrīna capræ calefacta instillata auribus. Fimumq; eiusdem cum axūgia illitum. Dentis mobiles confirmat ceruini cornus cinis: doloreq; eorum mitigat: siue infricentur: siue colluantur. Quidam efficaciorē ad oēs eosdem usus crudi cornus farinam arbitrantur. Dentifricia utroq; modo sunt. Magnum remediū est & in luporū capitis cinere. Certūq; est in excrementis eorum plerūq; inueniri ossā. Hæc adalligata eundē effectum habent. Item leporina coagula per autem infusa: cōtra dolores. Et capitis eorū cinis dentifricū est. Adiectoq; nardo niulcet grauiolentiam oris. Aliqui murinog; capiti cinerem miscuisse malunt. Reperitur i latere leporis acui ossimile: hoc scarificali dentes in dolore suadent. Talus bubulus accensus eos qui labant cū dolore admotus confirmat. Eiusdem cinis cum myrha dentifricū est. Ossā quoq; ex unguis suū combusta eundē usum præbent. Item ossā ex acetabulis pernæ: circa quæ coxendices uertuntur. Iisdem sanari dimissis in fauces iumentorum uerminationes notū est. Sed & corruptos dentes confirmari. Asinæ quoq; lacte percussu uexatos: aut dentiū eiusdē cinere. Lychenæ item equi cum oleo infuso per aurem. Est autem hoc non hippomanes: quod alioquin noxiū omitto. Sed in equoq; genibus ac super ungulas: præterea in corde equoq; inuenitur os dentibus caninis maxime simile. Hoc scarificali dolorem. Aut exempto dēte e mortui equi maxillis ad numerū eius qui doleat demonstrant. Equarum uirus a coitu in lychnis accensum: Anaxilaus prodidit equorum capitum uirus representare monstrifice. Similiter ex asinis. Nam hippomanes tantas in ueneficio uires habet: ut affusum aeris mixturæ in effigiem equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus & fabrice glutinum in aqua decoctū illitūq; & mox paulo detractum: ita ut confestim colluatur uino: in quo decocti sunt cortices mali punici dulcis. Efficax habetur & caprino lacte collui dentes uel felle taurino. Talog; capræ recentium cinis dentifricio placet. Et osūm fere uillatog; quadrupedum: ne sapius eadem dicantur.

Ad faciei uitriæ: ceruicis & pectoris morbos.

CA. XII.

Vitē in facie erugari & reuerecere: & cādorē custo diri lacte asinino putat. Notūq; est: quā quottidie. d. custodito nūero fouere. Poppeaq; hoc uxor Neronis principis isturuit. Balneaq; quoq; sic folio temperato: asinog; gre gibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitæ in facie butyro illito tolluntur. Efficacius cū ceruā. Sincero uero eā uitriæque serpiant: in super imposita farina hordeacea. Vlcerā in facie mēbrana e partu bouis mada. Frituolū licet uideat nō tamen omittendū propter desideria melleq;. Talū candidi inueniendū. diebus noctibusq; donec resoluat in liquore decoctū & illitū linteo cādorē cutisq; erugationē præstare. Fimo taurino malas rubescere aiunt. nō ut crocodilæ illini melius: sed foueri frigida & ante & postea iubent. Aestates & q̄ discolorēm faciūt cutem simū uituli cum oleo & gāsi manu subactū emēdat. Vlcerā oris & rimas seuū uituli uel bouis cū adipe asineris & ocimi succo. Est & alia mixtura seuū uituli cū medulla ceruæ: & albæ spinæ foliis una tritis. Idē p̄stat & medulla cū resina: uel si uaccina sit: uisq; e carne uaccinæ. Lichenas oris p̄stat: si uisq; glutinū factū e genitalibus uitulog; liquatū aceto cū sulphure uiuo ramo ficulneo p̄mixtū: ita ut his die recēs illinat. Itē lepras ex melle & aceto decoctū: quas & iecur hirci calidū illitū tollit: sicut elephantiaū sel caprinū. Etiāū lepras ac furfures tauri fel addito nitro. Vrīna asini circa canis ortū maculas in facie. Fel uitulog; per sese aqua infractū: euitatq; solib; ac uētis post detractā cu-

tem. Similis effectus & in taurino seu vitulinoue felle cum semine cunilae ac cinere e cornu ceruini: si canicula ex oriente comburatur. Asinino seu cicatricibus ac lychenis leptis maxime color reddat. Hirci fel lentiginis tollit: admixto caseo & uiuo sulphure spongiae cinere: ut mellis sit crassitudo. Aliqui in ueterato felle uti maluerunt: mixtis calidis fursuribus pondere oboli tantus: quattuorque mellis prius defricatis maculis. Efficax eiusdem & seu cum melanthio & sulphure & iride. Labrorum scissuris cum adipe aserino ac medulla ceruina resinis & calce. Inuenio apud auctores his qui lentiginem habeant negari magicæ sacrificiorum usum. Lacte bubulo aut caprino tōsillæ & alteræ exulceratæ leuantur. Gargarissatur tepidum ut est expressum aut calefactum. Caprinum utilius cum malua decoctum & sale exiguo. Linguae exulcerationi & arteriæ pdest: ius omali si gargarissatur. Tonsillis autē priuatim renes uulpiū aridi cum melle triti illitig. Anginæ fel taurinum uel caprinum cum melle. Iecur mellis ex aqua oris grauitatē. Viceræque butyri citissime sanant. Spinā aliudue quid faucibus adherēs fellis sextrise eos simo perfricatis aut reddi aut delabi tradunt. Strumas discutit fel aprinum uel bubulum tepidum illitum. Nā coagulū leporis e uino i linteolo exulceratis dūtaxat imponitur. Discutit & unguæ asini uel equi cinis ex oleo aqua illiti & urina calefacta. Et bouis unguæ cinis ex aqua. Fimū quoque seruēs ex aceto decoctum testisq; uulpini. Prodest & sapo: gallorum hoc inuentum: rutilandis capillis ex seuo & cinere. Optimus fagino & carpino duobus modis spissus ac liquidus. Vterq; apud germanos maiore in usu uiris q̄ foeminis. Ceruicū dolores butyro aut adipe urfino perfricant. Rigores bubulo seuo: quod & strumis prodest cum oleo. Dolorē inflexibile opithotono uocant: leuat urina capræ auribus infusa: aut fimū cum bulbis illitum. Ungues contusos fel uniuscuiusq; animalis cit cum ligatum. Pterygia digitorum fel taurinum aridum aqua calida dissolutū. Quidā adiciunt sulphur & alumē: pari pōdere omniū. Tūssim iecur lupi ex uino tepido sanat. Urinūq; fel admixto melle. Aut ex cornu bubuli sumis partibus cinis. Vel salua equi: triduo potu eā mori tradit. Pulmo ceruini cum gula sua arefactus in fumo: dein tusus: ex melle quotidiano eligmat. Efficacior est ad id subulo ceruorū generis. Sanguinem expuentes ceruini cornus cinis. Coagulū leporis tertia parte denarii cum terra samia & uino myrteo potū sanat. Eiusdē simi cinis in uino uel per potus: nocturnas tussis. Pili quoque leporis suffiti extrahunt pulmonibus difficiles excretaōes. Purulētās aut exulcerationes pectoris pulmonisq; & a pulmōe graueolētā halitus butyri: efficacissime iuuat cum pari mō mellis atrici decoctū donec ruffescat: & matutinis sumptū mensurā linguæ. Quidā p melle larcis resinā addere maluerunt. Si sanguis reiciat: efficacē tradit bubulū sanguinē modice & cum aceto sumptū. Nā de taurino credere temerariū est. Sed glutinū taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in uetere sanguinis excreatione.

Ad stomachi mala: lūborum dolores: & renū uitia.

CA. XIII.

Dentes scarificant & ossibus lacertæ e fronte luna plena ex emptis: ita ne terram attingant. Coluunt caninis dentibus decoctis in uino ad dimidias partes. Cinis eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. Fit eodem modo & dentifriciū e caninis dētibus. Cinis e murino simo inditus: uel secur lacertarū aridum. Anguinum cot si mordeatur aut alligetur efficax habetur. Suntq; inter eos qui murem bis in mente iubeant mandī: doloresque ita caueri. Vermes terreni decocti in oleo infusiq; auriculæ: cuius e parte doleant præstant leuamentum. Eorundem cinis exelis dētibus cōiectus ex facili cadere eos cogit. Integros dolentes illitus iuuat. Comburi autem oportet in testa. Profunt & cum mori radice in aceto scyllite decocti: ita ut colluantur dentes. Is quoq; uermiculus qui in herba quæ Veneris labrum appellatur: inuenitur canis dentium inditus mire prodest. Nam erucae brassicæ eius contactu cadunt. Et e malua cimices infunduntur auribus cum rosaceo. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum cauis dentium inditæ statim liberant dolore. Cochlearum inanum cinis cum myrrha a gingiuis prodest. Serpentes cū sale in olla exustæ cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus. Anguinæ neruationis membrana cum oleo tædæque resina calefacta & auri alterutri infusa. Adiciunt aliqui thus & rosaceum. Eademque cauis indita: ut sine molestia cadat: præstat. Vanum esse arbitror canis ortu angues cauda membranam exuere: quoniam neutrū in Italia uisum est. Multoque minus credibile si tepidis regionibus tam sero exui. Hanc autem uel inueteratam cum cæra celerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium alligatus dolores minuit. Sunt qui & araneū animal ipsum sinistra manu captum tritumq; in rosaceo: & in aurem infusum: cuius a parte doleat prodesse arbitrentur. Ossiculis gallinæ in pariete seruatis fistula salua adacto dēte uel gingiua scarificata: proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt. Item simo corui lana adalligato: uel passerum cum oleo calfacto & proximæ auriculæ iufuso pruritus quidem intolerabilem facit. Et ideo utilis est passeris pullorum sarmentis crematæ cinerem ex aceto infricare.

Quomō cōmēdetur os: contra maculas faciei & ad faucium uitia.

CA. IIII.



Ris saporem mendari affirmant murino cinere cum melle: si fricentur dentes. Admiscent quidam matathri radices. Penna uulturis. si calpantur dentes acidum halitū faciūt. Hoc idem histricis pinna fecisse: ad firmitatē pertinet. Linguae ulcera & labrorū hirūdines in mulso decoctæ sanāt. Adeps anseris aut gallinæ rimas. Oesypū cum galla araneæ: telæ cādida: & quæ intra bulbos paræ texunt. Si feruetia os intus exusserit: lacte canino statim sanabuntur. Maculas in facie oesypū cum melle cosico: quod asperitimum habetur extenuat. Item scobem cutis in facie cum rosaceo impositum uellere: Quidam & buryæ addūt. Si uero utiligines sint: fel caninū prius acu cōpunctas. Liuentia & suggillata pulmones arietū: pecudūque in tennes confecti membranas calidi inpositi: uel colūbinum simū. Cutem in facie adeps anseris uel gallinæ custodit. Lichenas & murino simo ex aceto illinūt: & cinere herinacæ ex oleo. In hac curatione prius nitro ex aceto faciē foueri præcipiunt. Tollit ex facie uitia & cochlearum: quæ lata & minutæ passim inueniuntur cū melle cinis. Omnium eadem cochleæ cinis spissat: calfacit. smectica ui. Et ideo causticis commiscetur psorisque: & lepris: & lentigini illinūt. Inuenio & formicas herculaneas appellatas quibus tritis adiecto sale exiguo talia uitia sanentur. Buprestis animal est rarum in Italia: similitimum scarabeo longipedi. Fallit iter herbas bouem maxime: unde & nomen inuenit deuoratūque tacto felle: ita inflammat: ut rumpat. Hæc cū hircino seuo lichenas illita ex facie tollit smectica ui: ut supra dictum est. Vulturinus sanguis cū chamaeleonis albæ: quam herbam esse diximus: radice & cedria tritus contentusque brassica lepras sanat. ite pedes locustarum cū seuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cū cepa tritus & subactus utilissimū & in facie sæpe mel in quo apes sint emortuæ. Præcipue tamē faciē purgat: atque erugat cygni adeps. Stigmata delentur columbino simo ex aceto. Grauedinem inuenio si niri: si quis nares murinas osculetur. Vua & faucium dolor mitigatur simo agnoæ priusq; herba gustauerint in umbra arefacto. Vua succo cochleæ acu transfusa illita: ut cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum cinere cum melle. Sic & tonsillis succurritur. Tōssillas & fauces lachryouilli gargarissatio adiuuat. Multipeda trita. Fimum columbinum cum passo gargarissatum: et cum fico arida: ac nitro impositum: extra asperitatem faucium: & distillationes leniūt. Cochleæ coqui debent in lacte. demptoq; tantum terreno cōteri & in passo dari potui. Sūt q; astypaleicas efficacissimas putent: & in his smegma earū. Lenit & gryllus infricatus. Aur si quis manibus quibus eum contriuerit: tonsillas attingat. Anginis felle anserino cum elaterio & melle citissime succurritur. Cerebro noctuæ cinere hirūdinis ex aqua calida potio. Huius medicinæ auctor est Oui-

dius poeta. Sed efficaciores ad oīa quæ ex hirundinibus monstrantur: pulli siluestrium. Figura nidorum eos depræhendit. Multo tamen efficacissime ripariarū pulli. Ita uocāt in riparum cauis nidificantes. Sunt multi qui cuiuscunq; hirundinis pullum edendum censent: ne toto āno metuatur id malū. Strangulatos cum sanguine comburant in uase: & cinerem cū pane aut potu dant. Quidam & mustellæ cineres pari modo amiscunt. Sic & ad strumæ remedia. Dant & comitalibus quottidie potu. In sale quoq; seruata: hirundines ad anginā una drachmā bibuntur. Cui malo & nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam illini anginis efficacissimū putant. Alii. xxi. tritas in aquæ mustellæ hemina dari p hirundinē: quoniā dentibus tactis nihil profunt. Tradunt & murem cum uerberna excoctū: si bibatur is loquor: remedio esse. Et corrigiam caninā ter collo circūdatā. Fimū columbinū uino & oleo permixtum. Ceruicis neruis & opisthotono ex milui nido furculus uitis adalligatus auxiliari dicitur.

Ad strumas exulceratas: ad humerorū & præcordiorū dolores.

CA. V.

Strumis exulceratis mustellæ sanguis. Ipsa decocta in uino: non tamē sectis admo- uetur. Aiunt & in cibo sumptā idem efficere. Vel cineri eius sarmentis cōbuste mi- scetur axungia. Lacertus uiridis adalligatur. Post dies. xxx. oportet alium adalliga- ri. Quidā cor eius in argento uasculo seruant. Ad foeminarum strumas ueteres cochleæ cum testa sua tussæ illinunt: maxime quæ frutetis adhærent. Itē cinis aspidū cum feo- taurino imponitur. Anguinus adeps mixtus oleo. Itē anguium cinis ex oleo illitus: uel cū cæ- ra. Edisse quoq; eos medios absicilis utriusq; extremis artibus aduersus strumas pdest. Vel ci- nerem bibisse in nouo fictili ita crematorum. Efficacius multo inter duas orbitas occisore. Et gryllū illinire cū sua terra defossum suadet. Item fimum columbæ per sese cum farina hor- deacea: uel auenacea ex aceto. Talpæ cinere ex melle illinire. Alii iecur eiusdē contritum inter manus illinunt: & triduo non abluunt. Dexterum quoq; pedem eius remedio esse strumis asser- mant. Alii præcidunt caput: & cū terra a talpis excitata tussum digerunt in passillos pyxidē sta- gneā: & utunt ad oīa quæ intumescunt: & quæ apostemata uocant: quæq; in ceruice sunt. Ve- sciq; suilla tunc uctant. Tauri uocant scarabei terrestres Rhicino similes: nomen cornicula de- dere. Alii pediculos terræ uocant. Ab iis quoq; terram egestam illinunt strumis & similibus ui- tuis: & podagris. Triduo non abluunt: prodestq; hæc medicina in annū. Omniaq; his ascribit: quæ nos in gryllis retulimus. Quidam & a formicis terra egesta sic utuntur. Alii uermes ter- reos toridē: quot sunt strumæ: adalligant: pariterq; cum iis arescunt. Alii uiperam circa canis ortum circuncidunt: ut diximus. Dein mediam comburūt: Dein cinerem eū dant bibendū ter septem diebus quantum præhenditur ternis digitis. Sic strumis medent. Aliqui uero circunli- gant eas lino: quo præligata infra caput uipera pepēderat: donec exanimaretur. Et millepedis utunt addita resinæ terebinthinæ parte quarta. Quo medicamento oīa apostemata curari iu- bent. Humeri doloribus mustellæ cinis cum cæra medetur. Ne sint malæ hirsutæ formicarum qua pueris infricata præstant. Item mangonibus: ut lanugo tardior sit pubescentiū sanguine e- teiticulis agnorum qui castrantur. Qui euulsis pilis illitus & contra uirus proficit. Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: quoq; & dolore cuiuscunq; partis si catulus lactens ad moueatur: apprimaturq; iis partibus: transire in eum morbus dicitur. Idq; exenterato psuosoq; uino dephendi uiciato uiscere illo qd̄ doluerit hoīs & obrui aliis religio est. si quoq; quos me- lites uocamus: stomachi dolorem sedant applicati sæpius. Transireq; morbos ægitudine eor- um intelligitur: pierunq; & morte.

De pulmonū uituis iecoris & sanguinis reiectionibus.

CA. VI.

Pulmonum uituis medent & mures: maxime africani detracta cute in oleo & sale de- ceat: atq; in cibo sumpti. Eadē res & purulētis uel cruentis excreationibus medent. Præcipue uero cochlearum cibus stomacho. In aqua eas subferuefieri intacto cor- pore eage oportet: mox in pruna torrerī nihil addito: atq; ita e uino garoq; sumi: p- cipue africanas. Nuper hoc cōpertū plurimis pdesse. Id quoq; obseruat: ut numero impari su- mant. Virus tñ eage grauitatē halitus facit. Profunt & sanguinē excreatibus dēpta testa tritæ in aquæ potu. Laudatissimæ aut sunt africanæ ex iis solitanæ. Ex iis olitanæ: alypaleicæ. Sicut læ modicæ: qm̄ magnitudo duras facit: & sine succo. Balearicæ: quas cauaticas uocant: qm̄ in spelūcis nascunt. Laudatæ & ex insulis capreage. Nullæ eage aut cibus grata: neq; ueteres: neq; recentes. Fluuiiales & albæ uirus habēt: nec nō siluestres: stomacho inutiles: aluū soluūt. Itē oēs minutæ. Contra marinæ stomacho utiliores. Efficacissimæ tñ in dolore stomachi. Laudatio-

E

res tradunt: quæcūq; uiuæ cū aceto deuorata. Præterea sunt quæ acerate uocant late multi
 fariâq; nascetes: de quare usū suis dicemus locis. Gallinaceæ uentris mēbrana inueterata &
 inspa potissī distillationes pectoris: & humidā tussim: uel recēs tosta lenit. Cochleæ crudæ mi-
 tæ cum aqua tepidæ cyathis tribus: si forbeant: tussim sedat. Distillationes sedat & canina cu-
 ris cuiuslibet digito circūdata. Iure pecudū stomachus recreat. locinæq; doloribus medef. Muste-
 la siluestris i cibo sumpta: uel iocinera eius. Itē uipa porcelli mō inasata. Suspiriosis multipedæ
 ita ut ter septenæ i attico melle diluant: & p harūdinē bibant. Omne. n. uas eaz nigrescit cōta-
 ctu. Quidā torret ex iis sextariū in patina donec cādida fiat. Tūc mel imiscet. Alii centipedam
 necat: & ex aqua calida dari iubet. Cochleæ in cibos: iis quos lingt asus: aut quoq; alienas mēs:
 aut qbus uertigines sūt: ex passi cyathis tribus singulæ cōtritæ cū sua testa & calefactæ in po-
 tu data diebus plurimū nouē. Aliqui singulas priō die dedere: sequēti binas: tertio ternas: qu-
 to duas: quinto unam. Sic & suspiria emendat: & uomicas. Esse aiā locustæ simile sine pennis:
 qd̄ tryxalis græce uocat: latinū nomē nō hēt. Aliqui arbitrant̄ auctores nec pauciores hoc eē
 qd̄ gryllus uocet. Ex iis uiginti torreti iubet: ac bibi emulsa cōtra orthopnoeas: sanguinōq;
 expuetibus. Est q cochleis illotis qbusdā propū infundat: uel marinā aquā: ita decoquat: & i
 cibo sumat: aut si tritæ cū testis suis sumat cū protropo. Sic & tussim medent: ac uomicas priua-
 tim sanāt melle in quo apes sint emortuæ. Sanguinē resicentibus pulmo uulturinus uitigines
 lignis cōbustus: adiecto flore mali punici ex parte dimidia. Itē cotoneæq; liliotūq; iisdē portio-
 nibus potus mane atq; uesperī in uino si febris absit. Si minus: ex aqua in qua cotonea decocta
 sunt. Pecudis lyen recens magicis pceptis super dolentē lyenem extendit: dicēte eo q medef
 lyeni se remediū facere. Post hæc iubet eū in pariete dormitorii eius tectoue includi: & obfusa
 ri annulo ter: nouiesq; carnē dici. Caninus si uiuētū eximat: & in cibo sumat: liberat eo uicia.
 Quidā recentē superilligat. Alii duoz diez catuli ex aceto scyllitico dant ignoratū fel: uel he-
 rinacē lyenem: itē cochleaz cinerem cū semine lini & urticæ addito melle: donec p̄anet. El-
 berat & lacerta uiridis eo dolore uiua in olla ante cubiculū dormitorii eius: cui medef suspen-
 sa: ut egrediens reuertensq; attingat manu. Cinis e capite bubonis cū unguento. Mel in quo
 apes sunt emortuæ. Araneus & maxime qui lycos uocat. Vpupæ cor. in lateris doloribus lau-
 datur: & cochleaz cinis in pitana decoctaz: quæ & per se illinunt. Canis rabiosi caluariz ci-
 nis potioni inspergit. Lumbozq; dolori stellio trāsmarinus capite ablato & intestinus decoctus
 in uino cū papaueris nigri denarii pōdere dimidio eo succo bibitur. Lacertæ uirides decuss pe-
 dibz & capite i cibo sumunt. Cochleæ tres cōtritæ cū testis suis atq; i uino decoctæ cū pipenis
 granis. xy. Aglæ pedes euellit i aduersum a suffragine: ita ut dexter dexteræ ptis doloribz ad
 liget: sinister leuæ. Multipeda quoq; et quā oniscō appellauim⁹ medef denarii pōdere ex uino
 cyathis duobus pota. Vermen terrenū catillo ligneo ante fissio & ferro uicō impositum aqua
 excepta perfundere & defodere: unde effoderis magi iubent: mox aquam bibere catillo: mite
 id pdesse ischiadicis: affirmantes.

Ad dysentericos & uentris mala remedia.

CA. VII.

Dysentericos recreant femina pecudū decocta cū lini semine aqua pota. Caseus ouil-
 lus uetus. Seuū ouium decoctū i uino austero. Hoc & ileo medef. Et tussim ueteri. Dy-
 sentericis stellio trāsmarinus ablati intestinis & capite pedibusq; ac cute decoctusq;
 & in cibo sumptus Cochleæ duæ cū ouo utraq; cū putamine contritæ: atq; in uase
 nouo addito sale & passi cyathis duobus: aut palmaz succo & aquæ cyathis tribus subser-
 factis & in potu datis. Profunt & cōbustæ ut cinis eaz bibatur in uino addito resinæ momen-
 to. Cochleæ nudæ de qbus diximus in africa maxime inueniunt: utilissimæ dysentericis. Quo-
 nā combustæ cum denarii pondere dimidiū acaciæ. Exq; eo cinere dantur cochlearia bina in
 uino myrtite: aut quolibet austero cū pari mō calidæ. Quidam oibus africanis ita utunt. Alii
 tōidē africanas: uel latas infundunt potius. Et si maior fluctio sit: addunt acaciā fabæ magni-
 tudine. Senectus anguiū dysentericis: & tanafms in stagneo uase dequoquit cū rosaceo: Vel
 si in alio cū stagno illinif. Ius e gallinaceo iisdē medef: sed ueteris gallinacē uehementius. Sol-
 sum ius aluum cit. Membrana gallinaz tosta & data in oleo ac sale cæliacorum dolores mul-
 cet. Abstinere autem frugibus ante & gallinam & hominem oportet. Fimum columbinum to-
 stum potumque. Caro palumbi i aceto decocta dysentericis & cæliacis medef. Turdus inas-
 tus cum myrti baccis dysentericis. Item merula. Item medetur mel in quo sint imortuæ apes
 decoctum. Grauissimum uitium Apuleios appellatur. Huic resisti aiūt discerpti uespertilionis

uel ferreo
iunco

uel lleos

sanguine. Etiam illito uentre subuenire. Silit alui & cochlea sicut diximus i suspiriosis tepata. Ite cinis eaze q uiuæ cremata sint potus ex uino austero. Gallinaceoz iecur assum cu uentriculi membrana: quæ ab iici solet inueterata: amixto papaueris succo. Alii recentē torrēt ex uino bi bōdam. Ius pdicū & p se uētriculus cōtritū ex uino nigro. Item palūbus ferus & e posca deco ctus. Lyen pecudis tostus & in uino tritus. Fimū colūbinū cū melle illitū. Ollifragi uēter arefa ctus & potus iis qui cibos nō conficiunt: utilissimus: uel si manu tm̄ teneant capiētes cibum. Quidāq; adalligant ex hac cā: sed cōtinuare nō debēt. Maciem enim facit. Silit & anatū ma sculaz sanguis. Inflationem discutit cochleaz cibus. Tormina sanat lyen̄ ouiū tostus: atq; e uino potus. Palumbus ferus ex posca decoctus. Apodes ex uino. Cinis ibidis sine pēnis crema ta potus. Quod p̄terea traditur in torminibus. Mirum est anate appōita uētri transire mor bum: anateque emori. Tormina & melle curātur in quo sunt apes imortuæ decocto. Coli ut tium efficacissime sanatur ab aue galerita assa in cibo sumpta. Quidam in uase nouo cū plu mis exuri iubēt: conterique in cinerem: bibiq; ex aqua coctum cochlearibus ternis per quadri duum. Quidam cor eius adalligari femini. Alii recens repensq; adhuc deuorari. Cōfularis as p̄ natum domus est: in qua alter e fratribus colo liberatus est: aue hac in cibo sumpta: & corde eius in ermilla aurea icluso: alter sacrificio quodā factō crudis laterculis ad formā camini: at q; ut sacz peractum erat obstructo sacello. Vnum est ollifrago intestinū mirabili natura oia deuorata cōficiēti. Huius partem extremā adalligatā prodesse cōtra colū cōstat. Sunt occultī interaneoz morbi: de quibus mixz pdif. Si catuli priuūq; uideant applicent̄ triduo stomacho maxime ac pectori: & ex ore acri suctū lactis accipiant transire ium morbi: postremo exanima ri: dissectiq; palam fieri acri causas. Mori & humari debere eos obrutos terra. Magi quidem uespertilionis sanguine contacto uentre in totū annū caueri dolorē tradunt. Aut in dolore si quis aquam per pedes fluentem haurire sustineat.

Ad calculos: & uesciæ dolores testiq; & unguinum tumores: & ad panos. **CA. VIII.**

MVRINO fimo cōtra calculos illinire uentrem prodest. Herinacei carnem iucundā esse aiunt: si capite percusso uno icu interficiat̄ priuūq; in se urinā reddat. Eos qui car nem ederit straguriæ morbū cōtrahere minime posse. Hæc caro ad hūc modū occi sa stillicidia uesciæ emēdat. Ite suffitus ex eodē. Quod si urinā i se reddiderit: eos q carnē ederit: straguriæ morbū trahere tradit̄. Iubēt & uermes terrenos bibi ex uino aut passō ad cōminuēdos calculos: uel cochleas decoctis uti suspiriosis. Easde exēptis testis tritūq; tres i uini cyathis bibi: sequēti die duas: tertia die unā: ut stillicidia urinæ emēdet. Testaz uero ina niū cinere ad calculos pellēdos. Ite hydri iecur bibi. Vel cinerē scorpionū in pane sumi. Vel si quis cū locusta edit. Lapillos q in galliaceoz uesciæ: aut in palūbiū uentriculo inueniatur con teri: & potioni inspergi. Item membranā e uentriculo gallinacei aridā: uel si recens sit: tostam. Fimum quoq; palumbium in faba sumi contra calculos & alias difficultates uesciæ. Silr plu marum cinerem palumbinum fetorum ex aceto mulso. Et intestinoz ex iis cinerem cochlea ribus tribus e nido hirundinum. Gryllum dilutum aqua calida. Ollifragi uētrē arefactum. Turturis fimum in mulso decoctum: uel ipsius decoctæ ius. Turdos quoq; edisse cum baccis myrti prodest urinæ. Cicadas tostas in patellis. Millepedam oniscon bibisse. Et in uesciæ dolo ribus decoctum agninoz pedum. Aluum cit & gallinaceorum decoctum ius: & acria mollit. Cit & hirundinū fimū adiecto melle subditum. Sedis uitis efficacissima sunt oesypum. Quidam adiciunt pompholigen: & rosaceum. Canini capitis cinis senecta serpētis ex aceto si rha gades sint. Cinis fimi canini candidi cum rosaceo. Aiuntq; inuentum Aesculapii esse. Et eodē uerrucas efficacissime tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps bouis. Procidencia alui suc cus cochleaz pūctis euocatus trita depellit. Attritis medef cinis muris siluatici cum melle ul herinacei: uel uespertilionis. Et anserinus cum cerebro & alumine & oesypo. Fimū colūbinū cū melle. Condylomat̄is priuat̄i araneus dēpto capite pedibusq; infricatus. Ne actia perurāt: adeps anserinus cū cæra punica cærsa rosaceo. Adeps cygni. Hæc & hemorthoidas sanare di cunt Ischiadicis cochleas crudas tritas cū uino amineo & pipere potu pdesse dicunt. Lacertā utridē in cibo ablatis pedibus interaneis capite. Sic & stellationem adiectis huic papaueris nigri obolis tribus. Ruptis cōuulsis fel ouium cū lacte mulierum. Verēdoz fornicationibus uerru cisq; medef arietini pulmonis inassati fanies. Cæteris uitis uellez eius uel fordidoz cinis ex aqua. Seuū ex omēto pecudis & p̄cipue a renibus amixto cinere pumicis ex sale. Lana succida ex aq frigida. Carnes pecudis cōbustæ ex aqua. Mulæ unglaz cinis. Dētis caballini cōtusi fa-

rina inpersa. Testibus uero farina ex ossibus canini capitis sine carne trita. Si decidat testum alter: spumâ cochleae illitâ remedio esse tradit. Tetrus ibi ulceribus & manantibus auulsiâ canini capitis recentis cineres. Cochleae latae paruae cōtritae ex aceto uel cinis eius. Mel in quo apes sunt emortuae cū resina. Cochleae nudae quas in africa gigni diximus tritae cū thuris pol- line & ouoꝝ albo. xxxq; die resoluunt. Aliqui p thure bulbū amiscēt. Hydrocoelicis stellationes mire prodesse tradunt capite pedibus iteraneisq; dēptis: reliquū corpus iassatū. In cibo id sa- pius dat. Sicut ad urinā incontinctiā. Caninū adipem cū alumine scisso fabae magnitudine. Co- chleas africanas cū sua carne & testa crematas potō cinere. Anserū trium linguas iassatas i ci- bo huius rei auctor est Anaxilaus. Panos aperit seuū pecudū cū sale tosto. Murinū simū am- mixto thuris polline: & sādaraa iposita discutit. Lacertae cinis: & ipsa diuisa iposita. Itē multi peda cōtrita: amixta resina terebithina ex parte tertia. Quidā & sinopidē amiscēt: cochleae cō- tusa & per se cinis inaniū cochlearū cæra mixtus disculsiōriā uim hēt. Fimū colūbarū p sese uel cū farina hordeacea: aut auenacea illitū. Cantharides mixta calce panos scarpelli uice au- runt. Inguinū tumorē cochleae minutae cū melle illitae leniūt. Varices ne nascant: lacertae san- guine pueris crura ieiunis a ieiuno illinūt.

Ad podagras: et articuloꝝ dolores.

CA. IX.

Podagra lenit oesypū cū lacte mulieris & caerussa. Fimū pecudū qđ liquidū reddūt. Pulmones pecudū. Fel arietis cū seuo muris disiecti impositi. Sanguis mustelae cum plātagie illitus & uiuae cōbustae cinis ex aceto & rosaceo si pēna illinat. Vel si cæra & rosaceū amiscet fel caninū ita ne manu atigatur: sed pēna illinat. Fimū gallina- rū: uermiū terrēoꝝ cinis cū melle: ita ut tertio die soluat. Alii ex aqua illinite malūt. Alii ipso aceto mēsurā cū mellis cyathis tribus: pedibus ante rosaceo perunctis. Cochleae latae potae tol- lere dicuntur pedum & articuloꝝ dolores. Bibuntur aut binae in uino tritae. Eadem illinūt cū helxines herbae succo. Quidā ex aceto intriuisse cōtenti sunt sale. Quidā sale cū uipera cre- matis in olla noua & sapius sumptis aiūt podagra liberari. Utile esse & adipe uiperino pedes perungi. Et de miluo affirmant: si inueterato tritoq; quantū tres digiti capiant bibat ex aqua. Aut si pedes sanguine cum urtica uel pēnis eoꝝ cum primū nascunt: tritis cū urtica. Quin & fimus eoꝝ articularibus doloribus illinūt. Item cinis mustelae aut cochleae & cū amylo uel tragacantho. Incurtos articulos aranei telae cōmodissime curant. Sunt q cinere eae: uti malint. sicut fimi colūbini cinere: cū polenta & uino albo. Articulis luxatis p̄sentaneū est & seuū pecu- dis cū cinere & capillo mulieris. Perniosis quoq; imponit seuū pecudū cū alumine. Canini capitis cinis aut fimū muriū. Quod si putrida sint ulcera cæra ad cicatricē perducunt: uel gryl- lorū crematoꝝ fauilla ex oleo. Item muris siluatici cū melle. Vermū quoq; terrēoꝝ cū oleo uetere. Et cochleae quae nudae iueniunt. Vlcera oīa pedum sanat cinis eae quae uiuae combu- stae sint. Fimūq; gallinacei cinis exulcerationes colūbini fimi cinis ex oleo. Attritus ē calciamē- toꝝ ueteris soiae crematae cinis. Agninus pulmo & arietis sanant. Dentis caballini contusi fa- rina priuatim subleuat. Lacertae uiridis sanguis subtritus & hominū & iumentoz pedes sub- litus sanat. Clauos pedū urina muli mulaeue cū luto suo illita. Fimū ouū. Lecur lacertae uindis uel sanguis: flocco impositus. Vermes terreni ex oleo. Stelliois caput cū uiticis pari modo tri- tum ex oleo. Fimū colūbinū decoctū ex aceto. Verrucas uero oīum genēꝝ: urina canis recens cum suo luto illita. Fimi canini cinis cum cæra. Fimū ouū. Sanguis recens murinus illitus: uel ipse mus diuulsus. Herinacci fel. Caput lacertae uel sanguis uel cinis totius. Mēbrana seneclutis anguū. Fimū gallinaceū cū oleo & nitro. Cantharides uua taminia intritae exedūt. Sed ita erofas aliis quae ad perfananda ulcera monstrauimus curari oportet.

Remedia aduersus morbos toti corpori.

CA. X.

Nunc autē reuertemur ad ea q̄ totis corporibus medēda sunt. Fel canis nigri ma- scu li amuletū eē magi dicūt domus totius. Suffitae eo purificataeue cōtra oīa mala me- dicamenta. Itē sanguine canis respersis parietibus: genitaliq; eius sub limine ianuae defosso. Minus mirent hāc qui sciūt foedissimū ai alium quantū magnificent thi- cinū: qm̄ uni nullus sit exitus faginae nec finis alia quā morte: diuitus in fame uiuēt. Septenis ita diebus durasse tradunt. At in facietate paucioribus dehiscere. Sunt qui hunc ex aure fini- stra canis oēs dolores sedare adalligatū. Funditū in augurio uitalium habent. Nā si æger ei re- spondeat qui intulerit a pedibus stanti: interrogantiq; de morbo spem uitae certā esse. Moritu- rum nihil respondere. Adiciunt ut euellatur ex aure leua canis: cui non sit alius quā niger co-

uel ex aure
damulae

lor, Nigidus fugere tota die canes cōspicū eius qui e sue id animal euellerit scriptū reliquit. Rufus magi tradunt lymphatos sanguinis talpa asperū respiscere. Eos uero q a nocturnis diis faunifq; agitent: draconis lingua & oculis & felle: intestinisq; in uino & oleo decoctis: ac sub diuo noctu refrigeratis perunctos matutinis uespertinisq; liberari perfrictionibus. Remedio esse tradit Nicander amphys benam mortuā adalligatam uel pellem tantū eius. Quinimo arbori quæ caedatur adalligata nō algere credentes: faciliusq; succidere. Itaq; sola serpentium frigori se cōmittit prima oium procedēs & ante cuculi cantū. Aliud est cuculo miraculū: quo quis loco primū audiatur alitē illam: si dexter pes circūscribatur: ac uestigiū id defodiatur: non gignit pulices ubiq; spargat. Paralytis cauentibus pinguis glirū decoctoz & foricū utilissī ma tradunt esse. Millepedas aut in anginis diximus potas. phthisin sentientibus lacertā uiridē decoctā in uini sextariis tribus: ad cyathū unū singulis cochlearibus sumptis p dies: donec cōualescant. Cochlearē cinerem potum in uino. Comitialibus morbis oesypū cum myrrhæ momento & uini cyathis duobus dilutum magnitudine nucis auellanae a balneo potum. Testiculos arietinos inueteratos tritosq; dimidio denarij pondere in aqua uel lactis asini hemina. Interdicitur uini potus quinis diebus ante & postea. Magnifice laudat & sanguis pecudum potus. Itē sel cum melle p̄cipue agnū. Catulus lactens sumptis absciso capite pedibusq; ex uino & myrrha. Uen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis trāsmarini cinis potus in aceto. Tunicula stellionis quā eodem mō ut anguis exiit pota. Quidam & ipsum harūidine exente ratum inueteratūq; bibedū dedere. Alii in cibo in ligneis ueribus inasatū. Operatū quomō p̄cipiatur scire cū exiit membranā hyberna alia deuorati est: qm nullū aīal fraudulentiū inuidere hominī tradunt. Inde stellionū nomē aiunt in maledictū translātū. Obseruāt cubile eius æsta tibus. Est aut in locis hostioz fenestratūq; aut cameris sepulchrisue. Ibi uere incipiente fistis harundinibus textas opponunt casaz quæ angustis etiam gaudet: eo facilius exuens circūdatum torporē. Sed eo derelicto non p̄t remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis p̄fert. Prodest & cerebz mustelæ inueteratū potūq; & secur eius. Testiculi: uuluz que aut uentriculus inueteratus cum coriandro: ut diximus: item cinis. Siluestris uero tota in cibo sumpta. Eadē omnia prædicantur ex uspera. Lacerta uiridis cum cōdimentis quæ fastidū abstergāt: ablatis pedibus & capite. Cochlearū cinis addito semine lini & urticæ cū melle inunctos sanat. Magis placet draconis cauda in pelle doreadis alligata cerutis neruis. Vel lapilli e uentre pullogz hirundinū sinistro lacerto annexi. Dicunt enim excluso pullo lapillū dare. Quod si pullus is detur incipienti in cibo: quem primum peperit: cum quis primū tentatus sit: liberatur eo malo. Postea medet hirundinū sanguis cū thure: uel cor recens deuorati. Quin & e nido earum lapillus ipositus recreare dicit cōfestim: & adalligatus perpetuo tueri. Prædicatur & secur misui deuoratum: & senectūs serpentiū. secur uulturis tritū cū suo sanguine ter septenis diebus potū. Cor pulli uulturini adalligatū. Sed & ipsum uulturem in cibo dari iubent: & quidē satiatum humano cadauere. Quidā pectus ei bibedū censent: & in terrino calice. Aut testes gallinacei ex aqua & lacte antecedente quinq; diez abstinentia uini ob id inueteratos. Fuere & qui. xx. unam muscas ruffas: & quidem emortuas in potu darēt: infirmioribus pauciores.

Contra morbū regiū: & freneticos: & cōtra febres: & hydropicos. CA. XI.

Morbo resistunt regio fordes aurū: aut māmaz pecudis denarij pondere cū myrrhæ momento & uini cyathis duobus. Canini capitis cinis in mulso. Multipeda in uini hemina. Vermes terreni in aceto mulso cū myrrha: Gallina si sit luteis pedibus prius aqua purificatis: dein collutis uino qd bibatur. Cerebrū perdicis: aut aquila i uini cyathis tribus. Cinis plumaz aut interancoz palūbi: sed in mulso ad cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis crematoz cochlearibus duobus in aqua mulsa. Auis icterus uocaf a colore: quæ si spectet: sanari id malū tradunt: & auem mori. Hanc putō latine uocari galgulū. Phreneticis prodesse uidetur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam nō mō muris cerebrum dari potui ex aqua: aut cinerē mustelæ. uez etiam inueteratas herinacei carnes qz pot sit furenti et si certa sit medicina: Bubonis quidē oculoꝝ cinerem inter ea quibus prodigiōse uitā ludificant: acceperim. Præcipueq; febrū medicina placitis eoz renunciat. Nāq; & in. xii. si gna digessere eā sole transmeante: iterūq; luna: qd totū abdicandū paucis exemplaribus docebo. Siquidē crematis tritisq; cū oleo pungi iubent agros: cū geminos transit sol: cristis: & auribus: & unguibus gallinaceoz. Si luna ratis barbis eoz. Si uirginē alteruter hordei granis. Si fa-

gittarium uespertilionis alis. Si leonē luna tamaricis fronde: & adiciunt fatiuz. Si aquarium e buxi carbōibus tritis. Ex istis cōfessa aut certe uerisimilia ponemus: sicut & lethargū olfacto riis excitari. Inter ea fortassis mustelae testiculis inueteratis: aut iocinerē uisio. Iis quoq; puluonem pecudis calidum circa caput adalligari putant utile. In quartanis medicina clinice prope modū nihil pollet. Quamobrem plura eorū remedia ponemus. Primūq; eum quem adalligari iubent puluere: in quo se accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo. Canis nigri dentem longissimum. Pseudosphaecen uocat uespam: quae singularis uolitat. Hanc sinistra manu apphensam subnectunt. Alii uero quā quis eo āno uiderit primā. Viperæ caput abscisum in linteolo: uel cor uiuentis exemptum. Muris rostellū auriculasq; summas roseo panno: ipsūq; dimittūt. Lacertæ uiridis uiuæ dextrū oculū effossum mox cū capite suo deciso ī pellicula caprina. Scarabeus qui pilulas uoluit. Propter hunc aegypti magna pars scarabeos inter numina colit curiosa. Appionis interpretatione qua colligit solis operū similitudinē huic animali esse ad excusandos gentis suæ ritus. Sed & alium adalligant magi cui sunt cornicula reflexa sinistra manu collectū. Tertium q uocat fullo albis guttis dissectū utriq; lacerto adalligant. Cætera sinistro: cor anguinū sinistra manu exemptū uiuentibus. Scorpionis caudæ quattuor articulos cū aculeo panno nigro: ita ut nec scorpionē dimissum: nec cum q alligauerit uideat æger triduo. Post tertiu circuitum id cōdat. Erucā in linteolo ter lino circuitant totidē modis ad singulos dicentes: quare faciant: quā medebunt. Limacem in pelliculā uel quattuor limacū capita pisa harūdine. Multipedam lana inuolutā. Vermiculos ex qbus tabani fiunt: ante q pennas germinant. Alios e spinosis fructibus lanuginosos. Quidā ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putamine adalligant. Cochleasq; quæ nudæ inueniunt. Strellionē inclusum capsulis subiciūt capiti: & sub decursu febris emittunt. Deuorari autē iubent cor mergi marini sine ferro exemptum: iueteratūq; conteri: & in calida aqua bibi. Corda hirūdinū cū melle. Alii simū drachma una in lactis caprini: uel ouilli: uel passio cyathis tribus ante accessiones. Sunt qui totas censeat deuorandas. Aspidis cutem pondere sexta parte denarii cū piperis pari modo parthorū gentes in remediū quartanæ bibunt. Chryssippus philosophus tradidit phrygionem adalligatū remedio esse quartanis. Quod esset aīal: nec ille descripsit: nec nos inuenimus q nouisset. Demōstrādum tamē fuit a tam graui auctore dictū: si cuiusq; cura efficacior esset ad inquirendū. Cornicis carnes esse: & nidum illinitē in longissimis morbis utilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi: qm̄ miseria copia spei detecto: an ne aranei quē lycum uocat tela: cū ipso specu toto resina cæraq; imposta utriq; temporibus & fronti prosit. Aut ipse calamo adalligatus: qualiter & aliis febribus pdesse tradit. Itē lacerta uiridis adalligata uiua in eo uaselo quo cibū capiat. Quo genere & recidiuas frequēter abigi affirmant. Hydriopis oesypum ex uino additā myrrha modice potui datur nucis auellanae magnitudine. Aliqui addūt & anserinum adipem & oleum myrteum. Sordes ab uberibus ouium eundē effectum habēt. Item carnes inueteratae herinacæ sumptæ. Vomitus quoq; canum illitus uentri: aquā trahere promittitur.

Ad ignē sacru: ad carbūculos furūculos ambusta neruorūq; cōtractiones. CA. XII.

Gni sacro medef. oesypum cum pōpholyge & rosaceo. Rhicini sanguis. Vermes terreni ex aceto illiti. Gryllus contritus in manibus. Quo genere pstat: ut qui id fecerit anteq; incipiat uitii: toto eo āno careat. Oportet autē eū ferro cū terra cauernæ suæ tolli. Adeps anseris. Viperæ caput aridū asseruatū & cōbustum: dein ex aceto impostum. Senectus serpetiū ex aqua illita a balneo cū bitumine & seuo agnino. Carbonculus fimo colūbino deles p se illito: uel cū lini semie ex aceto mulso. Itē apibus q in melle sunt imortæz spositis. Polētaq; iposita: si i uerēdis sit: cæterisq; ibi ulceribus occurrit e melle oesypū cū plūbi squamis. Itē simū pecudū icipientibus carbūculus. Tuberā & quacūq; moliri opus sit effi cacissime anserino adipe curant. Idē praestat & gruū adeps. Furunculis mederi dicūt araneus si priusq; noies sit impostus: & tertia die solutus. Musaraneus pēdens enecatuz: sic ut terram nec postea attingat: ter circūdatus furūculo toties expuētibus medēte & cui medebit. Ex gallinæo fimo qd est rufum maxime recēs illitū ex aceto. Vētriculus ciconiæ i aqua decoctus. Musæ impari numero infricatae digito medico. Sordes ex pecudū auriculis. Seuū ogium uetus cum cinere e capillis muliege. Seuum arietis cum cinere punici & salis pari pondere. Ambullis capitum canis cinis medef. Item glitrium cum oleo. Fimū ouium cū cæra cōmixtum. Muriū cinis & cochleaz. Eoq; sic ut ne cicatrix quidē appareat. Item adeps uiperinus. Fimi colūbini cinis ex oleo illitus cyprino. Neruorū nodis medetur capitis uipini cinis ex oleo cyprino illitus.

uel pumi-
cis

Terreni uermis cinis cū melle illitus: et dolores tollit. Itē amphisp bēa mortuā adalligata. Adeps uulturnus cum uentre arefactus: cōstritusq; cū adipe suillo inueterato. Cinis e capite bubonis in mulsio potus cum lili radice: si magis credimus. In cōtractione neruog; caro palumbina i cibis prodest & inueterata. Herinacei spasticis. itē mustelae cinis. Serpentiū senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri phibet. Opilthoticis milui iecur aridū tribus obolis in aquae mulsae cyathis tribus potū. Reduias & quae in digitis nascuntur pterygia tollunt canini capitis cinis aut uulua decocta in oleo super illito butyro ouillo cum melle. Itē folliculus cuiuslibet aialis fellis. Vnguim scabricia catharides cū pice tertio die soluta: aut locustae frictae cū feuo hircino. Pecudū seuū. Aliq; miscēt uiscū & portulacā: ul' aeris florē. ita ut tertio die soluat.

Ad sanguinem sistendum: & tumores uulnerum: ulcera: uulnera: & alia mala ex animalibus remedia.

uel redi-
uiua

CA. XIII.

Sanguinē sistit e naribus seuū ex omento pecudū illitum. itē coagulū ex aqua maxime agninum subditū uel infusum et si alia nō profint. Adeps anserinus cum butyro pari pondere passillis ingestus. Cinis cochleae terrenae. Sed & ipse extractae testis. E naribus fluētē sanguinē sistunt cochleae cōstritae frictae illitae. Aranei telae suppositae. Gallinacei cerebellū: uel sanguinis profuuita a cerebro. itē columbinus sanguis ob id seruatus cōcretusq;. Si uero ex uulnere imodice fluat fimi caballini cum putaminibus quoque cremati cinis impositus mire sistit. Et uulneribus medef oesypum cum hordei cinere & ferrugine aquis partibus. Ad carcinomata ac serpentina quoque ualeat. Erodit & ulceq; margines. Carnesq; quae excrescunt: ad aequalitatem redigit. Explet quoque: & ad cicatricē perducit. Magna uis & in cinere pecudū fimi ad carcinomata addito nitro: aut cinere ex ossibus feminum agnorum: maxime in iis ulceribus quae cicatricē non trahunt. Magna & pulmonibus praecipue arietum. Excrescentes carnes in ulceribus ad aequalitatem efficacissime reducant. Fimo quoque ipouium sub testa calefacto & subacto tumor uulneq; sedatur. Fistulae purgantur sananturq;. Item epinyctides. Summa uero uis in canini capitis cinere. Excrescentia oia spodii uice erodit ac persanat. itē marino fimo eroduntur. itēq; mustelae fimi cinere. Duricias et in alto ulcerum & carcinomata persequitur multipeda trita: admixta resina terebinthina & sinopide. Eademq; utilissima sunt in iis ulceribus quae uermibus periclitantur. Quin & uermiū ipoz; gna mirandus usus habent. Cosses q; in ligno nascunt. sanant ulcera oia. Nomas uero cōbulti cū pari pondere anisi & ex oleo illiti. Uulnera recentia conglutināt terreni: adeo ut neruos quoque abscessos illitis solidari infra septimū diē Democritus peruaferit. Itaq; in melle seruandos ceter. Cinis eoz; margines ulceq; duriores absunt cum pice liquida uel simbio melle. Quidam arefactis in sole ad uulnera ex aceto utunt: nec soluunt nisi biduo intermisso. Eadem ratio & terrenae cochleae est: quae exemptae tusaq; & impositae: recentia uulnera cōglutinant: & nomas sistunt: q; nō adharēt. Herpes quoque aial a geacis uocaf: quo praecipue sanantur quaecunq; serpunt. Cochleae quoque profunt cum testis suis tusa cum myrrha quidem & thūre et pefios neruos sanare dicunt. Draconum quoque adeps siccat in sole magnopere pdest. Item gallinae cerebri recentibus plagis sale uiperino in cibo sumpto. Tradunt & ulcera tractabilia fieri: & sanari celeriter. Antonius musa medicus cum incidisset insanabilia ulcera: uiperas edendas dabat: miraq; celeritate persanabat. Tryxallidum cinis margines ulceq; duos aufert cum melle. Item fimus columbinus cum arsenico & melle ea quae erodenda sunt. Bubonis cerebro cum adipe anserino mire uulnera dicuntur glutinari: quae uocant cacoethe. Cinis etiam feminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis sanat. Uulua quoque autis. cocta in oleo cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel: ad ulcera sananda ualeat. Viceq; labra duriora apes in melle emortuae emolunt. Et elephantiosin sanguis & cinis mustelae. Verberū uulnera atq; uibices pellibus ouium recentibus impositis. obliterantur. Articulog; fracturis cinis feminū pecudis peculiariter medef. Efficacius cū cera. Idē medicamentū fit ex maxillis simul uistis: cornuq; ceruino: & cera mollita rosaceo. Ossibus fractis caninū cerebrū linteolo illito superpositis lanis: quae subide subfundant fere quattuordecim diebus solidat. Nec tardius cinis siluestris muris cum melle: aut cum uermiū terrenoz; cinere. Qui etiam ossa extrahit. Catrices ad colorem reducit pecudum pulmo praecipue ex ariete seuum ex nitro. Lacertae uiridis cinis. Vernatio anguim ex uino decocta. Fimus columbinus ex melle. Item uitiligines albas ex uino. Et cantharides ad uitiliginem cum ruta foliorum duabus partibus in solet donec formicet cutis: toleranda sunt. Postea fouere: oleoq; perungere necessarium: iterūq; il-

ff h f

uulneribus
Cinere melle

uel simbo-
lo & melle

uulneribus
Cinere melle

uel ulcera

linire: idq; diebus pluribus facere cauentes exulcerationē altam. Ad eadē uulnigines: & mufcas illini iubent cum radice lapathog. Gallinarum fimum candidum feruatū in oleo ueterē cornea pyxide. Vespertilionum fanguinem. Fel herinacē ex aqua. Ad scabiem uero hubōis cerebrū cū aphronitro. Sed ante omnia fanguis caninus. Sedant pruritū cochleæ minutæ late contritæ illitæ. Harundines & tela quæq; alia extrahenda sunt corpori: euocat mus diflectus impositus. Præcipue uero lacerta diflecta: uel caput eius tatum cōtufum cum fale impositum. Cochleæ ex iis quæ gregatim folia feclantur contufæ impositæq; testis: & eæ q̄ māduntur eſt pte testis. Sed cum leporis coagulo efficaciffimæ. Oſſa anguium eundem cum coagulo cuiuscunq; quadrupedis intra tertium diem approbant effectum.

Ad muliebria mala medenda: & conceptus maturandos.

CA. XIII.

Audantur & cantharides tritæ cum farina hordeacea. Muliebris malis membrana a partu ouium proficiūt: ſicut in capris rettulimus. Fimū quoq; pecudum eodē uſus habet. Locuſtag; ſuffitu ſtranguriæ maxime mulierum iuuantur. Gallinaceorum testes ſubinde ſi a conceptu edat mulier: mares in utero fieri dicuntur. Partus conceptos hiſtricum cinis potus continet. Maturat caninum lac epotum. Euocat membrana e canum ſecundis: ſi terrā non attigerit. Lūbos parturientium potus lactis. Fimū marinum aqua pluuiā dilutum māmā mulierum a partu tumefcentes reficit. Cinis herinaceorum cum oleo perunctarū cuſtodit partus cōtra abortus. Facilius enitūtur q̄ fimū anſerinum cū aque cyathis duobus ſorbuere. Aut ex utriculo muſtelino per genitale eſſuentes aquas. Vermes terreni illiti in ceruices & ſcapulas: ne nerui doleant: præſtant. Grauidis ſecundas pellunt in paſſo poti. Idem per ſe impoſiti: māmārum ſuppurationes concoquūt & aperiunt: extrahuntq;: & ad cicatricē perducunt. Lac deuocant poti cum mulſo. Inueniuntur & in gramine uermiculi qui adalligati collo continent partū. Detrahuntur autem ſub partu: alias eniti non patiuntur. Cauendum etiam ne in terram ponantur. Conceptus quoque cauſa dantur in potu quini aut ſepreni. Cochleæ in cibo ſumptæ accelerant partū. Itē cōceptū impoſitæ cū croco. Eadē ex amylo & tragacantho illitæ proſtutua ſiſtunt. Proſunt & purgationibus ſumptæ in cibo: & uulſā auerſam corrigunt cum medulla ceruina: ita ut uini cochleæ denarii pondus addatur & cypetri. Inflationes quoque uuluarum diſcutiunt exemptæ testis: tritæq; cum roſaceo. Ad hoc alypaleicæ maxime eligūtur. Alio modo africanæ binæ cum ſcœnogræco quod tribus digitis capiatur additis mellis cochlearibus q̄tuor. Illinunt aluo prius irino ſucco perūctæ. Sunt & minutæ longæque candidæ cochleæ paſſim oberrantes. Eæ arefactæ ſole in tegulis: tuſæq; in farinam miſcentur lomento æquis portionibus. Candoremq; & leuorem corpori aſerunt. Scabendi deſideria tollunt minutæ & late cum polenta. Viperam mulier prægnans ſi tranſcenderit: abortum faciet. Item amphiſbenam mortuam dūtaxat. Nam uiuam habētes in pyxide impure tranſeunt: etiam ſi mortua ſit. Atque adſeruata partus faciles præſtat uel mortua. Mirum ſi non ad ſeruatam tranſcenderit grauida: innoxiam fieri: ſi protinus tranſcedat adſeruatā. Anguis inueterati ſuffitus menſtrua adiuuant. Anguiū ſeneſtus adalligata lūbis faciliores partus facit protinus a puerperio remouenda. Dant & in uino bibendā cum thure. Aliter ſumpta abortū facit. Baculus quo angui rana excuſſa ſit: parturiētes adiuuat. Tryxalidū cinis illitus cū melle purgationes. Item araneus q̄ filiū deducit ex alto: capi debet manu caua trituſq; admodum ri. Quod ſi redeuntē phenderit. inibebit idē purgationes. Lapis ætites in aqua reptus nido cuſtodit partus cōtra oēs abortuū inſidias. Pēna uulturā ſubiecta pedibus adiuuat parturiētes. Oui corui grauidis cauendū conſtat: qm̄ tranſgreſſus abortus aſperos facit. Fimū accipitris in malo potū uideſ fecundas facere. Vuluarum duriciās & collectiones adeps anſerinus: aut cygni emollit. Māmā a partu cuſtodit adeps anſeris cū roſaceo & araneo. Phryges & lycæones mannis puerperio uexatis inuenere otidum adipem utilē eſſe: & iis q̄ uulua ſtrangulenti: & blattas illinunt. Ouorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus & cæræ ſtantes māmā ſeruāt. Putant & ter circundatas ouo perdicis non inclinari. Et ſi ſorbeanſ eadē: ſcœcūditatem faciē: lactis quoq; copiā. Cum anſerino adipe perunctis māmā: dolores minuere. Molas uteri rumpe re. Scabiē uuluae ſedare ſi cū cimice trito illināſ. Vespertilionū fanguis pſilothi uim habet: ſed malis puerorum illitus: non ſatis proficit niſi erucæ uel cicutæ ſemen poſtea inducatur. Sic enim aut in totum tolluntur pili: aut non excedunt lanuginem. Idem & cerebro eorum profici putant. Eſt autem duplex: rubens utiq; & candidū. Aliqui fanguinē & iecur eius ammiſcēt. Quidā in tribus heminis olei diſcoquunt uiperā exemptis oſſibus & pſilothi uice utunt:

euullis prius pilis: quos renasci nolunt. Fel herinacei psilothrum est utiq; mixto cerebro uespilionis & lacte caprino. Item per se cinis cū lacte canis primi partus euullis pilis quos renasci nolunt: uel nōdum natis peructis partibus: alii nō surgunt. Idem euenire tradit sanguine rhici ni euulli cani. Itē hirūdinino sanguine uel felle.

Promiscuæ medicinæ.

CA. XV.



Vis formicarum supcilia denigrari cum muscis tritis tradūt. Si uero oculi nigri nascentiū placeant: soricē prāgnanti edendū. Capilli ne canescant: uermiū terrenorū cinere præstari admixto oleo. Infantibus q lacte cōcreto uexant: p̄sidiū est anguinū coagulū ex aqua potum. Aut si uitium coagulato lacte acciderit: discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dentitionē cerebrū pecoris utilissimū est. Ossibus in camino fimo inuētis adustio infantii: quæ uocat siriāsis adalligatis emēdat. Ramices infantii lacertæ uirides admotæ dormiētibus morsu emēdantur. Postea harūdini adalligatæ suspendunt in fumo. Tradūtq; pariter cū ea expirāte sanari infantē. Cochleæ salua illita infantii oculis: palpebras corripit: gignitq;. Rāicosis cochleæ cinis cū thure ex oui albi succo illitus p̄ dies. xxx. medef. Inueniunt in corniculis cochleæ harenacæ duritiæ. Eæ dētitionem facilem p̄stāt adalligatæ. Cochlearum inaniū cinis admixtus catæ p̄cidantium interaneorum partes extremas phibet. Oportet aut cineri misceri saniē punctis emissam e cerebro uiperæ. Cerebrū uiperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat. Ad idem ualent & grandissimi dentes serpentium. Fimū corui lana adalligatū infantii tussimēdet. Vix est serio complecti quædam nō omittēda tamē: quæ sunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marem hāc præhēdi. Id intelligi & qd sub cauda unam cauernam habeat. Id agendū ut per aurum aut argentū aut ostrum mordeat uitium. Tum in calice nouo illagatur: & in fimo ponitur. Urina infantii cohibet muribus elix in cibo datis. Scarabeorum cornua grandia denticulata adalligata in iis amuleti naturam obtinent. Bouis capiti lapillum tradūt inesse: quē ab eo expui si necē timeat: inopinatis præciso capite exemptum adalligatūq; mire prodesse dentitioni. Item cerebrū eiusdem ad eundem usum adalligari iubent. Et limacis lapillum siue ossiculum quod inuenit in dorso. Magnifice iuuat & ouis cerebrum gingiuis illitum. Sicut aures adeps anserinus cum ocimi succo impositus. Sūt uermiculi in spinosis herbis asperi: lanuginosi. Hos adalligatos ptinus mederi tradūt infantibus: si quid ex cibo hæreat. Somnos allicit oesypum cum myrrhæ momēto in uini cya this duobus dilutū: uel cū adipe anserino & uino myrrite. Auis cuculus leporina pelle adalligatus. Ardeolæ rostrum in pelle asinina frōti adalligatū. Putant & per se rostrū eiusdē effectus eē uino collutum. E diuerso somnū arcet uespilionis caput aridū adalligatum. In urina uirilī la certa necata uenerem eius qui fecerit cohibet. Nam inter amatoria esse magi dicūt. Inhibet & fimū cochleæ & columbinū cum oleo & uino potū. Pulmonis uulturini dextræ partes: uenerem cōcitant uiris adalligatæ gruis pelle. Item si lutea ex ouis quinq; columbarum admixta adipis suilli denarii p̄dere ex melle forbeanf. Passeres in cibo uel oua eoz. Gallinacē dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibicū cineres cū adipe anseris & irino punctis si conceptus sit: partus cōtinere. Contra inhibere uenerē pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis adalligatisq; pelle arietina tradūt. Itē cuiuscūq; galli gallinacē si cū sanguine gallinacē lecto subiciātur. Cogūt cōcipere inuitas fetæ: ex cauda mulæ si inuctis inter se colligent in coitu. Qui in urinā canis suam ingesserit: dicif ad uenerem pigrior fieri. Mirum & de stellionis cinere (si uez est) in linamēto inuolutū in sinistra manu uenerem stimulare. Si trāsterat in dextrā inhibere. Itē uespertilionis sanguinem collectum flocco suppositūq; capiti muliez libidinem mouere: aut anseris linguā in cibo uel potione sumptā. Phthiriasin a toto corpore potā mēbrana senectutis anguium triduo necat. Ac serum exēpto caseo potū cum exiguo sale. Caseos si cerebrum mustelæ coagulo addat: negat corrūpi uetustate: aut a muribus attingi. Eiusdēq; mustelæ cinis si def in ossa gallinacis pullis & colūbinis tatos eē a mustelis. lumētōz urinæ tormina uespilione adalligato finiūt. Vermicatio ter circūlato uerēdis palūbo mize dictu palūbis emissus morif: iumentumq; liberat cōfestim. Ebriosis oua noctuæ per triduum data in uino: tedium eius adducūt. Ebrietatem arcet pecudum alius pulmo præsumptus. Hirūdinis rostri cinis cum myrrha tritus & in uino quod bibatur inspersus: securos p̄stabit a temulentia. Inuenit hoc Horus assyrioz Rex. Præter hæc sunt notabilia animalium ad hoc uolumen pertinentium. Gromphenam auem in sardinia narrant grui similem ignotam iam etiam sardis: ut existimo. In eadem prouincia est ophion ceruis tantum pilo similis: nec alibi nascens. Iidem

uel libium

auttores nominauere firulugum. Quod nec quale esset animal: nec ubi nascere tradiderunt. Fuisse quidē non dubito: cum & medicinæ ex eo sint demonstratæ. M. Cicero tradit aialia bita ros uocari: qui uites in campania rodant.

De miraculis quarūdam bestiarum.

CA. XVI.



Peracta aquatilium dote non alienum uidetur indicare per tot maria tam uasta & tot milibus passuū terræ infusa: extraq; circumdata mensura pene ipsius mūdi quæ intelligant animalia centum septuaginta septē omniū generum esse: eaq; notatim complecti: Quod i terrestribus uolucris fieri nō quit. Neq; n. omnis idæ æthio- piæq; aut scythiæ desertorū nouimus feras aut uolucres cum hoium ipoz multo plurimæ sint discretiæ: quas inuenire potuimus. Accedat his taprobanæ insulæq; aliæ oceani fabulose narratæ. Profecto conueniet non posse oia genera in contemplationem uniuersam uocari. At hercule in tanto mari oceano quæq; nascunt: certa sunt: notioraq; qd' miremur: quæ p̄fundo natura merfit. Ut a beluis ordiamur: arbores phyteteres: balenæ: priustes: tritones: nereides: ele- phanti: hoies: qui marini uocantur: rotæ: orcæ: arietes: musculi: & alii pisciū forma arietes del- phini: celebresq; Homero uituli. Luxuriæ uero testudines: & medicis sibri: quoz & genere lu- tras nūq; mari accepimus mergi: tm̄ marina dicentes: iam caniculæ: dromones: cornutæ: gla- dii: serræ: cōmunesq; mari terræ anni hippopotami: crocodili. Et anni tantū ac maritimum: thynnides: siluri: coracini: percæ. Peculiaris aut maris accipenser: aurata: asellus: a carne: aphias: Alopecias: anguilla: araneus: box: batis: banchus: batrachus: belonæ: quos aculeatos uocamus: balanus: coruus: citharus. Chromborum genera: pessimus chalcis cobio. Callaris aselloz ge- neris ni minor esset: Colias siue pariamus siue saxitanus a patria bætica: lacertoz minima: ab iis mæotici: cybiū. Ita uocat concisa pelamis: quæ post. xl. dies a p̄to in mæotin reuertit. Cor dylla & hæc pelamis pusilla: cū in pontum e mæotide exit hoc nomē habet: cantharus: callyo- nimus: siue uranoscopus: cinædi: phiscinulæ: Cnide quā nos urticā uocamus. Cancroz genera chamæcistidæ: chamelæos: chamæpelorides: generis uarietate distantes: & rotūditate: chamæ- glycia: menides: quæ sunt maiores q̄ pelorides: Glycia siue corophia. Conchaz genera inter q̄ & margaritifera cochleæ: quæ generis p̄tadactyles: melicēbales: echinophoræ dicuntur: q- bus cantant. Extra has sunt rotūdæ in oleario usu cochleæ: cucumis: cynopus: cammarus: cy- nosdextia: draco. Quidam aliud uolunt esse dracūculum. Est autem graculo similis. Aculeos i brachiis habet ad caudam spectantis. Sic & scorpio lædit dum manu tollitur: erythinus eche- neis: echinus. Elephantii locustarū generis nigri: pedibus quaternis: bifulcis. Præterea brachia duo: binis articulis: singulisq; forficulis denticulatis. Fabri siue zeus Glaucisci: glanius: gōger: gettes: galeos: garus: hippos: hippuros: hirūdo: halipleumō: hippocampus: Heparcotinos: Sunt lacertorum genera: loligo uolitans. Locustæ: lucernæ: liparis: lamyrus: lepus: leones: quorum brachia cancris similia sunt. Reliqua ps locustæ: nullus: merula inter saxatiles laudata: mugil: melanurus: mena: metis: murena: Mys myllus: mystus murex: oculata: ophidjon: oftria: etia: or- tynō. Hic est pelamidū generis maximus. Neq; redit i mæotin: similis tritoni: uetustate melior. Orphus: orthragoniscus: phager: phycus saxatiliū: pelamis eaz; generis maxia apolectus uo- cat. Durius triton: phorcus: phitharus: passer: pastinaca. Polypoz genera: pectines maximi & nigerrimi æstate: laudatissimi mitylenis: tyndaride salonis: altini: antiū: in insula alexandriæ in ægypto. pectūculi: purpuræ: percides. pinna: pinnotheræ: rhina quæ squatinā uocamus. Rhom- bus: scarus principalis hodie: Solea: fargus: scylla: sarda. Ita uocat pelamis lōga ex oceano uo-

uel acus

niens. Scöber: salpa: horus: scorpens: scorpis: sciadeus: sciaena: scolopëdra: smyrus: scapini: ströbus: solen: siue aulos: siue donax: siue onix: siue dactylus: spondylus: maristella: spongia. Turdus inter saxatiles nobilis. Tomus: taurianus: quæ alii xiphia uocat. Thessa: torpedo: tetnea: Triton. Pelamidü gnäs magni: ex eo serena cybia fuit. Vrenæ: uua xiphia. His adiciemus apud Ouidium posita noia: quæ apud neminè aliü reperiunt. Sed fortassis in ponto nascunt: ubi id uolumentum supremis suis tibus inchoauit. Bopyrüm in scopulis uiuent. Orphü rubentè: rhacinüq; pullü: pictas mormyras: aureiq; coloris chryson. Præterea paruü teragü: & placentem cauda labru Epodas lati gnäs. Præter hæc insignia pisciü tradit: channè ex seipsa cöcipere. Glaucü æstæte nunq; apparere. Pomphilü qui semper comites nauigiöq; cursus. Chromin q; nidificet i aqs. Helopen quoq; dicit esse nris incognitü undis. Ex quo apparet falli eos: q; eundè accipere extimauerüt. Helopi palmä saporis inter pisces multi dedere. Sunt præterea a nullo auctore noiati fudis latine appellata: a græcis phyræna rostro similis noiæ: magnitudine iter äplissimos rarus: sed tñ nō degener: & pernæ cöchagæ generis circa pöras insulas frequētissima. Stæt uelut sullo crute lögo i arena defixæ: hiantesq; q; limpitudo est: pedali non minus spatio. Cibü uenanf. Dentes in circuitu marginü habet peçinatim spissatos. Intus pspondylo grandis caro est. Et hyenä piscè uidi in oenaria isula captum caput exerentè. Præter hæc purgamëta aliqua relatu indigna: & algis potius annumeranda q; animalibus.

uel tripho
non

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE. LIBER. XXXIII.
PROOEMIUM

Metallorum naturæ.



ET ALLA NVNC IPSAEQ; VE OPES. ET RER VM PRE-
cia dicent: tellurè intus exquirere cura multiplici. Modo q;pe ali
bi diuitis foditur: quærente uita aurum: argentum: æs: electrum.
Alibi deliciis gëmas: & parietü digitorüq; pigmëta. Alibi temeri
tati ferrum auro èt gratius inter bella cædesq;. Persequimur oës
eius fibras uidemusq; super excuatos montes mirantes dehisce-
re aliqñ: aut intremiscere illam. Ceu uero nō hoc èt exemplü in-
dignationis sacrae parëtis exprimi possit. Imus i uiscera eius: & in
sede manü opes quærimus: taq; pagæ benigna fertiliq; qua seceat.
Inter hæc minimü remedioq; gfa scrutamur. Cui. n. fodiendi cã
medicina est: Quanq; & hæc summa sui parte tribuit ut minime
parca: faciliq; in oibus quæ profunt. Illa nos premüt: illa nos ad

inferos agunt: quæ occultauit atq; demerit. Illa quæ nō nascunt: ut repete mens ad inane euo-
lans reputet quis deinde futurus finis est: sæculis oibus exhauriendi eã quousq; penetret aua-
ritia: Quæ innocēs q; beata: immo uero & delicata esset uita: si nihil aliud de ea nisi quod supra
terras cöcupisceret: haberetq; nō nisi qd' secü est: Eruiit qdè auz & chryso colla iuxta: ut pçio-
sior uideat nomen ex auro custodiens. Parum. n. erat naturæ unã inuenisse uitæ pestem: nisi in
precio èt esset sanies auri. Quærebat argentü auaritia. Boni cösuluit interim inuenisse miniü:
rubentisq; terræ excogitauit usum. Heu prodigiosa ingenia quot modis auximus precia rege-
re. Accessit ars picturæ: & auz argëtüq; cælando carius fecimus. Didicit homo naturã prouoca-
re. Auxere & artè uitioq; irritamëta. In poculis libidines cælare iuuit: ac p; obsenitates bibere.
Abiecta sunt deinde hæc: & sordere cöpere: & auri argëtüq; nimitü fuit. Murrhina & crysallia
ex eadè terra effodimus: quibus precium faceret ipsa fragilitas. hoc argumëtü opum: hæc uera
luxuriæ æstimata è gloria: habere qd' posset statim totü pite. Nec hoc fuit satis: turba gëmagæ
potamus: & smaragdis teximus calices: ac temulëtia cã tenere indiã iuuat: & auz iã accessio è.
Quæ prima cömendatio metalloq; auri: & de origine annuloq; aureoq; & modo auri apud
antiquos: & equestri ordine: & de iure annuloq; aureorum.

CA. I.



Tinãq; posset e uita in totum abdicari aurum sacra fames: ut celeberrimi auctores
dixere: pçissimum conuitiis ab optimis quibusq; & ad pnciem uitæ repertü. Quan-
tum foeliciores æuo cü res ipsæ permutabãt inter se: sicut & troianis temporibus fa-
ctitatum Homero credi cöuenit. Ita enim (ut opinor) cömercia uictus gratia inuē-

G

et alios coriis boum: alios ferro captiuifq; rebus emptitasse tradit: q̄q̄ & ipse miratus aurum
 æstimationes rerum ita fecit: ut centum boum arma aurea pmutasse Glaucū diceret cum Dio
 medis armis nouem boum. Ex qua cōsuetudine multa legum antiquaq; pecore constat etiā
 romæ. Pessimū uitæ scelus fecit: qui annulum primus induit digitis. Nec hoc quis fecerit tra-
 ditur. Nam de prometheo oīa fabulosa arbitror: q̄q̄ illi quoq; ferreū anulū dederit antiqui-
 tas: uinculumq; id non gestamen intelligi uoluerit. Midæ quidam annulum quo circumactio
 habentem nemo cerneret: quis nō etiā fabulosiorem fateat? Manus & prorsus sinistrae manū
 auctoritatem conciliare auro: nō q̄dem Romani quorum more ferendum erat bellicæ
 uirtutis insignia. De regibus romanis non facile dixerim. Nullum habet Romuli in capitolio
 statua: nec præter Nūmæ Seruiiq; Tullii alia. Nec. L. q̄dem bruti. Hoc in Tarquinis maxime
 miror: quorum egregia fuit origo: unde hic annulorum usus uenit: q̄q̄ etiā nūc Iacedæmonæ
 ferreo utant. Sed a Prisco Tarquinio omniū primo filium cum in p̄tæte annis occidisset. Fi-
 liū id insigne haberet: ceteri loq;. Et ideo miror Tarquinii eius statuā sine annulo esse. Quāq;
 & de nomine ipso ambigif. Id græci a digitis appellauerunt. Apud nos prisci unguis uocabat.
 Postea & græci & nri symbolum. Longo certo tēpore hē senatū quidē Romanū habuisse au-
 reos: manifestū est. Siquidē iis tm̄ q̄ legati ad exteras gētes ituri essent: annuli publice dabant.
 credo: qm̄ ita exteroq; honoratissimi itelligebant. Neq; aliis uti mos fuit: q̄ ex ea cā publice
 accepissent: uulgoq; sic triūphabāt. Et cū corona ex auro etrusca sustineret a tergo: anulū ta-
 men in digito ferreus erat: æqua fortuna triumphantis & serui coronā sustinetis. Sic triūpha-
 uit de Iugurta. C. Marius. Aureum nō ante tertium cōsulatum sumpsisse tradit. Ii quoq; qui
 ob legationē acceperāt aureos: in publico tm̄ utebant: intra domos uero ferreis. Quo argumē-
 to etiā nūc sp̄sæ annulus ferreus mittit. Ii q; sine gēma. Nec iliācis t̄pibus ullos fuisse anulū
 uideo: nūq; certe Homerus dicit: cū & codicillos missitatos epistolazē gr̄a i dicit: & cōditas ar-
 te uestes: ac uasa aurea argenteaq; & ea colligata nodi nō anulū nota. Sortiri quoq; cōtra pu-
 cationē duces nō annulis tradit. Fabricæ et̄ deum fibulas: & aliā mulieribus cultus: sicut inau-
 res in primordio factitasse sine mentione annuloq;. Et qui primus instituit: cōtāter id fecit le-
 uisq; manibus ac latentibus induit: cū si honos securus fuisset: dextra fuerit ostēdendus. Quod
 si impedimentū potuit in ea aliquod intelligi: etiam confertoris usu argumētū est maius in le-
 ua fuisse qua scutum rapit. Est quidē apud eundē Homerum uiroz; crinibus auzē implexam.
 Ideo nescio an prior usus a sceminis coepit. Romæ quidē non fuit auzē: nisi admodū exiguū
 longo tpe. Certē cū a gallis capta urbe pax emeret: non plus quam mille pondo effici potuerit.
 Nec ignoro. M. Crassum duo millia pondo auri rapuisse suo: & Pōpeii tertio cōsulatu e capito-
 lini Iouis folio a Camillo ibi cōdita: & ideo a pleriq; existimari duo millia pondo collata. Sed
 quod accessit: est gallog; præda fuit: detractūq; ab his i parte captæ urbis delubris. Gallos aut
 cum auro pugnare solitos Torquatus indicio est. Apparet ergo gallog; templorūq; tantūdē
 nec amplius fuisse. Quod quidē in augurio itellectū est: cū capitolinus duplū reddidisset. Illud
 quoq; obiter indicari conuenit: quoniā de annulis sermōne repetimus: æditum custodiae eius
 deprehensum fracta in ore annuli gemma statim expirasse: & inditium ita extintum. Ergo ut
 maxime duo tantū milia pondo cū capta est. Roma anno trecētesimo. lxxiii. fuere: cum iā capi-
 tū liberorū censa essent. c. lii. milia quingenti. lxxiii. Eadē post ānos. ccc. vii. quod ex capitolinæ
 ædis icēdio ceterisq; oibus delubris. C. Marius filius p̄neste detulerat tredecim millia pondo:
 sub eo titulo i triūpho trāstulit Sylla. Et argēti. vii. milia. Idē ex reliq; oī uictoria pridie transu-
 lerat auri p̄do. xv. milia: argēti p̄do. c. xv. milia. Freq̄ntior at̄ usus anuloz; nō atē. Cn. Flauū
 Annii filiū deprehēdit. Hic nāq; publicatis diebus fastis: quos pplus a paucis p̄cipū quottidie
 petebat: tantā gratiā plebis adeptus ē: alioquin libertino patre genitus: & ipse Apū Cæci scriba:
 cuius hortatu exceperat eos dies: cōsultando assidue sagaci ingenio promulgaueratq; ut ad-
 lis curulis crearet cum. Q. Anitio prenestino: qui paucis ante ānis hostis fuerat: præteritis. C.
 Petilio & Domicio: quoq; patres consules fuerant. Additum Flauio ut simul Tribunus plebis
 esset. Quo factō tāta senatus indignatione exarsit: ut anulū ab eo abiectū fuisse i antiquiss-
 mis reperiat analibus. Fallit plerosq; qui tū & equestrem ordinē id fecisse arbitrāt: Etenim
 adiectum hoc quoq; Sed & falera posita: propter ea nomē equitū adiectū est. Anulū quoq;
 depositos a nobilitate in annales reuoluit est: non a senatu uniuerso. Hoc actum. P. Sempitronio
 Longo. L. Sulpitio consil. Flauius uouit ædem concordia: si populo reconciliasset ordies. Et cū

ul' abiectū

ad id pecunia publica non decerneretur: ex mulctatitia sceneratoribus condemnatis ædiculã aream fecit in græcostasi: quæ nunc supra comitium erat. Inciditq; in tabula area eam ædem ecc. quattuor annis post capitolinam dedicatam. Ita quadringentis. xlviii. a condita urbe gestũ est: & primum annulorum uestigium extat. Promiscui autem usus alterum secundo punico bello. Neque enim aliter potuissent trimodia illa annulorum carthaginem ab Hannibale mitti. Inter cepionem quoq; & Drusum ex annulo in auctione nauali inimicitia coepere. Vnde origo socialis belli: & exitia terum. Ne tum quidem omnes senatores habuerit: utpote cum memoria auorum multi prætura functi in ferreo consenuerint: sicut Calphurnium & Manili- um: qui legatus. C. Marii fuerat iugurtino bello Feneſtella tradit. Et multi. L. Fufidium illum quem Scaurus in uita sua scribit. In Quintiorum uero familia aurum ne foeminas quidem habere mos fuerat. Nulloſque omnino annulos maior pars gentium hominumq; etiam qui sub imperio nostro degunt hodie habeat. Non signet oriens aut ægyptus etiam nunc litteris contenta solis. Multis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit: gemmas addedo exquisiti fulgoris: cenſuq; opimo digitos onerando: sicut dicemus in gemmarum uolumine. Mox & effigies uarias cælando: ut alibi ars: alibi materia esset in precio. Alias deinde gemmas uiolari nefas putauit: ac ne quis signandi causam in annulis esse intelligeret: solidas induit. Quasdam uero neque ab ea parte: quæ digito occultatur: auro cluſit aurumque millibus lapillorum uilius fecit. Contra uero multi nullas admittunt gemmas: auroque ipso signant: ut Claudii Cæsaris principatu repertum. Necnon & seruitia iam ferrum auro cingunt: alia p seſe uero auro decorant: cuius licentiæ origo nomine ipso in samothracia id institutum declarat. Singulis primo digitis gerere mos fuerat: qui sunt minimis proximi. Sic in Numma & seruii Tulli statuis uide- mus. Postea pollicis proximo induere etiam deorum simulacris. Dein iuuit & minimo dare. Gallia britanniæque in medio dicuntur usæ. Hic nunc solus excipitur: cæteri omnes onerantur: atque etiam priuatim articuli minoribus aliis. Sunt qui tres uni minimo cogerant. Alii uero & huic unum tantum: quo signanda signent. Conditurque ille ut res rara: & ad iniuriæ usus iudigna: uelut e sacrario promittur. Et unum in minimo digito habuisse preciosioris est in recondito suppellectilis ostentatio. Iam alii pondera eorum ostentant. Aliis plures q unum gesta re labor est. Alii bratteas inserunt leuiore materia: & propter casum gemmarum totam sollicitudinem amputant. Alii sub gemmis uenena cludunt: sicut Demosthenes summus oratorum gratia: annulosque mortis gratia habent. Demumque ut plurimum opum ita scelera annulis sunt. Quæ fuit illa priscoe uita: qualis innocetia in qua nihil signabatur? At nunc cibi quoq; ac potus uindictantur annulo a rapina. Hoc profecere mancipiorum legioes: & in domo turba externa acta. Seruorum quoque causu nomenclator adhibendus. Sed aliter apud antiquos. Singuli marcipores luciporeſue dominorum gentiles: omnem uictum in promiscuo habebat: nec ulla domi custodia a domesticis opus erat. Nunc rapiendæ comparantur epulæ: pariterq; qui rapiant eas. Sed & clauis quoque ipsas signare non est satis: grauatissimono: aut morientibus annuli detrahuntur: maiorque uita ratio circa hoc instrumentum esse coepit: incertum a quo tempore. Videtur tamen posse in externis auctoritatem eius rei intelligere circa Polyera- tem fami tyrannum: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus est pisce ipso: cir- citer ducentessimum. xxx. anum urbis nostræ interfecto. Celebratiorem quidem usum cum fo- nore coepisse argumento est consuetudo uulgi ad sponſiones etiamnum annulo exiliente: ab eo tempore quo nondum erat arra uelocior: ut plane affirmare possimus: nummos ante apud nos coepisse: mox annulos. De nummis paulopost dicitur. Annuli destinxere alterum ordinem a plebe: ut semel coeperant esse celebres: sicut tunica ab annulis senatum tantum: quãq; & hoc sero: uulgoque purpura latiore tunica usos inuenimus etiam præcones: sicut patrem. L. Helii. Stilonis Præconini ob id cognominati. Sed annuli plane medium ordinem tertiumq; plebi & patribus inferuere. Ac quod antea militares equi nomen dederant: hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factũ. Duo. n. Augusto decurias ordinante: maior pars iudicum in ferreo annulo fuit. licq; non equites: sed iudices uocabantur. Equitum nomen subsistebat in tur- mis equorum publicorum. iudicum quoq; non nisi quattuor decuriæ fuere primo. Vixq; mil- lia singula in decuriis inuenta sunt: nõdum prouinciis ad hoc manus admissis. Seruatumq; in hodiernum diem est: ne quis e nouis ciuibus in iis iudicaret.

De decuriis iudicum: & quoties nomina equeſtris ordinis immutata: & donis militaribus: & quando primum corona aurea.

CA. II
G ii

uel ex om-
nibus
uel cistas

Decuriae quoque ipsae pluribus discrete nominibus fuerunt. Tribunorumque aequi & Selectorumque & iudicum. propter hoc etiam Nongenti uocabantur ex nominibus Selecti ad custodiendam suffragiorum scita in comitiis. Et diuisus hic quoque ordo erat supra usurpatione nominum: cum alius se Nongentum alius selectum alius Tribunum appellaret. Tyberii demum principatus nono anno in unitatem uenit equester ordo annulorumque auctoritati forma constituta est. C. Asinio Pollione. C. Antistio Vetere consilio, anno urbis conditae. dcc. septuagesimo quinto. Quod miremur futuri pene de causa: cum C. Sulpitius Galba iuuenilem famam apud principem popinax poenis aucuparet: occupatusque in his esset quaestus in senatu uulgo inuito eius culpa defendi annulis. Hac de causa constitutum: ne cui ius eius esset: nisi cui igno uo ipsi patri auoque paterno sesteritia. cccc. census fuisset: & lege Julia theatri in. xiiii. ordinibus sedendi. Postea gregatim insignia id appeti coepit. Propterque haec discrimina Caius Princeps decuria quinta adiecit: tantumque natum est fas: ut quae sub Diuo Augusto impleri non poterant decuriae non capiant eum ordinem: passimque ad ornamenta ea etiam seruitute liberati tribulant: quod antea nunquam factum: quonia in ferreo annulo equites iudicesque intelligebant: adeoque promiscuum id esse coepit: ut apud Claudium Caesarem in censura eius unus ex equitibus Flavius Proculus. cccc. ex ea causa reos postulare. Ita dum separatur ordo ab ignominia: coactus est cum seruitutis iudicum autem appellatione separari eum ordinem primi omnium instituit Gracchi discordia popularitate in contumeliam senatus. mox ea debellata: auctoritas nominis uero seditionum euentu circa publicanos substitit: & aliquandiu tertiae uires publicani fuerunt. M. Cicerone demum stabiluit equestre nomen in consulatu suo ei senatum coactus: ex eo se ordine puerum esse celebrans: & eius uires peculiari popularitate querens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in re publica factum est. Coepitque adici senatui populorumque Romano equester ordo. Qua de causa & nunc post populum scribitur: quia nouissime coepit adici. Quinet ipsi equum nomen saepe uariatum est: in his quoque ad equatum trahebant. Celeres sub Romulo regibusque appellati sunt. Deinde flexuimus. Postea trofili: cum oppidum in thurcis citra uoluntios hoc nomine passum. ix. millia sine ullo adiumento perditum coepissent. Eius uocabuli uis durauit ultra. C. Gracchum: iunius certe quae ab amicitia eius Gracchanus appellatus est scriptum reliquit his uerbis. Quod ad equestre ordinem pertinet aera trofili uocabant: nunc eques uocant. ideoque quia non intelligunt trofili nomen quod ualeat: multosque pudet eo nomine appellari: & causam quae supradicta est: exponit. Inuitosque etiam in trofili uocari. Sunt adhuc aliqua non omittenda in auro differentiae. Auxiliares quippe & externos quoque aureis donauere: at ciues non nisi argenteis. Praeterque armillas ciuibus dedere: quas non hinc externi. sedem quod magis miremur coronas ex auro dedere ciuibus. Quis primus donatus sit ea non inueni. sed quis primum donauerit a. L. Pisone traditur. Apollonius dictator apud lacum regillum castris latinorum expugnatis ei cuius maxime opera capta essent: hac corona ex praeda dedit. Itaque L. Lentulus consul Serulio Cornelio mercedem famulitum oppido capto. Sed quaeque librarum corona Piso frugi filium ex priuata pecunia donauit: eaque coronam testamento re publica legauit.

De reliquo usu auri in uiris: & mulieribus: & de numero auro: & quando primum signatum est: res argenti & aurum: & ante quam signaretur qui mos in aere: & quae maxima pecunia primo census: & quotiens: & quibus temporibus auctoritas auri.

CA. III.

DEorum uero honori in sacris nihil aliud excogitatum est: quam ut auratis cornibus hostiae maiores duntaxat immolarentur. Sed in militia quoque in tantum adoleuit haec luxuria: ut M. Bruti in philippicis campis epistolae reperiunt frementes fibulas tribunicias ex auro geri. At Hercules idem tu Brute mulierum pedibus auge gestari tacuisti. Cuius sceleris nos coarguimus illum primum qui auro dignitatem per annulos fecit: ut habeant in lacertis iam pridem & uiri quod e dardanis uenit: itaque & dardanium uocabatur. Viri uero celticae dicuntur. Viriles celtibericae. Habeant feminae in armillis digitisque totis collo auribus. Per has discurrat catena circa latera: & inserta margaritarum pondera e collo dominarum auro pendant: ut in somno quoque unionem conscientiae assit. Etiamnum pedibus induit: atque inter stolam plebemque hunc medium feminae equestrem ordinem facit. Honestius uiri pedagogis id dicitur: balneaque diues pueroque forma couertit. iam uero etiam Harpocratem statuasque aegyptiorum numinum in digitis uiri quoque portare incipiunt. Fuit & alia Claudii principatu differentia inuisens his quibus admissio liberti eius dedissent: imaginem principis in annulo ex auro gerere: magna criminum occasione: quae omnia salutaris exortus Vespasiani principis aboluit: quae

ul' uiriolae
ul' utriolae
uel peris
uel pyris
uel isectre-
to
uel collo

publicando principem. De annulis aureis eorūq; usū hactenus dictū sit, primum scelus fecit: qui primus ex auro denarium signavit: quod & ipsum latet auctore incerto. Populus Romanus ne quidem argento signato ante Pyrrhū regem devictum usus est. Libralis unde etiā nūc libella dicitur: & dipōdius appendebat assis. Quare aeris grauis poena dicta. Et adhuc expensa rationibus dicuntur. Item impēdia & pondera. Quin & militū stipendiōq; hoc est stipis pōderanda pensatores libripēdes dicunt. Qua cōsuetudine in iis emptionibus quae mancipi sunt: etiā nūc libra interponit. Seruius rex primus signavit aes. Antea iudi usos romā. Timeus tradit. Signatum est nota pecūdum: unde & pecunia appellata. Maximus census, c. x. millia assium fuit illo rege. Et ideo haec prima classis. Argētum signatum est anno urbis quingentesimo octogesimo quinto. Qu. Fabio cōsule quinq; annis ante primum bellum punicum. Et placuit denarius p. decem libris aeris: quinarius p. quinq; sestertiū p. dipendio ac semisse. Librae autē pondus aeris in minutum bello punico primo cū impensis respublica nō sufficeret. Cōstitutūq; ut asses sextantario pōdere ferrent. Ita quinq; ptes factae: lucri dissolutūq; aes alienum. Nota aeris fuit ex altera pre lanus geminus: ex altera rosgae navis. Intriēte uero & quadrāte rates: q. dteans antea triūcis uocatus a tribus uncis. Postea Hānibale urgēte. Qu. Fabio Maximo dicta tore asses unciales facti. Placuitq; denariū. xvi. assibus pmutari. quinariū octonis: sestertiū quaternis. Ita respub. dimidiū lucreta est. In militari tñ stipendio semp denarius pro decē assibus datus. Nota argenti fuere biga: atq; quadriga: & ide bigati quadrigatq; dicti. Mox lege papyriana semūciales asses facti. L. ius Drusus in tribunatu plebis: octauam ptem aeris argento miscuit. Qui nūc uictoriatas appellat: lege clodia pculsus est. Antea enim hic nūmus ex illyri eo aduectus mercis loco habebat. Est aut signatus uictoria: & inde nomē Aureus nūmus post annū. lxxii. pculsus ē quam argenteus: ita ut scrupulū ualere sestertiū uicenis: qd efficit in libras ratione sestertiū: qui tūc erant sestertios nōgentos. Post haec placuit. xl. millia. Sed signari ex auri libris: paulatimq; principes iminuerē pōdus: minutissimus uero ad. xlv. millia. Sed a nūmo prima est origo auaritiā: excogitata foenore quaestiuosa segnitia. Haec paulatim exarsit rabie quadā non iam auaritiā: sed fames auri: utpote cū Septimuleius, C. Gracchi familiaris auro repensum caput eius excisum ad Opimiū tulerit: plūboq; in os addito paricidio suo republicam etiā circumseripserit. Nec iam quintiū aliquo: sed uniuerso nose Romano infamī Rex Mithridates Aquilio duci capto aurum in os infudit. Haec parit habendi cupido. Pudet intuentem trā oīa ista quae subinde noua graeco sermone excogitant: expōso argenteis uasis auro aut incluso: quibus deliciis ueneunt tā aurea q; inaurata: cū sciamus interdixisse castris suis sparta cū ne quis auge haberet: aut argentū. Tāto fuit plus animi fugitiuis nostris, Messala orator p. didit Antoniiū triuuirū aureis usum uasis in oibus obscenis desiderijs: pudendo et crimie Cleopatrae. Summa apud exteros licentiae fuerat poculo aureo puluino subdito Philippū regem dormire solitum. Agonenteium Alexandri Magni praefectū aureis clauis suffigere crepidas. Antonius in cōtumeliā naturae uilitate auro fecit opus proscrizione dignū. Sed spartaci equidē minor Populum Roma. uictis gentibus in tributo semper argentū imperitasse: nō auge sicut carthagini cū Hannibale uictae argenti pondo annua in quinquaginta annos nihil auri. Nec pōt uideri penuria mundi id euenisse. Nam Mida: sed & Croesus: infinitū possederāt. Iam Cyrus de uicta alia pondo. xxxiiii. millia inuenerat: praeter uasa aurea aurūq; factū: & in eo folia ac plata nū uitemq;. Qua uictoria argenti quingenta millia talentorū reportauit: & craterem Semiramidis: cuius pondus. xy. talentorum colligebat. Talentum autem aegyptium pondo. lxxx. patere Varro tradit. Iam regnauerat in colchis Salauces & Esubopes: qui terram uirginem nactus plurimū argenti auriq; eruisse dicitur in suanorū gēte: & alioquin uelleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureae camerae & argenteae trabes narrant: & columnae atq; parastatae: uicto Sesostris aegypti rege tam superbor: ut prodatur annis quibusq; sorte reges singulos e subiectis iungere ad currū solitus: sicq; triumphare. Et nos fecimus quae posteri fabulosa arbitretur. Caesar qui postea dictator fuit primus i aedilitate munere patris funebri omni apparatu arenae argenti usus est: feratq; argenteis uasis inceslere tum primū usum. Mox quod etiā in municipijs aemulantur. C. Antonius ludos scena argentea fecit. Item. L. Murena: & Caius princeps i circo pecma duxit. In quo fuere argenti pondo. c. xxiiii. Claudius successor eius: cum de britania triū pharet: inter coronas aureas unam. vii. pondo habuit: quam contulisset hispania citerior: alteram. ix. quam gallia comata sicut titulus indicauit. Huius deinde successor Nero Pompeii theatrum operuit auro in unum diem: quo Tyridati regi armeniae ostenderat. Et quota pars ea ap-

uel quinta
pte fracta

uel licitiq;

uel quaesita

uel praeter
alia

uel incessue
re

paratus fuit aureæ domus ambiens urbem: Auri in ærario Populi Roma. fuere Sex. Iulio. L. Aurelio consl. septem annis ante bellum punicū tertium pondo. dcc. xxyi. argenti nonaginta. duo millia & extra numerum. ccc. & lxxv. millia. Item Sex. Iulio. L. Martio cōsl. hoc est belli socialis initio: octingenta. xlyi. auri pondo. C. Cæsar primo introitu urbis in ciuili bello suo & ærario protulit lateꝝ aureoꝝ. xxyi. millia: & numero pondo. ccc. Nec fuit aliis tēporibus respu. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus perseo rege macedonico deuictō: prædam pondo trium millium: a quo tempore populus Roma. tributum pendere desiit. Laquearia quæ nūc & in priuatis domibus auro tēguntur: post Carthaginem euersam primo inaurata sunt in capitolio cēfura. L. Mummi. Inde transiere in cameras. in patietes quoq; qui iam & ipi tanquam uasa inauratur: cum sua ætas uaria de Catulo existimauerit: q; tegulas æreas capitolii inaurasset primus. Inuētores auri sicut metallorum fere oīum: septimo uolumine diximus. Præcipuā gratiā huic materiæ fuisse arbitror: non colore qui in argento clarior est: magisq; diei similis: & ideo militariibus signis familiarior: qm̄ is lōgius fulget: manifesto errore eoꝝ qui colorē sydeꝝ placuisse in auro arbitrantur: cum in gemmis aliisq; rebus non sit præcipuus. Nec pondere aut facilitate materiæ prælatū est cæteris metallis: cum cedat per utruq; plumbo. Sed quia rerum uni nihil igne deperit: tuto etiam in icendis rogisq; durate materia. Quinimo quo sæpius arsit: p̄ficiat ad bonitatem. Auriq; expimento ignis est: ut simili colore rubeat ignis. Atq; ipsum obryzū uocant. Primū autem bonitatis argumentū est q̄ difficillime accēdi. Præterea mirū spargentio lentissimæ ligni indomitū: palea citissime ardescere: atq; ut purget cū plumbo. coqui. Altera causa precii maior: q; minimū usus deterit: cum argento ære plumbo lineæ p̄ducant: manusq; sordescant decidua materia. Nec aliud laxius dilatur: aut numerosius diuiditur: utpote cuius unciæ in septuagenas & quinquagenas pluresq; bratteas quaternū utroq; digitorū sparguntur. Crassissimæ ex iis prenestinæ uocantur: etiamnū retinentes nomen fortunæ inaurato ibi si delissime simulacro. Proxima brattea quæstoria appellat. Hispania strigiles uocat auri paruulas massas: quod super oīa solum in massa auramento capitur. Cum cætera in metallis reperta igni perficiant: hoc statim auge est: consumatāq; materiā protinus habet cū ita iuenitur. Hæc enim inuentio eius naturalis est. Alia quā dicemus coacta. Super cætera non rubigo ulla: non erugo: non aliud ex ipso quod consumat bonitatem: minuatue pondus. Iam contra falsis & acciti succos domitores rerum cōstantia sup̄q; oīa netur: ac textitur lanæ modo: & sine lana. Tunica aurea triūphasse Tarquinum priscum Verrius tradit. Nos uidimus Agrippinā Claudia principis edente eo naualis prælii spectaculū assidentē ei: indutā paludamēto: auro textili sine alia materiæ. Attalicis uero iāpridem intextitur inuēto regū asiæ. Marmorī & tis quæ candefacti nō possunt uoi candido illinitur: ligno glutini ratione cōposita: leucoporon uocat. Quid sit hoc: aut quemadmodū fiat: suo loco docebimus. Aes inaurari argento uiuo: aut certe hydargyro legitimū erat: de quibus ut dicemus illoꝝ naturā reddentes: excogitata fraus est. Nam æs cruciatur in primis accensumq; resinguitur sale aceto alumie. Postea exarenatur: an satis recoctū sit splendore dependente: iterūq; exhalat igni: ut possit edomitū mixtis pumice alumie argento uiuo inductas accipere bratteas. Alumen in purgando uim habet talem: qualem esse diximus plumbo.

Ratio naturalis inueniendi auri: & qm̄ primū aurea statua: & medicinæ ex auro. CA. III.

Aurum inuenit in nostro orbe: ut omittamus indicū: atq; a formicis: aut gryphis apud scythas erutū. Apud nos tribus modis fluminū ramentis: ut in tago hispaniæ: pado italiæ: hebro thraciæ: Pactolo asiæ: Gange indiæ. Nec ullū absolutius auge est: ut cursu ipso trituq; perpolitū. Alio mō puteoꝝ scrobibus effodit: aut i ruina montiū. Quare utraq; ratio dicetur. Augē qui quærunt: ante omnia segullū tollunt: ita uocatur indicū: alueus ubi id est: arenæq; lauant: atq; ex eo quod resedit: cōiectura capiūt: ut inueniat aliquando in summa tellure protinus rara foelicitate: ut nuper in dalmatia principatu Nerōis singulis diebus etiā quinquagenas libras fundens: cū iā inuentū in summo cespite. Alutationē uocant: si & auro ea tellus subest. Cæterę mōtes hispaniæ aridi sterilesq; & in quibus nihil aliud gignatur: huic bono cogunt fertiles esse. Quod puteis fodit: canalitiū uocant: alii canaliē marmoris gloriæ inhærens: nō illo mō quo in oriente saphyro atq; thebaico aliisq; in gemis scintillat. Sed micæ amplexū marmoris: hi uenæ canales per marmor uagāt & latera puteoꝝ: & huc illuc inde nomine inuento: tellusq; ligneis colūnis suspendit. Quod effossum est tundit: lauatur: uritur: molitur in farinam. Nam quod cudunt apilascudem uocant: Argentum quod

exit a fornacis sudore quæ e camino iactat. Spurcitia in omni metallo uocatur scoria. Hæc in auro coquit iterum & tundit. Catini fiunt ex talconio. Hæc est terra alba similis argillæ. Neq; enim alia afflatu ignemq; & ardentem materiam tollat. Siertia ratio opera uicerit gigantum. Cuniculus per magna spatia actis cauantur montesq; lucernæ lumina. Eadem mensura uigiliatum est: multisq; mensibus non cernitur dies. Arrugas id genus uocant: sicut rimæ subitæ: & opprimunt operarios: ut iam minus temperari uideatur & profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquunt itaq; fornices crebri montibus sustinentis. Occurrant in utroq; græcæ silices. Hos igni & aceto rūpūt. Sæpius uero: quoniam in cuniculis uapor & fumus strangulat: cadunt fracturis. c. l. libras ferri terram agentibus. Egeruntq; humeris noctibus ac diebus per tenebras proximis tradentes: lucem nouissimi cernunt. Si longior uidet silex: latus sequitur. Fossam ambit quiete. Tamen in silice facilius existimat opera. Est namq; terra ex quodam argillæ græcæ galera mixta: candida uocat: prope inexpugnabilis. Cuneis eā ferreis aggrediunt: & iisdem malleis: nihilq; durius putant: nisi quod inter oia auri fames durissima est. Peracto opere ceruices forniciū ab ultimo cedūt: datq; signū. Ruinaq; solus intelligit in cacumine montis eius peruiigil. Hic uoce scilicet repente reuocari oparios iubet: pariterq; ipse deuolat. Mons fractus cadit a sese longo fragore: qui percipi humana mente non possit: & statu incredibile. Spectant uictores ruinam naturæ. Nec tamen adhuc augere est. Nec scire esse cum fodere. Tantaq; ad pericula euincenda fuit satis causæ sperare quod cuperent. Alius par est labor uel hoc maioris impendii flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium duxere obiter a centesimo plerūq; lapide. Corrugos uocant a corruatiōe credo: nimisq; & hic labor est. Præcepisse librameto oportet: ut fruaris quoniam influat: itaq; altissimis partibus ducit. Coualis & interualla substructis canalibus nunguntur. Alibi rupes inuicem cedunt: sedemq; trabibus cauatis præbere cogunt. Is qui cedit: funibus pendet: ut procul intuentibus species nefaria quidē: sed aliter fiat. Pendentes maiore ex parte librant: & lineas itinere præfigūt. Itaq; insistentis uel tigris hominis locus non est. Manes trabunt ad hoies ut uitium importent. Id genus terre urion uocant. Ergo per silices calculosue ducunt: & urium euitant. Ad capita deiectus in supciliis montium piscinæ cauant: ducenos pedes in quasq; partes: & in altitudine denos. Emisaria in iis quina pedum quadratoz: ternum fere linguunt: & repleto stagno excussis obturamentis erumpit torrens tanta uel ut saxa puoluat. Alius etiam in plano labor. Fossæ in quas profuunt cauant: agogas uocant: ex istemunt gradatim. Latera cluduntur tabulis: ac per prærupta suspendunt: canali ita profuente de terra in mare. His de causis ita per mouit hispania in priore genere: quæ exhaustiū fimenio labore ne occupet puteos in hoc regionibus. Augere arrugia quærit non coquit: sed statim suū est. Inueniunt ita malle. Nec non in puteis etiam denas excedentes libras. Palacas hispani: alii palactanas: idem quod minutum est: balucem uocant. Vlex siccatu uris: & cinis eius iactat. sustrato cespite herbofo ut sidat augere. Viena milia pondo ad hunc modum annis singulis alturia atq; gallectiam & luscianam pstrare quidam tradiderunt: ita ut plurimum astruria gignat. Neq; in alia parte terrarum tot seculis hæc fertilitas. Italiz partitum est uetere interdicto patrum: ut diximus alioquin nulla fecundior metalloz quoq; erat tellus. Extat lex censoria uicti miliarum aurifodina: qua in uercellensi agro cauabatur: ne plus quinque hominum in opere publicani haberent. Aurum faciēdi est etiam una ratio ex auri pigmento: quod in syria foditur pictoribus in summa tellure auri colore: sed fragili lapidum specularum modo. Inuitaueratq; spes Caium principem auidissimum auri: quam obrem iussit excoqui magnum pondus: & plane fecit aurum excellens: sed ita parui ponderis ut detrimentum sentiret illud propter auaritiā expertus: quod auripigmenti libra. xiiii. permutarentur: nec postea tentatum ab ullo est. **Omni auro inest argento uario pondere: alibi dena: alibi nona: alibi octaua parte.** In uno tantum galliæ metellæ loco: quod uocant albicarense. xxxvi. portio inuenitur: ideo ceteris præest. Vbiq; quinta argenti portio est: electrum uocatur. Scrobes eæ repertiuntur in canaliensi. Fit & cura electrum argento addito. Quod si quintam portionem excessit: in cudi bus non resistit. Est electro auctoritas Homero teste qui Menelai regiam auro: electro: argento: eboze fulgere tradit. Mineræ templam habet lindos insulæ rhodiorum: in quo Helena sacrauit calicem ex electro. Adicit historia mamme suæ mēsurā. In lectri natura est ad lucernæ luminam clarius argenti splendore. Quod est natium & uenena deprehendit. Nanque discuntur in calicibus argenti celestibus similes cum igneo stridore: & gemina ratione præcidunt. Aurea statua prima omnium nulla inasitate: & antequam ex ære aliqua illo modo fieret: quam uocant holosphyraton in templo Anaxitidis posita dicitur. Quod in situ terrarum nomine hoc fi-

uel qd extra fornacis sudare e camino iactatur uel catino uel ingetes

uel super uel fluarior

uel agai nas

Frutex est ulex rotis marini silis asp aurig reticens

uicus

nel cruce

*propriae uocantur et
sunt in
sunt in
sunt in*

gnificauimus: numine gentibus illis sacratissimo. Direpta est antonii parthicus rebus. Scitum
que narratur dictum unius ueteranorum bononiae hospitali diui Augusti coena cum interro-
garetur: esiet ne uerum cum qui primus uiolasset hoc numen: oculis membrisque captum ex-
pirasse? respondit enim tum maxime Augustum de cruore eius coenare: seque illum esse: to-
tumque sibi censum ex ea rapina esse. Hominum primus & auream statuam & solidam Gor-
gias Leontinus delphis in templo sibi posuit. lxx. circiter olympiade. Tantis erat docenda ora-
toriae artis quaestus Aurum pluribus modis pollet in remedijs. Vulneratisque & infantibus
applicatur: ut minus noceant: quae inferantur ueneficia. Est & ipsi superlato uis malefica gal-
linarum quoque & pecorum foetibus. Remedium est abluere illatum & spargere eos quibus
mederi uellis. Torretur & cum salis grummo pondere triplici misso: & rursum cum duabus sa-
lis portionibus & una lapidis quem schiston uocant: ita uirus tradit rebus una crematis in
siccili uase ipsum purum & incorruptum. Reliquus cinis seruatus in siccili & ex aqua il-
litus: lichenas in facie sanat. Lomento id conuenit ablu. Fistulas etiam sanat: & quae uo-
cantur hemorrhoides. Quod si trito spuma adiciatur putria ulcera & tetri odoris emendat.
Ex melle uero decoctum cum melanthio & illitum umbilico leuiter soluit aluum. Verrucas
curari eo. M. Varro est auctor.

De chryfocolla & medicinae ex chryfocolla. vi. & mirabilia naturae de glutinadis iter se perfi-
ciendisq; metallis. CA. V.

*Chryfocolla est
in puteis quos
diximus: per uenam
auri defluens*

Chryfocolla humor est in puteis quos diximus: per uenam auri defluens crasse
te limo rigoribus hybernis usque in duriciam pumicis. Laudatiorem eadem in ara-
rijs metallis: & proximam in argentarijs fieri compertum est. Inuenitur & in plum-
barijs uisior etiam auraria. In omnibus autem ijs metallis fit & cura multum infra
naturalem illam: immixtis in uenam aquis leuiter hyeme tota: usque in iunium mensem. Dein
siccatis in iunio & iulio ut plane intelligatur nihil aliud chryfocolla q̄ uena putris. Natura du-
ritia maxime distat: uiam uocant. Et tamen illa quoque herba: quam luteam appellant: tingui-
tur. Natura est quae lino lancae ad succum bibendum. Tunditur in pillis: deinde tenui cri-
bro secemitur: postea molitur: ac deinde tenuius sic cribatur. Quicquid non transierat: repeti-
tur in pillis: dein mollitur. Puluis semper in catinis digeritur: & ex aceto maceratur: ut omnis
duricia soluatur. Ac rursus tundit: dein lauatur in conchis: siccaturq; Tunc tinguitur alumine
schisto: & herba supradicta pingiturq; ante q̄ pigat. Refert q̄ bibula docilisq; sit. Na nisi rapit
colorem: adduntur & schythanum atq; turbithum: ita uocant medicamenta forbere cogentia.
Cum tinere pictores orobitin uocant. Eiusq; duo genera faciunt: luteam quae seruat in lomē-
ta. Et liquidam globulis sudore resolutis. Haec utraq; genera in cypro fiunt. Laudatissima in ar-
menia. Secunda in macedonia. Largissima in hispania. Summa comendationis est: ut colorē her-
bae segetis. laeta uiridis quam simillime reddat. Visumq; est iam Neronis principis spectaculis
arenae cyrci chryfocolla sterni: cum ipse cocolori pano aurigaturus esset: introducta opificū tur-
ba. Tribus ea generibus distinguunt. Asperam quae taxatur in libras. vii. Mediam quae denarijs
quinis. Attritam quam & herbaceam uocant: quae. xiii. Sublinunt autem arenosam priusquam
inducant atramento: & paretonio. Haec sunt tenacia eius in colore blanda. Paretonium: quo-
niam est natura pinguisimum: & propter laeuorem tenacissimum atramento aspergitur: ne pa-
retoni candor pallorem chryfocollae auferat. Luteam putant a lutea herba dictam: quae ipsam
caeruleo subtritam sed pro chryfocolla inducunt uilissimum genere atq; falacissimo. Visus chry-
focollae & in medicina est ad purganda uulnera cum cera & oleo. Eadem per se arida siccatur
& contrahit. Datur & in angina orthopneuae miscenda cum melle. Concitat uomitiones: mi-
scetur & collyrijs ad cicatrices oculorum: ac uiridibus emplastris. Ad dolores mitigandos: & ci-
catrices trahendas. Hanc chryfocollam medici acesin appellant: quae non est orobitis. Chryfo-
collam & aurifices sibi uendicant agglutinado auro: & inde omnes appellata similitur utentes
dicunt. Temperatur autem ea cypria aerugine: & pueri impubis urina: addito nitro. Teris cy-
prio aere in cyprijs mortarijs: lanternam uocant nostri. Ita ferruminat auge: quod argentolum
uocant. Signuq; est si addita lanternam nitescit. E diuerso erosum coarbit se: hebetaturq; & dif-
ficulter ferruminat aurum. Ad id glutinum fit auro & septima parte argenti ad supradicta ad-
ditis: unaq; coarbit. Coarbit (par est) reliqua circa hoc: ut uniuersa naturae coarbit ammittio.
Auri glutinu e tale. Argilla ferro. Cadmia aeris massis. Alumē laminis. Refina plūbo & mammo-
ri. Sed plumbum nigrum albo iungit. ipsumq; album sibi oleo. Item stagnū aemētis stago

*Chryfocolla est
in puteis quos
diximus: per uenam
auri defluens*

uel eluta

*uel eluta
uel eluta
uel eluta*

*uel eluta
uel eluta
uel eluta*

*uel eluta
uel eluta
uel eluta*

*uel eluta
uel eluta
uel eluta*

argento m. Pineis optime lignis æs ferrumq; funditur. Sed & ægyptia papyro: paleis auge. Cax aqua accendit: & thracicus lapis. Idemq; oleo restinguit. Lignis aut aceto maxime & uisco & ouo. Terra minime flagrat. Carboni maior uis exulto. Iterumq; flagranti.

De argento: & argento uiuo: & sibia siue alabastro: & sconiæ argenti: & de spuma argenti.



A his argenti metalla dicantur: quæ sequens insania est. Non nisi in puteis reperitur: nullaq; sui spe nascitur: nullis ut in auro lucentibus scintillis. Terra est alia rufæ: alia cineracea. Excoqui non potest nisi cum plumbo nigro: aut cum uena plumbi. Galenam uocant: quæ iuxta argenti uenas plerumque reperitur. Et eodem opere ignium descendit pars in plumbum: argentum autem superne inatât: ut oleum aquis. Reperitur in omnibus pene prouinciis: sed in hispania pulcherrimum. Id quoq; in sterili solo atq; etiam in montibus. Et ubicûq; una inuenta uena est: non procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: unde metalla græci uidentur dixisse. Mirum adhuc per Hispanias ab Hannibale olim inchoatos puteos durare sua ab inuictoribus nomina habentes. Ex quibus bebelo appellatur: hodieq; qui, CCC. pondo Hannibali summisstrauit in dies. Ad mille quingentos iam passus cauato monte per quod spacium aquitani stantes diebus: noctibusq; egerunt aquas lacernæ: mensura: amnæq; faciunt. Argenti uena in summo reperta: crudaria appellat. Finis antiquis fodiendi solebat esse: alumen inuentum ultra nihil quærebatur. Nuper inuenta æris uena infra alumen alba sinem spei facit. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus: sed maxime canibus. Auge argentûq; quo mollius eo pulchrius. Lineas ex argento nigras fieri produciq; miramur. Est & lapis in iis uenis: cuius uomica liquoris æterni argentum uiuû appellatur. Venenum rerum omnium est. Excedit ac perumpit uasa permanas tabe dira. Omnia ei inatant præter aurum. Id unum ad se trahit. Ideo & optime purgat cæteras eius sordes expuens crebro iactatu sicilibus in uasis ita uitis abiectis: ut & ipsum ab auro discedat. In pelles subactas effunditur: perq; eas sudoris uice defluens purum reliquit aurum. Ergo & cû æri inaurantur: sublitum bracteis pertinacissime retinet. Verum pallore detegit simplices: aut prætenues bractæas. Quapropter id furtum quærentes: qui liquore candido usum eum adulterauerunt. Mox & hydrargyro: de quo suo dicemus loco. Et alias argentum uiuû non largum inuentum est. In iisdem argenti metallis inuenit: ut proprie dicamus: spuma lapis candidæ nitentisq; non tñ translucentis: stimmi appellant: alii sibiæ: alii alabastrum: alii quæ larbason. Duo eius genera: mas & fœmina. Magis probat fœminam. Horridior est mas: scabriusq; & minus pöderosus: minusq; radians & arenosior. Fœmina contra nitet friabilis: hilariusq; non globis dehiscentes. Vis eius astringere ac refrigerare. Principalis autem circa oculos. Namq; ideo etiã platyphthalmon id appellauerunt: quoniam in collyriis mulierûq; epiphoris dilatet oculos & fluctiones inhibeat oculorû: exulcerationesq;. Farina eius & thuris gummi ammixto silit & sanguinẽ e cerebro profluentem. Efficacior & contra recentia uulnera. Et contra ueteres canum morsus insperfa farina. Et contra ambusta igni cum adipe ac spuma argenti cerussaq; & cæra. Vritur autem ossis bubuli simi circûlitum in clibanis. Dein restinguitur mulierû lacte. Teriturq; in mortariis ammixta aqua pluuiæ. Ac subinde turbidum transfunditur in æreum uas. Et mû datur nitro. Fex eius intelligitur plumbosissima quæq; subsidit in mortario: abigiturq;. Dein uas in quo turbida transfusa sunt: opertum linteo per noctem relinquit: & postero die quicquid innatât effunditur: spongiaq; tollitur. Quod ibi subsidit: sios intelligit: ac linteolo interposito in sole siccatur: nõ ut perareseat. Iterûq; in mortario tenit: & in pastillos diuidit. Ante omnia aut urendi modus necessarius est: ne plumbum fiat. Quidam non simo utuntur coquẽtes: sed adipe. Alii tritum in aqua triplici linteo siccant: fæcẽq; abiciunt. Idq; quod deflexerit transfundunt. Ac quicquid subsidet id colligẽtes: emplastris collyriisq; miscent. Sconiã i argento græci uocant helcysina. Vis eius astringere & refrigerare corpora. Additur emplastris: ut molibdena: de qua dicemus in plumbo. Cicatricibus maxime glutinandis: & contra tenasmos: dysenteriasq; insusa elysteribus cum myrteo oleo. Addunt & in medicamenta quæ uocant liparas ad excessentia ulcerum: aut ex attritu facta: aut in capite manantia. Fit & in uissem metallis: & quæ uocatur spuma argenti. Genera eius tria. Optima quam chrysitin uocant. Secunda quam argyritin. Tertia: quam molibditin. Et plerumque omnes hi colores in eisdem tabulis inueniuntur. Probatissima est attica. Secunda hispaniensis. Chrystitis ex ipsa uena fit. Argyritis ex argento. Molibditis plumbi ipsius futura: quæ fit puteolis: & inde habet nomen. Ois aut fit excocta

uel liparis

sua materia ex superiori catino defluens in inferiore. Ex eo sublata ueruculis ferreis: atq; in ipsa flama conuoluunt ueruculo: ut sit modici tps. Est aut ut ex noie ipso intelligi potest feruescit & futura materia spuma. Distat a scoria quo pot spuma a face distat. Altez purgantis materiae. altez purgatae uitiu est. Quidam duo genera faciunt spumae: quae uocant steryida & peumenen. Tertiu molibdena in plumbo dicenda. Spuma ut sit utilis: itez coquit: contractis tubulis ad magnitudinē annuloz ita accesa follibus: ad separandos carbones cineréz: abluunt aceto aut uino. Simulq; restinguunt. Quod si sit argyritis: ut candor ei detur magnitudine fabae contracta in fictili coqui iubetur ex aqua addito in linteolis tritico: & hordeo nouis: donec ea purgent. Postea sex diebus terunt in mortariis ter die abluentes aqua frigida. Et cum desinat calida: addito sale fossili in libram spumae obolo. Nouissimo die condunt in plumbeo uase. Alii cu faba candida & trifana coquunt: & in sole siccant. Alii in lana candida cum faba donec lana non denigrent. Tunc salem fossilem adiciunt: subinde aqua mutata: siccantq; diebus xl. calidissimis aestatis. Necnon in uentre fusillo in aqua coquunt exemptaq; nitro fricant: & ut supra terunt in mortariis cu sale. Sunt qui non coquant: sed cu sale terant: & adiecta aq; abluunt. Uis eius ad collyria: & litu ad muliebriu cicatricum foeditates tollendas maculasq; & abluendum capillum. Vis aut: siccare: mollire: refrigerare: temperare: purgare: explere. Vleceq; tumores lenire. Talibusq; emplastris supradictis ignes etiam sacros tollit cum ruta: myrtoq; & aceto. Itq; pernicioses cum myrto & cera & abdomine.

De minio qtae auctoritatis fuerit apud Romanos: & origine: ac inuentione eius: & cinnabaris ratione in picturis: & medicinae de generibus miniu: & ratione eius in picturis. CA. VII.

Quando primū clipei imaginum publice: quando in domibus positi: & de picturæ initiis: & monochromati: & primis pictoribus: & antiquitate picturarum in italia. CA. III.

Hoc quidem alienis ille p̄stitit. Suoq; uero clipeos in sacro uel publico priusm dicare primus instituit (ut reperio) Ap. Claudius: qui consul cū serulio fuit anno ur bis. cc. lxx. Posuit enim in Bellonæ aede maiores suos: placuitq; in excelsio spectari & titulos honore legi. Decora res utique si liberorum turbæ paruulis imaginibus: ut nidū aliquem sobolis pariter ostēdāt. Quales clipeos nemo non gaudens fauēsq; aspiciat. Pell eum. M. Aemilius collega in cōsolatu. Qu. Lucetati nō in basilica modo æmilia uege & domi suæ posuit: id quoq; martio exēplo. Scuis enim qualibus apud Troiā pugnatū est: cōtinebant imagines. Vnde & nomen habuere clipeorum: nō ut peruersa grāmaticoge subtilitas uoluit a eluendo. Origo plenā uirtutis faciē reddi in scuto cuiusq; qui fuerit usus illo. Pœni ex anno factitauerē & clipeos & imagines: setūq; in castris tulere. Certe captis eis tajē. Asdrubalis inue nit. Qu. Martius Scipionū i hispania ultor. Isq; clipeus supra fores capitoline ædis usq; ad in cendiū primū fuit. Maiorē quidem nostrorum tanta securitas in ea re annotat: ut. L. Manlio. Qu. Fuluiō cōs. anno urbis quingentesimo. lxxv. M. Aufidius tutela: capitolii redemptor docerit patres argenteos esse clipeos: qui pro æreis per aliquot iam lustra assignabant. De picturæ initiis incerta nec instituti operis quæstio est. Aegyptii sex milibus annorū apud ipsos inuenta prius q̄ in græciā transfret: affirmant. Vana p̄dicatione ut palā est. Græci autē alii apud sicyonē: alii apud corinthios repertā: omnes ab umbra hominis lineis circumducta. Itaq; talē primā fu isse. Secundā singulis coloribus & monochromatō dictā: postq̄ operosior inuenta erat: duratq; talis etiānum. Inuenta linearē dicūt a Phylacle ægyptio uel Cleante corinthio. Primi exercuere Ardicos corinthius: & Telephanes sicyonius sine ullo etiānum colore. Iā tamē spargentes lineas stus. Ideo & quos pingerent ascribere institutū. Primus inuenit eos colores: teste ut ferunt Arates Cleophantus corinthius. Hūc autē eodē noie aliū fuisse: quē tradit Cornelius Nepos secūm in italia Demaratū Tarquintii p̄feci romani regis patrē fugiētē a corintho i iuriis Cypseli tyranni ut mox docebimus. Iā enī absoluta erat pictura etiā i italia. Extant certe hodieq; antiquiores ut be picturæ ardæe in ædibus sacris: quibus equidē nullas æque miror tam longo æuo durantes i orbitate tecti ueluti recētes. Similiter lanuū ubi atalanta & Helena communis pictæ sunt na dæ: ab eodem artifice: utraq; excellentissima forma: sed altera ut uirgo: ne ruinis quidē templi concussæ. Pontius legatus Cati principis eas tollere conatus est libidine accensus: si tectori na tura permisisset. Durauerē & cæteræ antiquiores & ipsæ. Fatebiturq; quisq; eas diligenter est: mauerit: nullā artiū celerius cōsumatā: cum iliadis t̄pibus non fuisse eā appareat.

De pictoribus romanis: & qñ primū dignitas picturæ: & qui uictorias suas pictura proposue runt: & qñ externis picturis dignitas romæ. CA. IIII.

A pud romanos quoq; honos mature huic arti contigit. Siquidē cognomina ex ea pi ctorum traxerunt Fabii clarissime gentis: principesq; eius cognominis: ap̄le adem sa lutis pinxit anno urbis conditæ. ccccl. quæ pictura durauit ad nostrā memoriā: aede Claudii principatu exulsa. Proxime celebrata est in foro boario aede Hercules Pacu uū poetæ pictura. Ennii sorore genitus hic fuit: clariorēq; eam artem romæ fecit gloria scz uæ: postea non est spectata honestis manibus: nisi forte quis Turpiliū equitem romanū e Ve netiā n̄æ: ætatis belle referat: hodieq; pulchris eius opibus Veronæ extātibus. Leua is manu p̄ xit: quod de nullo ante memoratur. Paruis gloriabatur tabellis: extinctus nuper in longa sen ecta. Aterius Labeo prætorius ēt. p̄consulatu. puinciæ Narbonensis functus. Sed ea res i n̄sua: & iam cōtumelia erat. Fuit & principum uirorum non omittendum de pictura celebre consiliū. Qu. Peditus nepos. Qu. Pediti consularis triumphalisq; a Cæsare dictatore cohæredis Augusto dati cum natura mutus esset: eum Messalla orator: ex cuius familia pueri autia erat picturam docendum censuit. Idq; etiā diuus Augustus cōprobauit. Puer magni p̄fectus in ea arte obiit. Dignatio autē p̄cipua romæ increuit (ut existimo). M. Valerio maxio cōsule: cū Messalla prin ceptus tabulā picturæ plii: quo carthaginēses & Hieronem in sicilia deuicerat: p̄posuit in latere curiæ hostiæ: a nō ab urbe cōdita quadringētesimo nonagesimo. Fecit hoc qdē & L. Scipio. Ta

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Dicitur quod...', 'Inuenit...', 'Pictura...', and 'Fecit hoc...'

balāq̄ uictoriae suae asiaticae in capitolio posuit. Idq̄ agre tulisse fratrem Africanū tradunt iratum haud immerito: qm̄ filius eius illo proelio captus fuerat. Nō dissimilem offensionē & Aemilianū subiit. L. Hostilius mācinus: qui primus carthaginē irruerat: sitū eius expugnationēq̄ de pictas proponendo in foro: & ipse assistens populo spectanti singula enarrando. Quae comitate proximis comitiis consularū adeptus est. Habuit & scena ludis Claudii Pulchri magnā admirationem picturae: cum ad tegulae similitudinē corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autē externis auctoritatē romae fecit primus oium. L. Mummius: cui cognomē Achaici uictoria dedit. Nam cum in praeda uendenda res distraxisset: & rex Attalus sex milibus sestertii emisset. Antistidis tabulam Liberū patrem continentē: precium miratus suspicatusq̄ aliquid in ea uirtutis quod ipse nesciret: reuocauit tabulam Attalo multum querēte: & in cereris delubro posuit. Quam primum arbitror picturam externam romae publicatam. Deinde uideo & in foro positas uulgol. Hinc, M. Crassi oratoris ille lepos agentis subueteribus cum testis cōpellatus istaret: dic ergo Crasse qualem me reuis. Talem inquit: ostendens in tabula pictum inficitissime gallū exerentem linguam. In foro fuit & illa pastoris senis cum baculo: de qua teutonogē legatus interrogatus quanti eum aestimaret: respondit sibi donari nolle talem uiuum uerumq̄. Sed petruam auctoritatem fecit publice tabulis Caesar dictator Aiacē & Medea ante Veneris genitricis adem dicatis. Post eum, M. Agrippa uir rusticitati quam delitiis propior. Exstat certe eius oīo magnifica & maxio ciuū digna de tabulis oībz signisq̄ publicādis. Quod fieri satius fuit: quam in uillarum exilia peli. Vege eadem illa toruitas tabulas duas Aiacis & Veneris mercata est a cizicenis. xiii. milia pondo. In thermarū quoq̄ calidissima parte marmoribus incluserat paruas tabellas: paulo ante cum restringerentur: sublatas. Super omnes diuus Augustus i foro suo in celeberrima parte posuit duas tabulas: quae belli pictam faciem habent & triumphum. Idem Castores ac uictoriam posuit: & quas dicemus sub artificum mēione in templo Caesaris patris. Idem in curia quoque: quam in comitio consecrabat duas tabulas impressit parieti. Nemeam sedentem supra leonem. Palmigeram ipsam astante cum baculo senē. Cuius supra caput tabula bigae dependet: quam Nicias scripsit se inuississe: tali enim usus est uerbo. Alterius tabulae admiratio est puberem filium seni patri similem esse: salua aetatis differentia: superuolante aquila draconem complexa. Philochares hoc suum opus esse: testatus est. Immenfa uel unam si quis tantum hanc tabulam aestimet: potentia artis: cum propter Philocharem ignobilissimos alioquin Glaucōnem filiumque eius Aristippum senatus populūque Roma, tot saeculis spectet. Posuit & Tyberius Caesar minime comis imperator: in templo ipsius Augusti: quas mox indicabimus.

Ratio pingendi de pigmentis.

CA. V.
Athenus dictū sit de dignitate artis morientis. Quibus coloribus singulis primi pinxissent: diximus cum de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromateae genera picturae uocauerint: q̄ deinde & quae & quibus temporibus inuenerint: dicemus in mēione artificum: quoniam indicare naturas colorum causa instituti operis prior est. Tandem se ars ipsa distinxit: & inuenit lumen atq̄ umbras differentia colorū alterna uice sese excitante. Deinde adiectus est splendor: alius hic quam lumen: quem quia inter hoc & umbrā esset: appellauerunt tonon. Cōmissuras uero cologe & transitus: armogen.

De coloribus natiuis & factis.

CA. VI.
Vnt autē colores austeri aut floridi. Vtrūq̄ natura aut mixtura euenit. Floridi sunt: quos dñs fingenti praestat: minium: armenium: cynabaris: chrysocollas: indicum: purpurissum: Caeteri austeri. Ex omnibus alii nascuntur. Alii fiunt. Nascuntur sinopsis: rubrica: parethoniū: melinum: eretria: auripigmentum. Caeteri finguntur. Primūq̄ quos in metallis diximus: Praeterea e uilioribus ochra: caerulea usta: sandaraca: sandix: lycium: atramentum. Sinopsis inuenta est primum n ponto inde nomen a sinope urbe. Nascitur & in aegypto: balearibus: africa: sed optima in lemno & in cappadocia. Est ossa & in speluncis. Quae faxis adhaesit: excellit. Glebis suis colos: extra maculosus. Haecq̄ usi sunt ueteres ad splendorē. Spēs sinopidis tres: rubra: & minus rubēs: & inter has media. Preciū optiā i libras. xiii. denatis. Vīsus ad penicillū: aut si lignū colorare libeat. Eius q̄ ex africa uenit: octoni asses: cicerculū appellat. Quae magis caeteris rubet: utilior abacis. Idem p̄cium eius: quae p̄sior uocat & ē maxie fusca. Vīsus eius ad bases abacogē. In medicina uero blādus: emplastricq̄ & malagmatis siue sic ea compositione eius siue liquida. Facilis cōtra ulcera in hūore sita: uelut oris: sedis. Aluū sistit

uel refrigentur

infusa. Foeminarū profusiva pota denarii pondere. Eadem adusta: siccat scabritias oculoꝝ: uino maxime. Rubricæ genus in ea uoluerit itelligi quidā secūde auctoritatis. Palmā. n. lenniz dabant: minio proximam. Hæc est antiquis multum celebrata cum infusa i qua nascitur. Nec nisi signata uenundabatur: unde & sphragidē appellauerit. Hæc miniu sublinūt: adulterantq. In medicina præclara res habetur. Epiphoras, n. oculoꝝ mitigat & dolores circūlita. Aeglypias manare prohibet. Sanguinē reicientibus ex aceto datur bibenda. Bibitur & cōtra lienum rhenumq; uitia & purgationes foeminarū. Item & cōtra uenena & serpentū idūs terrestrium marinorūq;. Oibus ideo antidotis familiaris. Ex reliquis rubricæ gñibus: fabris utilissima ægyptia & africana: quonia maxime sorbentur. Picturis aut apta nascit & in ferrariis metallis. Ex ea fit ochra: exusta rubrica in ollis nouis luto circūlitis. Quo magis arsit in caminis hoc melior. Omnis aut rubrica siccat. Ideoq; & emplastris cōuenit: igni et sacro. Sinopidis ponticæ scribra silis lucidi libris. x. & melini græciensis duabus mixtis: tritiscq; una p dies. xii. leucophorum fit: hoc est glutinū auri cum inducū ligno (Parethonion nomē loci habet ex ægypto: spumam maris esse dicūt solidatā cum limo: & ideo conchæ minutæ inueniunt in eo. Fit & increta infusa atq; cyrenis. Adulterat Romæ creta cimolia decocta conspissataq;. Preciū optimo in pōdo sex librarū e candidis coloribus pinguisimū: & tectoris tenacissimū propter leuorē. Melinum candidū & ipsum est. Optimū in melo infusa. In samo quoq; nascit. Sed eo non utuntur pictores propter nimia pinguitudinē. Accubantes effodiunt ibi inter saxa uenas scrutantes. In medicina eundē usū hēt quē eretria creta. Præterea linguā tactū siccat. Pilos detrahit & mitigat. Preciū i libra festeris singulis. Est & colos tertius e cādids carussæ: cuius rationē i plūq; metallis diximus. Fuit & terra per se in theodoti fundo inuenta smyrnæ: qua ueteres ad nari, um picturas utebantur. Nunc oīs ex plūbo & aceto fit: ut diximus. Vista casu reperta incendio pyra: cerussa in orcis cremata. Hæc primus usus est Nicias supradictus. Optima nunc asiatica habetur: quæ & purpurea appellatur. Precium eius in libras aris. y. Fit & Romæ cremato sile marmoroso & restincto aceto. Sine uisā nō fiunt umbræ. Eretria terræ suæ habet nomē. Hæc Nicomachus & parrhasius usi refrigerat emolliq;. Explet uulnera si coquat: ad siccanda præcipue utilis: & capitis doloribus: & ad dephendēda pura. Subesse. n. ea intelligitur: si ex aqua diluta nō arefcatur. Sandaraca & ochra luba tradit in infusa rubri maris topazio nasci. Sed inde non peruehuntur ad nos. Sandaraca quo modo fieret: diximus. Fit adulterina & ex cerussa in fornace cocta Colos esse debet flammeus. Precium in libras asses quinti. Hæc si torreatur: æqua parte rubrica ammixta sandycem facit. Quanj animaduerto Virgilium existimasse herbam id esse: illo uersu.

Sponte sua sandyx pacentes uestiet agnos.

Precium in libras dimidium eius quod sandaracæ. Nec sunt alii colores maioris pōderis. Inter facticios est & tyricum: quo minium sublini diximus. Fit autem sinopide & sandyce mixtis. Atramentū quoq; inter facticios erit: q̄ ē & terra geminæ originis. Aut. n. falluginis mō eminat: aut terra ipsa sulphurei coloris ad hoc probatur. Inuēti sunt pictores qui e sepulchris carbones infectos effoderēt. Sed importuna hæc oīa ac nouitia. Fit. n. & fuligine plumbus modis: refina uel pice exustus. Propter qd officinas etiā edificauerit: fumū eū nō emittētes. Laudatissimū eodē modo fit e rædis. Adulterat formaciū balnearūq; fuligine: quo ad uolumina scribēda utuntur. Sunt & qui uini fecem siccatā excoquant: affirmātq; si ex bono uino fax fuerit: indici specie id atramentū p̄bere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura athenis e uinaceis fecerit: tryginon appellant. Appelles cōmentus est ex ebone cōbusto facere: quod elephantū uocāt. Apportatur & indicū ex india: inexplorate adhuc iquētiois mishi. Fit etiā apud iseciores. ex sio re nigro: qui adhærescit areis cortinis. Fit & e rædis ligno cōbusto tritiscq; in mortario carbonibus. Mira in hoc sepiarū natura: sed ex iis non fit. Omne aut atramentū sole perficit. Librarium: & tectoriū glutino ammixto. Quod aut aceto liquefactū est: ægre eluitur. E reliquis coloribus quos a dñis dari diximus ppter magnitudinē p̄ci ante oēs est purpurissimum e creta argētaria cū purpuri panter tinguitur: bibitq; eū colorē celerius lanis. Præcipuū est primū: seruen ti aheni rudibus medicamentis inebriatū. Proximū egesto eo addita creta in ius idē. Et quotiens id factū est: leuaf bonitas p numero dilutiore sanie. Quare puteolanū potius laudat q̄ tyriū aut gætulicū uel laconicū: unde p̄ciosissima purpura. Causa est q̄ hygino maxime inficit: rubraq; cogit sorbere. Vilissimū a canulio. Preciū huic a singulis denariis in libras ad. xxx. Pingentes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissimum fulgorē minū faciunt. Si purpu-

nam facere malunt: cæruleum sublinunt: mox purpurissimum ex ovo inducunt. Ab hoc maxima auctoritas indico. Ex india uenit arundinū spumæ adhaerescēte limo cū teritur nigrum. At i diluendo mixturam purpuræ cæruleiq; mirabilē reddit. Alterum genus eius est in purpuratis officinis innatans cortinis & est purpuræ spuma. Qui adulterant uero indicū tingunt hercora columbina aut cretam. *Selinus* uel anulariam uitro inficiūt. probatur carbone. Reddit enim quod sincerū est flammam excellentis purpuræ: & dum fumat odorē maris olet. Ob id quidam e scopulis id colligi putant. Preciū indico denari. xx. in libras. In medicina indicū rigores & impetus sedat. Siccat oris ulcera. Armenia mittit qd' eius nomine appellatur. Lapis est hic quoq; chrysocollæ modo infectus. Optimūq; est quod maxime uiride est: cōmunicato colore cū cæruleo. Solebant libræ eius tricenis nūmis taxari. Inuenta per hispanias arena est similem curam recipiens. Itaq; ad denarios senos uilitas rediit. Distat a cæruleo cādore modico: q; teneriorem hunc efficit colorem. V sum in medicina ad pilos tantū alendos habet: maximeq; in palpebris. Sunt etiamnum nouitū duo colores e uilissimis uiride quod appianum uocatur: & quod crysocolam luteam mentitur. Ceu parum multa sint mendacia eras. Fit ex creta uiridi æstimatū festertis in libras. Anulare quod uocatur candidum est: quo muliebres picturæ illuminant. Fit & ipsum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi anulis: unde & anulare dictum.

Qui colores udo non inducantur: & quibus coloribus antiqui pinxerunt: & quando primū gladiatorum pugnae propositæ sunt.

CA. VII.

X omnibus coloribus cretam amareudoque illini recusant purpurissimum: indicū: cæruleū: melinū: auripigmentum: appianum. Cæruſſa cæra tinguntur iisdem coloribus ad eas picturas quæ inuruntur alieno parietibus genere: sed classibus familiaribus. Iam uero & oneratis nauibus: quoniam & pericula expingimus: ne quis miretur & rogos pingi. Iuuatq; pugnaturos ad mortē aut certe eadem speciose uehi. Qua cōtemplatione tot colorum tanta uarietate subit antiquitate mirari. Quattuor coloribus solis imortalia opera illa fecere: ex albis melino: ex silaceis attico: ex rubris sinopi de pontica: ex nigris atramento. Apelles Echion Melanthius Nicomachus clarissimi pictores: cū tabulæ eorū singulæ oppido uenirent opibus. Nunc & purpuris in pietes migratibus & india conferente fluminū suoz limū & draconum & elephantoz saniem nulla nobilis pictura ē. Omnia ergo meliora tunc fuere: cū minor copia. Ita est quoniam (ut supra diximus) rerum nō animi precijs excubatur. Et nostræ ætatis in saniam ex pictura non omittā. Nero princeps iusserat colosseū se pingi. cxx. pedū in linteo incognitū ad hoc tēpus. Ea pictura cū peracta eēt in marianis hortis: accensa fulmine cū optima hortoz parte cōflagrauit. Libertus eius cū daturus eēt Antii munus gladiatorū publicas porticus inuestiuit pictura ut cōstat: gladiatoroz ministrorūq; omnīū ueris imaginibus redditis. Hic multis iam sæculis summus animus in pictura. Pingi aut gladiatoria munera: atq; in publico exponi cœpta a C. Teretio Lucano. Isq; a quo adoptatus fuerat. xxx. paria in foro p tridū dedit. Tabulamq; pictam in nemore Dianæ posuit.

De ætate picturæ operum & artificum indicatura nobilitates. cccv.

CA. VIII.

Nunc celebres in ea arte q; maxima breuitate percurrā: neque enī instituti opetis est talis executio. Itaque & quosdā uelut in transcurso & in alioz mētionē obiter nominasse satis erit: exceptis opeoz claritatibus: quæ & ipsa cōueniet attingi: siue extāt: siue interciderit. Non cōstat sibi in hac parte græcoz diligentia q; multas post olympiadas celebrādo pictores q; statuarios auctores. Primūq; olympiade nonagesima: cum & phidiam ipsum initio pictorem fuisse tradatur: clipeumque athenis ab eo pictū: præterea in cōfessio sit octogesima tertia fuisse Panæum fratrem eius: q; clipeū itus pinxit Elide Minera: quæ fecerat Colotes Phidiaz discipulus: & in faciendo loue olympio adiutor. Quidq; in confessio perinde est Bularchi pictoris tabula: in qua erat magnetū proelium: a Cædaule rege lydiae heraclidaz nouissimo: qui & Myrsilus uocitatus est: repensam auro. Tanta iam dignatio picturæ erat. Id circa ætate Romuli accidit necesse est: duo enī de uicesima olympiade interiit Cædaules: aut ut quidā tradunt eodē anno: quo Romulus: nisi fallor: manifesta iam tum claritate artis adeo absolutiore. Quod si percipit: necesse est simul appareat multo uetustiora principia esse: eosq; qui monochromata pinxerunt: quorum ætas non tradit. Aliquanto ergo ante fuisse Hygiemonem Monochromadam: qui primus in pictura marem femināq; discreuit. Eumarū atheniensem figuras oēs imitari ausum. Quique inuenta eius excoluerit Cimonem Cleoneū. Hic Catagrapha inuenit: hoc est obliquas imagines & uarie formare uultus respicientes suspi-

uel alumi-
nariam

uulgi anulis

omnibus coloribus

uel agide

uel pande-
nus
uel nucos-
micos

cientefus: & deſpicientes. Articulis etiã membra diſtinxit. Venas protulit: præterq; in veſte ru-
gas & ſinus inuenit. Panæus quidẽ frater phidie et prælium athenienſiũ aduerſus perſas apud
marathonẽ factum pinxit. Adeo iam coloꝝe uſus increbuerat: adeo ars perfectã erat: ut i eo p-
lio iconicos duces pinxiſſe tradatur: athenienſiũ Milciadem: Callimachũ: Cynegyrũ Barbaro-
rum Darium, Thyſiaphernem.

Primum picturæ certamen: & qui primi penicillo pinxerunt.

CA. IX.



Vinimo certamen picturæ et florente eo inſtitutũ eſt corinthi ac delphis. Primumq;
oium certauit cũ Timagora chalcidẽſe: ſuperatusq; eſt ab eo pythis: quod & ipſius
Timagoræ carmine uetulo apparet: chronicorum errore nõ dubio. Alii quoq; poſt
hos clari fuere nonageſima olympiade: ſicut Polignotus Thalius: qui primus mulie-
res lucida veſte pinxit: capita earum mitris uerſicoloribus operuit: plurimũq; picturæ primus
contulit. Si quidem inſtituit os adaperire. dentes oſtẽdere: uultũ ab antiquo rigore uariare. Hi-
us eſt tabula in porticu Pompeii: quæ ante curiam eius fuerat. In qua dubitatãſcendentẽ cũ
eliſe pinxerit: an deſcendentẽ. Hic delphis ædem pinxit. Hic & athenis porticu quæ pocelle uo-
catã gratuita: eũ partẽ eius Mycon mercede pigeſet. Vnde maior huic auctoritas. Si quẽ amphi-
ctiões: quã eſt publicũ graciæ cõciliũ: hoſpicia ei gratuita decreuerũt. Fuit alius Mycon: q; mino-
ris cognomiẽ diſtinguit: cuius filia Timarete & ipſa pinxit. Nonageſima autẽ olympiade fuit
Aglaphõ Cephifodorus Phrylus Euenor p̄ parrhaſii & p̄ceptor maximi pictoris: de quo ſuis
ãnis dicemus. Oẽs hi iã illuſtres: nõ tũ in qbus hæere expoſitio deãt: ſed iã ad lumina artium
qbus primus reſulſit. Apollodorus athenienſis nonageſima tertia olympiade. Hic primus ſpecies
exprimere inſtituit: primũq; gloriã penicillo iure cõtulit. Eius eſt ſacerdos adorans: & Atax
fulmine incenſus: qui perгами ſpectatur hodie. Neq; ante eum tabula ullius oſtenditã: quæ
tõneat oculos. Ab hoc artis fores apertas Zeuſis heracleotes itrauit olympiadis nonageſima
tã anno quarto: audentẽq; iam aliqũd penicillũ. de hoc. n. adhuc loquimur: ad magnã gloriã
perduxit. A quibusdam falſo in octogefima nona olympiade poſitus: cum fuiſſe necelle eſt. De
mophilum hymercũ: & Neſeam thaliũ. Quoniã utrius eorum diſcipulus fuerit: ambigitur. In
eum Apollodorus ſupradictũ uerſus fecit: Artem ipſis ablatã, Zeuſin ferre ſecũ. Opes quoq;
tantas acquiſiuit: ut in oſtentione carum olympiæ aureis litteris in pallioꝝe telleris intexum
nomen ſuũ oſtendat. Poſtea donare opera ſua inſtituit: q; ea nullo ſatis digno precio permi-
tari poſſe diceret: ſicuti Alcmenam agri gentinis: pana Archelao. Fecit & penolopem: in q amo-
res pinxiſſe uidetur: & Athletam. Adeoq; ſibi in illo placuit: ut uerſum ſubſcriberet celebrẽ ex
eo inuſurum aliqũd faciliũ q̄ imitaturũ. Magnificus eſt Iuppiter eius i throno aſſãtib; diis.
Et Hercules infans dracones ſtrangulans Alcmena matre corã pauente: & amphitrione. Dep-
henditur tamen zeuſis grandior in capitibus articuliſq;: alioquin tantũ diligentia: ut agri gen-
tinis facturus tabulam: quam in templo lunonis laciniæ publice dicarent: inſpexerit uirgines
eorum nudas: & quinque elegerit: ut quod in quaſq; laudatiſſimum eſſet: pictura redderet. pin-
xit & monacromata ex albo: æquales eius & æmuli fuere Timanthes: androcydes: Eupom-
pus, parrhaſius.

De auius per picturam deceptis: & quid diſſicillimum in pictura.

CA. X.



Deſcendiſſe hic cum zeuſide in certamen traditur. Et cum ille detuliſſet uuas pictas
tanto ſucceſſu: ut in ſcenã aues aduolaret: ipſe detuliſſe linteũ pictũ traditur: ita ue-
ritate reſentata: ut zeuſis alitũ iudicio tumens flagitaret tandem remoto linteo
oſtendi picturam: atq; intellecto errore cõcederet palmã ingenuo pudore: qm ipſe
aues ſeſeſiſſet: parrhaſius autem ſe artiſicẽ. Fertur & poſtea zeuſis pinxiſſe puerũ uuas ſerentẽ:
ad quas cũ aduolarent aues: eadẽ ingenuitate proceſſit iratus operi: & dixit: uuas melius pinxi
q̄ puerũ. Nam & ſi hoc conſumaliſſem: aues timere debuerãt. Fecit & ſiglina opera: quæ ſola in
ambracia relicta ſunt: cum inde muſas Fuluius nobilioꝝ romã tranſſerret. zeuſidis manu Ro-
mã Helena eſt in philippi porticibus. Et i cõcordiæ delubro Marſyas religatus. Parrhaſius ephreſi-
natus: & ipſe multa conſtituit. Primus ſymmetriã picturæ dedit. Primus argutiã uultus: elegã-
tiam capilli: uenutaẽ oris cõſelliõẽ artiſicũ in lineis extremis palmã adeptus. Hæc eſt in pictu-
ra ſumma ſubtilitas. Corpora enim pingere & media rerum: eſt quidẽ magni operis: ſed in quo
multi gloriã tulerint. Extrema corporum facere: & deſinentis picturæ modũ includere: rarum
in ſucceſſu artis iuenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa: & ſic deſinere: ut p̄mittat alia
poſſe: oſtendatq; etiã quæ occultat. Hanc ei gloriã conſeſſere Antigonũ & Xenocrate: q

de picturis scripserat: pradicantes quoq; non solum confitentes. Alia multa graphidis uestigia extant in tabulis ac membranis: ex quibus proficere dicunt artifices. Minor tamen uidetur sibi cōparatus in medijs corporibus exprimentis. Pinxit & dæmonem atheniēsiū argumēto quoq; ingenioso. Volebat namq; uarium: iracundum: iniustū: inconstantem. Eundem uero exorabile: dæmentem: misericordē: excelsum: gloriosum: humilem: ferocem: fugacemq; & omnia pariter ostendere. Idem pinxit & Thesea qui Rome in capitolio fuit. Et Nauarchum thoracatum. Et in una tabula quæ est rhodi: Meleagrū: Hercule: Persea. Hæc ibi ter fulmine ambusta: ne oblitte- rata hoc ipso miraculū auget. Pinxit & Archigallū: quā picturā amauit Tiberius princeps: atq; ut auctor est Decius eculeo. lx. seltertij æstimatam cubiculo suo inclusit. pinxit & Cressam nutricem: infantēq; in manibus eius. Et philiscū & liberū patrē astante uirtute: & pueros duos: i quibus spectat securitas & simplicitas ætatis: itē sacerdotē altate puero cū acerra & corona. Sunt & duæ picturæ eius nobilissimæ hoplides. Alter in certamine ita decurrēs: ut sudare uideatur. Alter arma deponens ut anhelare sentiat. Laudatur & Aeneas Castorq; ac pollux in eadem tabula. Itē Thelēphus Achilles: Agamēnon: Vlixes foecandus artifex. Sed quo nemo infolentius & arrogantius sit usus gloria artis. Nā & cognomina usurpauit abrodiarū se appellando: alijsq; uerbis principē artis & eam ab se consumatā. Super oia Apollinis se radice ortum: & Hercule quem lyndi fecerat talē a se pictū: qualē sæpe in quiete uidiſset. Ergo magnis suffragiis superatus a Timanthe est sami in Asiæ: armosq; iudicio Herois noſe id se moleſte ferre dicebat: q̄ itēq; ab indigno uictus eſſet. Pinxit & in minoribus tabellis libidinē: eo genere & petulantibus iocis se reficiens. Nā Timanthi uel plurimū affuit ingenij. Eius enim est Iphi genia oratorū laudibus celebrata. Qua ſtante ad aras peritura cū mædos pinxiſſet omnes: p̄ci pue patruū cū trifiſticiæ oēm imaginem cōſumpſiſſet: patris ipſius uultū uelauit: quem digne nō poterat oſtendere. Sunt & alia ingenij eius exemplaria ueluti Cyclops dormiens in paruula tabula. Cuius & ſic magnitudinē exprimere cupiens pinxit iuxta ſatyros thyrſo pollicē eius meti entis: atque in oibus eius operibus intelligitur plus ſemper q̄ pingitur. Et cum ars ſumma ſit: ingenium tamē ultra artē eſt. Pinxit & heroa abſolutiſſimi operis: arte ipſa cōplexus uires pin gendi: quod opus nunc romæ in templo Pacis eſt. Euxinidas hæc ætate docuit. Anſidem præclarum artificem. Eupomus pamphilū apellis præceptorem. Eſt eupompi uictor certamiē gymnicō palmam tenens. Ipſius auctoritas tanta fuerit: ut diuiſerit picturam in genera tria: quæ ante eū duo fuere helladicū & aſticū: aſticū appellabant p̄pter hūc qui erat lycionius. Dimiſſo helladico tria facta ſunt. Ionicū: lycionū: atticū. Pamphilū pictura eſt cognatio & præliū ad phliuntē & uictoria athenienſiū. Item Vlixes in rate. Ipſe macedo natione: ſed primus in pictura omnibus litteris eruditus: præcipue arithmetice & geometricæ: ſine quibus negabat artē per ſeci poſſe. Docuit neminē minoris talento annis decē: quā mercedem & Apelles & Melantius ei dedere. Et huius auctoritate effectū eſt ſycione primū: deinde & i tota græcia: ut pueri ingenij ante oſa graphicæ: hoc eſt picturam in buxo docerentur: reciperentq; ars ea in primum gradū liberaliū. Semper quidē honos ei fuit: ut ingenij eam exercerent: mox ut honeſti p̄petuo iterdi ſto: ne ſeruitia docerentur. Ideo neq; in hac neq; i toreutice ullius: qui ſeruerit opera celebrā tur. Clari etiā centeſima ſeptima olympiade extiterē Echion & Therimachus. Echionis ſunt nobiles picturæ Liber patris: item tragœdia & comœdia. Semiramis ex ancilla adipiſcēs regnum: anus lampadas præferens: & noua nupta uerecūdia notabilis. Verū & omnes prius genitos futurosq; poſtea ſuperauit. Apelles eo uſq; olympiade centeſima. xii. in pictura prouectus: ut plura ſolus prope q̄ cæteri omnes contulerit: uoluminibus editis quæ doctrinā eā continent. Præcipua eius in arte uenustas fuit: cū eadē ætate maximi pictores eſſent: quoſq; opera cū ammira retur: collaudatis omnibus: de eſſe iis unam illā uenerē dicebat. quā græci charita uocant. Cætera omnia contigiſſe. Sed hæc ſoli ſibi neminē parē. Et alia gloriā uſurpauit: cū Prothogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxie miraretur. Dixit enim omnia ſibi cū illo paria eſſe: aut illi meliora: ſed uno ſe præſtare: q̄ manū ille de tabula neſciet tollere: memorabili præcepto: nocere ſæpe nimiam diligentiam. Fui t̄ autem nō minoris ſimplicitatis q̄ artis. Nec cedeat amphioni de diſpoſitione: nec Aſclepiodoro de menſuris: hoc eſt quanto quid a quo diſtare deberet. Scitum eſt inter Prothogenē & eum quod accidit. Ille rhodi uiuebat. Quo cū apelles annauigaſſet: audis cognoscendi opera eius fama tantum ſibi cognitū: continuo officinam petiit. Aberat ipſe: ſed tabulam magnæ amplitudinē in machia aptatam picturæ anus una cuſtodiebat. Hæc: prothogenem foris eſſe reſpondit: interrogauitq; a quo quaſitum dice-

uel igenna

uel atigra
phicē
uel in ludo

ret. Ab hoc inquit Apelles areptoq; peniculo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulâ. Reuerso prothogeni quæ gesta erant anus indicauit. Ferunt artificē protinus cōtemplatū subtilitatē dixisse: Apellē uenisse. Non. n. cadere in aliū tam absolutū opus. Ipsum tunc alio colore tenuiorē lineā in ipsa illa duxisse: præcepisseq; abeuntē si redisset ille: ostenderet: adiretq; hunc esse quē quaereret: atq; ita euenit. Reuertitur. n. Apelles: sed uinci erubescens: tertio colore lineas secuit: nullū relinquens amplius subtilitati locū: at Prothogenes uictū se confessus in portum deuolauit: hospitem quaerens. Placuitq; sic eam tabulâ posteros tradi: oīum quidem: sed artificū præcipue miraculo. Consumptā eā cōstat priore incendio domus Cæsaris in palatio. Auide ante a nobis spectatam spatiosiore amplitudine: nihil aliud continentem q̄ lineas uisum effugientes. Inter egregia multoq; opera inani similē & eo ipso allicientē omniq; opere nobiliorē. Apelli fuit alioquin perpetua consuetudo nunq̄ tam occupatam diē agendis ut non lineā ducendo exerceret artē: quod ab eo in prouerbiū uenit. Idem perfecta opera ponebat in pergula transeuntibus: atq; post ipsam tabulâ latens: uicia quæ notarent. Asculabat uulgum diligentiorē iudicē q̄ se præferens. Feruntq; a futuro reprehensum q̄ in crepidis anti intus pauciores fecisset ansas. Eodē postero die superbe emendationē pristinae ammonitionis cauillante circa crux indignatū prospexisse: denūciante ne supra crepidā tutor iudicaret: quod & ipsum in prouerbiū uenit. Fuit. n. & comitas illi: propter quam & gratior Alexandro magno erat: frequenter in officinam uentitanti. Vnde ut iam diximus: ab alio pingi se uetuit inuicem edicto. Sed & in officina imperite multa differenti silentiū comiter suadebat: rideri eū dicit apueris qui colores tereret. Tantū auctoritatis & iuris erat & in regē alioquin iracundū. Quisq; Alexander ei honorē clarissimo præbuit exēplo. Nāq; eū dilectā sibi ex pallacis suis scipue nomine Capaspen nudā pingi ob admirationē formæ ab Apelle iussisset: eūq; cum parent: captum amore sensisset: dono dedit eam. Magnus animo maior imperio sui: nec minor hoc factō q̄ uictoria aliqua. Quippe se uicit: nec thosē tantū suum: sed etiam affectū donauit artificē: ne dilectæ quidē respectu motus ut quæ modo regis fuisset modo pictoris esset. Sūt qui uenerē Anadyomenen illo pictā exēplari putant. Apelles & in armulis Benignus Prothogeni dignationem primus rhodi cōstituit. Sordebat ille suis: ut plerūq; domestica. Percontantiq; quanti licitaret opera effecta: paruū nescio quid dixerat. at ille quinquagenis talentis poposcit: famāq; disperfit se emere: ut pro suis uenderet. Ea res cōcitauit rhodios ad intelligendū artificē: nec nisi augmentibus precii cessit. Imaginū ille similitudines adeo indiscrete pinxit: ut incredibile dictū apion gramaticus scriptū reliquerit: quēdā ex facie hominū ad diuinantē: quos Metoposcopus uocant ex iis dixisse aut futuræ mortis annos aut præteritæ. Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cū Ptolomæo: quo regnante alexandriā ui tempestatis expulsus subornato fraude æmulos Plano regio inuitatus ad regis cœnā uenit. Indignantiq; Ptolomæo: & uocatores suos ostendenti ut diceret a quo eorum inuitatus esset: arepto carbone extincto e foculo: imaginē in pariete deliniauit: agnoscente uultū Plani Rege ex inchoato protinus. pinxit & Antigoni regis imaginē altero lumine orbā primus excogitata ratione uicia condendi: obliquā namq; fecit: ut quod corpori deceret: picturæ potius deesse uideretur. Laniūq; ea in parte a facie ostendit: quā totā poterat ostendere. Sunt inter opera eius expirantiū imagines. Quæ autē nobilissimæ sint: nō est facile dictū. Venerē exeuntē e mari diuus augustus dicauit i delubro patris Cæsaris: quæ anadyomene uocatur: uersibus græcis tali opere diū laudat uictō: sed illustrato. Huius. n. inferiorē partē corruptā qui reficeret: non poterat inueniri. Verū ipsa iniuria cessit i gloria artificis consenuit hæc tabula caritæ. Aliāq; pro ea Nero in principatu substituit suo Doro thei manu: Apelles inchoauerat aliā Venerē cois: superaturus etiā suā illā priorē. Inuidit mors peracta parte: nec qui succederet operi ad præscripta liniamenta inuentus est. Pinxit & Alexandrum magnū fulmen tenentē in tēplo ephesiae Dianæ. xx. talentis auri. Digni eminete uidentur: & fulmē extra tabulā esse. Sed legentes meminerint: oīa ea constare quattuor coloribus. Immane tabulæ precii accepit aureos mensura nō numero. Pinxit & Megabyzi sacerdotis Dianæ ephesiae pompā: Clitū Equo ad bellum festinantē: & ei galeā poscētī armigeæ porrigentē. Alexandrum & Philippū quotiens pinxit: enumerare superuacuuū est. Mirantur eius Abroce famit & Menandri regē caritæ rhodii. Item anecū. Alexandriæ Gorgosthenē Tragœdū. Romæ Castorē & pollucē cum uictoria & Alexandro magno. Itē belli imaginē restitctis a tergo manibus Alexandro in curru triumphante. Quas utraq; tabulas diuus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicauerat simplicitate moderata. Diuꝝ Claudius pluris æstimauit. In utriq; exci-

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Liber XXXVII', 'Apelles', and 'Prothogenes'. Some notes are written in a cursive hand, while others are more formal. There are also some small diagrams or sketches interspersed with the text.

sa facie Alexandri diu augusti imaginē subdere. Eiusdē arbitrans manu esse & in antoniae templo Hercule auersum: ut quod ē difficilissimū facie eius ostēdat uerius pictura quā praeferat. Pinxit & Heroa nudū: eaq; pictura naturā ipsam puocauit. Est & equus eius sine fine dictus i certamine quod iudiciū ad mutas quadrupedes puocauit ab hoibus. Nāq; ambitu aemulus puolare sentiens singulorū picturas inductis equis ostendit: apellis tantū equo adhinnuerēdūq; posse a temp illius experimentū artis ostentat. Fecit & Neoptolemū ex equo aduersus perfas: Archelauū cū uxore & filia: Antigonū thoracatū cū equo incedentē. Peritiores artis praeferūt omnibus eius operibus eundē regē sedentē in equo. Dianā sacrificantiū uirginū choro mixtā: quibus uicissē Homeri uersus uidet idipsum scribentis. Pinxit & quae pingi nō possunt tonitrua: fulgetra: fulguraq; bronzen: astrapen: ceraunobolon appellant. Inueta eius & caeteris eius profuere in arte. Vnū imitari nemo potuit: quod absoluta opera atramento illinebat ita tenui: ut idipsum repercussu claritates oculorū excitaret: custodiretq; a puluere & fordibus: ad manum intuenti demū appareret. Sed & tum ratioe magna: ne colorū claritas oculorū acie offenderet ueluti per lapidē specularē intuentibus e longinquo. Et eadē res nimis floridis coloribus austeritate occulte daret. Aequalis eius fuit anstides tebanus. Is oīum primus animū pinxit & sensus omnes expressit: quos uocat graeci ethe. Itē turbatiōes: durior paulo in coloribus. Huius pictura: oppido capto ad matris morientis ex uulnere mām adrepens infans. intelligiturq; sentire mater: & timere ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quā tabulam Alexander magnus transfulerat pellam in patriā suā. idem pinxerat proelium cum persis centū homines ea tabula complexus pactusq; in singulos mnas denas a tyranno elatenisium Mnafone. Pinxit & currentes quadrigas. Et supplicentem pene cū uoce. Et uenatores cum captura. Et Leontionem pictorē. Et Anapaumēnon ppter fratris amorē morientē. Item Liberū patrē & ariadnen spectatos Romae in aede Carens. Tragedum & puera apollinis. Cuius tabulae gratia interit pictoris inscitia: cui tergendam eā mandauerat. M. Iunius praetor sub die ludorū apollinariū. Spectata est & i aede dei in capitolio imago senis cū lyra puerum docentis. Pinxit & agrū sine fine laudatū. Quā in arte tantum ualuit. ut Attalus rex unā tabulā eius centū talentis emisse tradat. Simul ut dictū est: & Prothogenes floruit patria sicuanus gentis rhodis subiecta. Sūma eius paupertas initio: artificū sūma intentio: & ideo minor fertilitas. Quis eū edocuerit nō putant cōstare. Quidā & naues pinxisse usq; ad annū quinquagesimū. Argumentū esse: q; cū athenis celeberrimo loco Mineruae delubro Propyleon pingeret ubi fecit nobilitē Paralū & Hemionida: quam quidā nauicā uocant: adiecit paruulas naues longas in iis: quae pictores parerga appellant: ut appareret a quibus initiis ad aemem ostentationis opera sua peruenissent. Palmā habent tabulae eius lalyfus: qui est usq; hodie Romae dicatus in templo Pacis: quē cū pingeret: tradidit madi dis lupinis uixisse: quoniā simul famē sustineret & sitim: ne sensus nimia dulcedine obstrueret. Huic picturae quater colorē induxit cōtra subsidia iniuriae & uetustatis: ut decedente superiore inferior succederet. Est i ea canis mire factus: ut quē pariter casus & ars pinxerit. Non iudicabat se exprimere in eo spumā anhelantis cū in reliqua omni parte quod dissillimū erat: sibi ipse satisfecisset. Displicebat autē ars ipsa: nec minui poterat: & uidebat nimia ac longius a ueritate discedere: spumaq; illa pingi non nasci ex ore anxio animi cruciatu cum pictura uerum esse non uerissimile uellet: absterferat saepius: mutaueratq; penicillū: nullo modo sibi approbans. Postremo iratus arti quod intelligeret: spōgia impegit in uiso loco tabulae: ex illaq; reposuit ablatis coloribus: qualiter cura optauerat: fecitq; in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo similis & Nealtē successus in spuma equi similiter spongia impacta secutus dicitur cum pingeret popizonta retinentē equum. Cum ita prothogenes monstrauit & fortuna. Propter hunc lalysum ne cremaret tabulas Demetrius Rex: eū ab ea parte sola posset rhodū capere: non incendit: & parentēq; picturae fugit occasio uictoriae. Erat nunc prothogenes in suburbano hortulo suo: hoc est Demetrii castris. Neq; interpellatus proelii inchoata opera in termisit omnino: sed accitus a rege interrogatusq; qua fiducia extra muros ageret: respondit: scire se illi cū rhodis bellū esse non cū artibus. Disposuit ergo rex in tutelā eius stationes: gaudens q; posset manus seruare: quibus iā pepercerat: & ne saepius auocaret: ultro ad eum uenit hostis. Relictisq; uictoriae suae uotis inter arma & muros ictus spectauit artificē. Sequiturq; tabulā eius temporis hāc fama: q; eam prothogenes sub gladio pinxerit. Satyrus hic ē: quē Anapaumēnon uocant: ne qd desit tps eius securitati tibias tenēs. Fecit & Cydippen Triptolemū: Cylicū tragediarū scriptorē meditatē & Athletā: & antigonū regē: & imaginē matris Aristo.

uel Thle-
polemum

telis philosophi: qui ei et suadebat: ut Alexandri magni opera pingeret: propter aeternitate re-
 ru. Impetus animi & libido in hac quadam arte potius tulere: Nouissime pinxit Alexandru &
 pana. Fecit & signa ex aere: ut diximus: Eadem aetate Asclepiodorus fuit: que in symmetria mira-
 batur Apelles. Huic Mnason tyrannus pro. xii. diis dedit in singulos mnas tricenas. Idem Theo-
 mnesto in singulos heroas mnas centenas. His annumerari debet Nicomachus Aristodemi fili-
 us: ac discipulus. Pinxit hic raptu Proserpinae. Quae tabula fuit in capitolio in Mineruae delu-
 bro supra aedicula iuuetutis. Et in eodem capitolio alia qua Plancus imperator posuerat: uictoria
 quadriga in sublime rapiens. Hic primus Vlixii addidit pileu. Pinxit & apolline & Dianam
 Deuq; matre in leone sedere. Et ite nobiles bacchas arreptantibus satyris. Scyllaq; quae nunc e
 roma in templo Pacis. Nec fuit alius in ea arte uelocior. Tradit naq; conductu eu ab anistrato si-
 cyoniog; tyrano ad pingendu: quod is faciebat Telesti poetae monumentu: praefinito die intra
 que pagere: nec multo ante uenisse: accenso in poena tyrano: paucisq; diebus abfoluisse celeri-
 tate & arte mira. Discipulos habuit anside fratre & aristocle filiu & Philoxenu exetriu. Cuius
 tabula nullis postferenda Castandro regi picta: cōtinuit alexandri proeliu eu Dario. Ite pinxit
 & lasciuia: in qua tres Sileni comesant. Hic celeritate proceptoris secutus: breuiore etiam
 quafda picturae uias & copendarias inuenit: annumerat his & Nicomanes elagās & cōcinus:
 ita ut uctulsa opera pingeret pp aeternitate rege impetuosi ai: & cui pauci cōparent. Coturnus
 ri & grauitas artis. Multu a Zeufide & apelle abest apellis discipulus Perseus ad quem de hac
 arte scripsit: q huius fuit aetatis Aristidis Thebai discipuli fuerit: & filii Niceros & aristippus:
 cuius est Satyrus eu scypho coronatus. Discipuli eius fuerit antorides & Euphranon: de qbus
 mox dicemus. Naq; subtexti par est: minoris picturae celebres in penicillo & quibus fuit Pyrei-
 cus: arte paucis postferendus. Proposito nescio an destruxerit se: qm humilia quide secutus hu-
 militatis tū summā adeptus est gloria. Tonstrinas sustinasq; pinxit & asellos & obsonia ac si-
 milia: ob hoc cognominatus Rhyparographos. In iis cōsumatae uoluptatis. Quippe ea pluris
 uenire q maxime multoq; E diuerso meniana ut inquit Varro: oia operiebat. Serapiōis tabu-
 la subueteribus. Hic scenas maxime pinxit: sed hoies pingere non potuit. Contra Dionysius
 nihil aliud q hoies pinxit: ob hoc anthropographus cognominatus. Parua & Calicles fecit. Ite
 caleces comicis tabellis. Vtraq; Antiphilus. Na & Hefiona nobile pinxit: & Alexandru ac phi-
 lippu eu Minerua: qui sunt in schola in octauia porticibus & philippi. Liberipatre alexandri
 pueq; Hippolytu tauro emisso expauescentē. In pompeia uero Cadmu & Europē. Idem iocoso
 noie & gryllum ridiculi habitus pinxit. Vnde hoc genus picturae gryllus uocaf. Ipse i aegypto
 natus didicit a Ctesidemo. Decet nō fileri & ardeatis tēpli pictorē pserum ciuitate donatū. Ibi
 & carmine quod est in ipsa pictura his uersibus.
 Dignis digna loco picturis condecorauit.
 Reginae lunonis supremæ coniugis templum.
 Marcus ludius elotas aetolia oriundus:
 Quē nunc & post semper ob artem hanc ardea laudat.
 Ea; sunt scripta antiquis litteris latinis. Non fraudado & Ludio & diui augusti aetate: q pi-
 mus instituit amoenissimā parietū picturā uillas: & porticus: ac topiaria opa: lucos: nemora: col-
 les: piscinas: euripos: amnes: littora: qia qs optaret: uarias ibi obabulatiū spēs: aut nauigantiū:
 terraq; uillas adeūtiū asellis aut uehiculis. Iā piscantes: aucupantesq; aut uenantes: aut et uide
 miantes. Sūt in eius exēplarib; nobiles plaustri accessu uillae: sub colliū sponione mulieres la-
 bētes trepidaeq; ferunt. Plurimā pterea faciles argutiae: facetissimi sales. Idemq; subdialibus ma-
 ritimas urbes pingere instituit blandissimo aspectu minimoq; impēdio. Sed nulla gloria artifi
 cū est: nisi eoz qui tabulas pinxere eozq; uenerabilior apparet antiquitas. Nō. n. parietes excole-
 bant dominis tm: nec domos uno in loco mansuras: quae ex incēdiis rapi non possent. Casula
 Prothogenes cōtentus erat in hortulo suo. Nulla in Apellis tectoris pictura erat. Nōdū libeat
 parietes totos pingere. Ois eozq; ars urbibus excubabat: pictorq; res cōis terrae erat. Fuit &
 Arellius romaē celebris pauloante diuū Augustū: nisi flagitio insigni corrupisset artē semp ali
 cuius amore foeminā flagrans: & ob id deas pingēs: sed dilectae imagine: itaq; in pictura eius
 scorta numerabant. Fuit & nuper grauis ac seuerus: idemq; floridus: humilis ei pictor. Anulius.
 Huius erat Minerua spectantē aspectans quacūq; aspiceret. Paucis diei oris pigebarid quoq;
 cū grauitate: q; semp togatus q; in machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit: & ideo
 extant exempla alia magnopere. Post eu fuere i auctoritate Cornelius pinus & Actius prius:

*Platone...
 f...
 ...
 ...*

*Commendat...
 ...
 ...*

*...
 ...
 ...*

*...
 ...*

*u' palustri
 u' collatis
 uel subcol
 lantiū spe
 cie
 uel lauātes*

*...
 ...*

qui honoris et uirtutis aedes imperatori Vespasiano Augusto restituenti pinxerunt. Sed prius antiquis similior.

De autum cantu cōpescendo: et qui encausto et penicillo primus lacunaria: et cameras p̄fixerit: parissimq; precia mirabilia picturarum. CA. XI.



Non est omissa in pictura mentione celebris circa Lepidū fabula. Siquidē in triū uiratu quodā loco deductus a magistratibus in nemorosum hospitium: minaciter cū iis postero die exposulauit: somnū adēptū sibi uolucrū cōcentu. At illi draconē i lō gissima mēbra depictū circūdedere loco. Eoq; terrore aēs tunc siluisse narrant: & postea cognitū est ita posse cōpesci. Caris pingere ac picturā inurere q̄s primus excogitauerit: nō cōstat. Quidā Aristidis inuentū putat: postea cōsumatā a Praxitele. Sed aliquāto uetustiores encausticā picturā extiterē: ut Polygnoti & Nicanoris & Archesilai parioꝝ. Lyffippus quoque egypticā picturā suā iscripsit. Enetē: qd̄ p̄fecto nō fecisset: nisi encaustica inuēta. Paphilus quoq; Apellis p̄ceptor nō pinxisse tm̄ encaustica: sed ēt docuisse tradit̄. Pausia sicyonū primū in hoc ḡnē nobilē. Brietis filius hic fuit: eiusdēq; primo discipulus. P̄xit & ipse penicillo parietes thebis cū reficerent̄ quondā a polygnoto picti: multūq; cōparatione supatus existimabat: qm̄ nō suo ḡnē certasset. Idē & lacunaria primus pingere instituit. Nec cameras ante eū taliter adornari mos fuit. Paruas pingebat tabellas maximeq; pueros. Hoc aemuli eū interpretabant̄ facere: qm̄ tarda picturā ratio esset illa. Quāobrē daturus celeritatis famā: absoluit unō die tabellā: quā uocata est hemerisios puero picto. Amavit i iuuetā Glycerā municipē suā inuentricē coronā: certādoq; imitatione eius ad numerosissimā floꝝ uarietate perduxit artē illā: postremo pinxit illā sedentem cū corona. Quā nobilissima tabula appellata est stephanoplocos: ab aliis stephanopolis: qm̄ Glycerā coronas uenditādo substituērat paupertatē. Huius tabulā exemplar: qd̄ apographon uocant. L. Lucullus duobus talentis emit athenis: pauas autē fecit & grādes tabulas: sicut spectatā in pompeii porticibus boum imolationem. Eam enim picturam primus inuenit: quam postea imitati sunt multi: aquauit autem nemo. Ante omnia cum longitudo dinē bouis ostendere uellet: aduersum eum pinxit: nōn transversum. Unde & abunde intelligitur amplitudo. Dein cum omnes quā uolunt eminentia uideri: candidiā: coloremq; cōdiat nigro. Hic totum bouē attri coloris fecit: umbrāq; corpus ex ipso dedit. Magna prorsus arte in equo extātia ostendēs: & in contracto solida omnia. Sicione & hic uitā egit: diuq; fuit illa p̄ria picturā. Tabulas inde omnes ex publico propter q̄s alienū ciuitatis addictas. Scauri aedilis romā trāstulit̄: post eū emicuit longe ante oēs Euphranor isthmus olympiadē. sc̄. cētēsimā. iiii. Is est q̄ inter fictores dictus ē a nobis. Fecit & colossos: & marmora ac scyphos sculpsit. Docilis ac laboriosus ante oēs: & in quocūq; genere excellēs ac sibi aequalis. Hic primus uidet̄. & exp̄fisse dignitates insignia herou: & usurpasse symmetriā. Sed fuit in uniuersitate corpore exlior: capitib; articulisq; grādior. Volumina quoq; cōposuit de symmetria & coloribus. Opera eius sunt: equestre proeliū. xii. dii. Theseus: in quo dixit: eundē apud parthasiū rosa passum esse: suū uero carne. Nobilis eius est tabula ephesi: Vlixes simulata uesania bouem cū equo iungens: & Palamedes dux falce gladiū cōdens. Eodem tpe fuit & Cydias: cuius tabulā Argonautas. MS. c. xliiii. Hortēsius orator mercatus est: eiq; aedem fecit in tusculano suo. Euphranoris autē discipulus fuit Antidotus. Huius est clipeo dimicans & iuctor: tibiēq; inter pauca laudatus. Ipse diligentior: q̄ numerosior: & in coloribus seuerus. Maxime inclaruit discipulo Nicia atheniensi qui diligentissime mulieres pinxit. Lumen & umbras custodiuit: atq; ut eminent e tabulis picturā: maxime curauit. Opera eius nemea aduecta ex asia romā a syllano: quā in curia diximus positā. Item Liberpater in aede Concordiā. Hiacynthus: quē Cēsar Augustus delectatus eo secum deportauit alexandria capta: Et ob id Tiberius Cēsar in templo eius dicauit hāc tabulā Dianā. Ephesi uero est Megabyzi sacerdotis ephesiā Dianā sepulchrū. Athenis necromantia Homeri. Hanc uendere noluit Attalo regi talē. lx. potiusq; patriā suā donauit: abundans opibus. Fecit & grādes picturas: i qbus sunt Calypso & lo: & Andrōda. Alexāder quoq; in Pompeii porticibus p̄cellens: et Calypso sedēs. Huic quidē ascribunt quadrupedes. Prosperzime canes expressit. Hic est Nicias: de quo dicebat Praxiteles interrogatus: quā maxime opera sua probaret in marmoribus: quibus Nicias manū admoisset. Tātū circūlitiōi eius tribuebat. Nō satis discernit̄ alius eodē noīe. At hunc eundē quidā faciunt olympiadē centēsimā. xii. Nicias cōparat̄: & aliquāto p̄fer̄ athenion Maronites Glautionis corinthii discipulus: & austerior colore: & in austeritate iucundior: ut in ipsa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo

Fictilem eam fuisse: & ideo mirari solere. Fictiles in fastigio tēpli eius quadrigæ: de quibus sa-
pe diximus. Ab hoc eodem factum Herculem: qui hodieq; materiæ nomē in urbe retinet. Hæc
enim tum effigies deū erant laudatissimæ. Nec pœnitent nos illoꝝ qui tales coluere. Aurū enī
& argentū ne diis quidem conficiebant. Durant etiānum plerisq; in locis talia simulacra. Fasti-
gia quidē temploꝝ etiam in urbe crebra & municipiis mira cœlatura & arte firmitateq; æui
sanctiore auro certe innocētiore. In sacris quidē etiā inter has opes nō murrhinis crystallinis
